Universidad de Deusto
Biblioteca

1547

IHS

Archivo de Loyola

Sección 3ª Serie 2ª N.º 306.

Est. 13.

Plut. 4.

D. Aur.
Aug. ...
Op. ...
T. II.

Archivo de Loyola

Estante .....
Plúteo .....

Universidad de Deusto
Biblioteca

I. H. S.

Siglo 18 Año 1547. Divi Aur. Augustini
Ecclesiæ doctoris eximii ejusdem librum secundum Sententiarum
apud Communia de Urbano Montisferrati. (Archivo de Loyola).

1-1-8 bis/7
Regulæ Societatis Jesu
Varia C-S
5
106
Nº 179

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. AVRELII
AVGVSTINI
ECCLESIAE DOCTORIS EXIMII OPVSCVLORVM TOMVS SECVNDVS.

Quo omnia, quę ad gratiam & liberum arbitrium spectant, declarantur: ex libris eiusdem a, M. Augustino Sosteneo Fregoso excerptus, & scholijs, argumentis & indice locupletatus, ac ab errore primi impressoris purgatus.



Venetijs Apud Cominum de Tridino Montisferrati,

M D XLVII

CATALOGVS CONTENTORVM IN HOC SECVNDO TOMO.

Liber expositionis inchoatæ, Epist. diui Pauli, ad Ro. 1
Liber expositionis quarundã propositionũ, ex Epist. ad Ro. 21
Liber expositionis Epist. ad Gal. 47
Epist. Hilarij ad Augustinum. 91
Rescriptum Augustini ad Hilarium. 92
Epist. patrum Carthaginensis concilij ad Innocẽtiũ papam. 112
Rescriptũ Innocentij papæ ad patres Carthaginẽsis cõcilij. 115
Epistо. patrum Mileuitani concilij ad Innocentium papam. 119
Rescriptum Innocentij papæ ad patres Mileuitani concilij. 121
Epist. Augustini ad Hilarium. 124
Epist. quinque Episcoporum ad Innocentium papam. 125
Rescriptum Innocentij papæ ad 5. Episcopos. 133
Libri 3. de libero arbitrio. 136
Epist. prima diui Augustini ad Valẽtinũ, & cũ illo fratribus. 228
Epist. 2. Augustini ad Valentinum, & cum illo fratribus. 231
Epist. prima diui Augustini, ad Sixtum præsbyterum. 234
Epist, secunda diui Augustini ad Sixtum præsbyterum. 236
Epist. Alipij, & Augustini, ad Paulinum Episcopum. 254
Liber de gratia & libero arbitrio, ad Valentinum, & cum illo monachis. 272
De peccatorum meritis & remissione lib. 3. 303
Liber de natura & gratia, ad Timasium & Iacobum, contra Pelagianos. 395
Epist. sancti Prosperi Aquitani, de gratia & libero arbitrio, ad Rufinum. 437
Liber de gratia, & libero arbitrio sancti Prosperi Aquitani, pro defensione diui Aurelij Augustini, contra Cassiani præsbyteri librum. 448
Epist. sancti Aurelij Episcopi, de damnatione Pelagij, atque Cœlestij. 490
Epist. decerpta, ex gestis synodalibus contra Pelagium hæreticum, quæ in palestina synodo, sibi obiecta, damnare compulsus est. 491
Canones tredecim, Epist. Cœlestini papæ, pro Prospero, & Hilario, de gratia dei, aduersus quosdam Galliarum præsbyteros, Pelagij sectatores. 493

ARGVMENTA
HVIVSCE SECVNDI TOMI
PER M. AVGVSTINVM
SOSTENEVM PREGOSVM, COMpendiose in vnum redacta.

Argumentum expositionis inchoatæ Epist. ad Rom.

QVAESTIO in hac Epist. versatur, an solis Iudæis, ex proprijs, & præcedentibus meritis venerit euangeliũ, an vero iustificatio ipsa nullis præcedentibus meritis omnibus venerit, ut omnes credendo iustificarentur, vt deinceps bona facerent opera, & postea peccatum proprię malitiæ non esse peccatum in spiritum sanctum patefacit, nam tale peccatum, perseuerantia in malignitate, cum desperatione indulgentiæ dei nuncupatur.

Argumentum expositionis quarundam propositionum Epist. Pauli, ad Rom.

Sensus hi sunt in Episto. Pauli ad Rom. primo omnium, vt qs intelligat in hac Epist. quæstionẽ operum legis, & gratię uersari,

Argumentum expositionis diui Aurelij Augustini in Epist. ad Gal.

Apostolus ad Gal. scribit, vt gratiam dei id agere intelligant, quod sub oneribus legis non sint, cum Pseudoapostoli ad illa eos obligare conarentur.

Argumentum Epist. 88. ex secundo Tomo operum diui Aurelij Augustini.

Hilarius proponit Augustino sex quæstiones, de quibus ab eo cupit edoceri.

Argumentum Epist. 89. ex 2. Tomo operum diui Augustini.

Augustinus Hilario respõdens, sex quæstiones sibi ab illo propositas soluit.

Argumentum Epist. 90. ex 2. Tomo operum diui Augustini.

Patres cõcilij carthaginensis Innocẽtio pontifici Romano de actibus aduersus Pelagium, & Cœlestium, hęreticos, scribunt,

Argumentum Epist. 91. ex 2. Tom. operum diui Augustini.

Innocẽtius Romanus põtifex superiori respondet Epistolæ.

Argumentum Epist. 92. ex 2. Tom. operum diui Augustini.

Augustinus, & cæteri Episcopi Mileuitani coneilij, Innocẽtio pontifici Rom. de cohibendis Pelagianis epistolam mittunt.

Agumentum

Argumentum Epist. 93. ex 2. Tom. operum diui Augustini.

Innocentius Rom. pontifex, patribus concil. Mileuitani respondet, Et illorum acta aduersus Pelagianos comprobat.

Argumentum Epist. 94. ex 2. Tomo operum diui Augustini.

Augustinus Hilario de Pelagio, duobus concilijs condemnato epistolam mittit.

Argumentum epistolæ 95. ex 2. Tomo. operum diui Augustini.

Quinque Episcopi, inter quos Augustinus, Innocentio pontifici de Pelagio quem audierant iam ad præsbyteriũ honorem euectum, vt illius sententiam in Pelagium latam mitigaret, scribunt.

Argumentum epistolæ 96. ex 2. Tom. operum diui Augustini.

Innocentius quinque Episcopis de damnando Pelagio respõdet.

ARGVMENTA LIBRI PRIMI de libero arbitrio.

EVODIVS ab Augustino quærit quõ deus malorũ est author, q̃ ei respondẽs ostẽdit, malũ nullũ habere authorem. cap. 1

Augustinus se in ista quæstione de causa malorum, laborasse testatur, & illam Euodio declarare promittit, cap. 2

Malum ex se malum esse etiam si nulla vetetur lege, sed quia malum, inde vetatur, & ex libidine faciendi originem ducit. cap. 3

Discrimẽ inter cupiditatẽ, & metũ, nã illa appetit, & iste fugit, at cupiditas illarũ rerũ ẽ amor, quas q̃sq̃ inuictus, põt amittere. c. 4

Lex aliqua male facta permittit, ne maiora comitantur, vt interficere latronem, & stupratorem, quæ tamen iusta est. & si in talia committentes, aliqua reperiatur iniustitia, quæ postea per diuinam prouidentiam vindicabitur. cap. 5

Lege æterna omnes temporales variantur, illa vero nunquã variatur, quia semper iustum est, omnia esse ordinatissima. cap. 6

Homo cæteris bestijs imperat, quia non tantum viuit, sed scit se viuere, & scientia experientia melior est. cap. 7

Homo multa habet cum bestijs, & arboribus communia, appetitucq̃ dominandi ab illis differt, & illas ratione præcellit. cap. 8

In sapiente imperat mens, in stulto minime, nam stultus est, in quo mens non habet summam potestatem. cap. 9

Mente rationali & sapienti, cum cupiditatem sua uirtute superet, nihil præter deum, est præstantius. cap. 10

Mens ex propria voluntate, & libero arb. comes facta est cupiditatis, inde ei cupiditas dominatur. cap. 11

Volũtas bona est, qua appetimus recte honesteq̃ viuere, & ad summã sapiẽtiã puenire, qđ in nostra volũtate cõstitutũ est. c. 12

Prudentia, fortitudo, temperantia, iustitia quid, quæ omnia ab homine, recte honesteque viuere cupienti, possidentur. cap. 13

Pauci eundunt beati, quia pauci recte, honesteque viuere optant, quod in nostra est constitutum voluntate. cap. 14

Beati æternæ, miseri vero temporali legi subduntur, & si adhuc miseri ab æterna pendant, & beati a temporali sint liberi: & quid æterna, quidque temporalis iubeat lex. cap.15

Epilogat supradicta, addēs quid sit male facere, & promittit se patefacere, quomodo nostra uoluntas, ex deo originē ducit. c.16

Argumenta lib.2. de lib. arbitrio.

Deus dedit homini liberam voluntatem ad recte agendum, si vero peccat, quod non debet, facit. cap.1

Aliud credere & aliud intelligere, & prius credimus, quod postea intelligimus, cap.2

Homo est, uiuit, sentitque interiori, exteriorique sensu, & intelligentia intelligit, quæ omnia illa præcellit. cap.3

Sensus interior, sentit obiecta sensuum particularium, & ipsos sensus, vt exemplo probat. cap.4

Vnde sensus interior, exteriores præcellit. cap.5

Deus est quo nihil superius esse constat, & sic supra nostram mentem, & rationem existit. cap.6

Diuersorum hominum diuersi sensus interiores, & exteriores & si aliquando idem sentiunt obiectum. cap.7

Ratio & veritas numerorum, non pertinet ad sensus corporis, sed ad ipsam mentem. cap.8

Sapientia est veritas, qua cernitur, & tenetur summum bonum & sine ipsa nemo beatus, & vt lux solis vna est, & si ipsa plurima cernantur, sic ipsa sapientia, vna est omnibus cōmunis. cap.9

Regulæ veræ, atque incommutabiles sapientiæ omnibus præsto sunt, vt veritas numerorū omnibus cernentibus eam. cap.10

Diuina sapientia, & numerus, & sapientia respectu diuersorum dicitur, & si vna res sit summe & incommutabiliter vera. cap.11

Veritas quæ vna est, omnibus communis, non est mentibus nostris inferior, nec æqualis, sed superior. cap.12

Comparatione probatur, quomodo ex fruitione veritatis, quę est nostra libertas, vere beamur. cae.13

Veritas est oē nostrū bonū, quę oībus se totam infundit. ca.14

Deus est summa ueritas, & summa sapientia. cap.15

Diuina sapientia omnia suis numeris implet, vt exemplo artificialium probat. cap.16

Quicquid formatum est, ex illa est forma, quę deficere nescit, q̄ deus est, a quo oīa quę sunt, & quę viuūt originem ducūt. ca.17

Voluntas & si paruum donum, attamen est ex deo, & nos illa male vtimur. cap.18

Virtutes sunt magna bona, at species corporis minima bona, sed potētię aię media bona, nō uirtutibus sed scīs, & tertijs bonis possumus male uti ob id uolūtate abutimur, q̄ tñ a deo ē. c.19

Epilogat omnia supra dicta, & concludit quod motus auersionis, nō est ex deo, sed ex libero nostrę voluntatis arbitrio. c.20

Argumenta lib.3. de lib. arbitrio.

Motus auersionis non est naturalis, nec necessarius, sed voluntarius, cap.1

Qui

Qui peccata propria nolunt confiteri, de prouidentia dei proloquuntur. cap.2

Et si omnia præsciuit dominus, attamen voluntariæ operamur, quicquid operamur. cap.3

Præscientia dei non cogit nos peccare, nec repugnare libero arbitrio. cap.4

Deus creauit peccatrices animas, quia adhuc omnibus corporibus perfectiores sunt. cap.5

Peccata non sunt imputanda deo, sed miseriæ nostræ. cap.6

Melius est esse miser quam nō esse, inde omnes optāt esse. c.7

Non possumus dicere melius esse, nō esse, quā miser esse, inde qui mortem optāt, non deliderāt nō esse, sed quietum esse. cap.8

Deus pmittit peccatores esse, quia faciūt ad decorē vniuersi. c.9

Magis diabolus quam homo peccauit, quia ex inuidia ad peccandum hominem persuasit, sed Christus iustitia (vt hominem liberaret) diabolum superauit. cap.10

Deus omnes creaturas, & spirituales, & corporales, non peccaturas, & peccaturas, creauit, non tamen vt peccarent, sed ut ornatum esset vniuersum. cap.11

Deus ordinem vniuersi sic creauit, vt si omnes angeli peccassent, in eius impio, in quo nihil turpe, inopiā nō posuissent. c.12

Deus in iustis, & in peccatoribus laudādus, quia peccata sunt contra naturam, & quando vituperantur, natura laudatur, & deus naturæ auctor, cap.13

Omnis corruptio vitiosa vituperanda, quæ vero nou est vitiosa, aut non est corruptio, aut vituperatione non est digna. cap.14

In impijs laudandus est deus, nā ab illo qđ debēt, patiunt. c.15

Ex eo quod non accepit nemo est reus, sed quia nō facit quod debet, in illoque laudandus est deus. cap.16

Radix omnium malorum voluntas, ob id tantum volenti peccata imputantur. cap.17

Adhuc & peccata per ignorantiam facta, a deo punientur. c.18

Peccata Adami, & Euæ nostra efficiuntur, nec nobis ad culpā imputantur, quod ignoramus, sed quod negligimus quęrere quod ignoramus. cap.19

Et si ex pœna peccati Adę, oēs cum originali nascimur, magnū donum ex deo habemus, vt possimus pio studio, oēs capere virtutes, & illos præcellere, a quibus originem duximus. cap.20

An animæ de propagine veniant, an in singulis nascentibus nouæ fiant, an in corpora mittantur diuinitus, seu sua sponte veniant, nihil temere affirmandum, & erit sine periculo, nam tempore diui Augustini nihil adhuc erat determinatum, vel ipse non uidit, vt refert. cap.21

Non deputatur animæ ad pœnam, quod scire non potest, sed quod scire non studuit, cum prius id acceperit. cap.22

Deus ad salutem, vel ad confusionem parentum paruulos flagellat, qui ex aliorum fide in baptismo saluantur. cap.23

Adam cum medio inter sapientiā, & stultitiā fuit creatus. c.24

Non sentire diabolicas suggestiones, & alia visa, non est in nobis, sed illis non consentire in nobis est. cap.25

Argumentum epist. 46. quæ est ad Valent. ex. 2. Tom. operum diui Augustini.

Augustinus Valentino, docens nec liberum arbitrium sic asserendum, vt nihil tribuamus gratiæ, nec gratiam ita predicandam, vt hominis negemus libertatem.

Argu. epist. 47. quæ est Augu. ad Valentinum. ex. 2. Tom. operum diui Augustini.

Augustinus Valentino iuxta materiam prioris epist., acrius contra nouos hæreticos Pelagianos de voluntatis libertate, & de gratia disputat, & illud Salomonis, ne declines in dexteram, nec in sinistram exponit.

Argu. epist. 104. ex. 2. Tom. operum diui Augu.

Augustinus Sixto præsbytero, qui contra Pelagianos scripserat, vt pergat impudentes cohibere & dissimulantibus mederi.

Argumentum epist. 105. ex. 2. Tomo. operum diui Augustini.

Augustinus Sixto presbytero, instruens illum, aduersus Pelagianorum argumenta.

Argumentum epist. 106, ex. 2. Tomo. operum diui Augustini.

Augustinus & Alypius Bonifacio, siue vt alij codices habent, Paulino, laudans librum aduersus Pelagianos ab eo scriptum, & plenius aduersus eam hæresim, eum instruens.

ARGVMENTA LIB. DE GRATIA, ET libero arbitrio ad Valentinum;

QVIA aliqui putabant ponendo liberum arbitrium negare gratiam, & alij ponendo gratiam, aiebant se liberum arbitriũ destruere, hos errores euacuãs, Augustinus, hunc scripsit librũ. c. 1

Si homo non haberet liberum arbitrium ei diuina præcepta non prodessent, nec fuissent data. cap.2

Ignorantia non excusat, ne sempiterno igne ardeamus. sed vt mitius affligamur. cap.3

Gratia stat cum libero arbitrio, quia gratia homo iuuatur, ne sine causa eius voluntati iubeatur. cap.4

Deus inquit conuertimini ad me, at homo dicit conuerte nos deus, ꝙa nullis meritis, sed ex eius grã, ad ipsum cõuertimur. c. 5

Gratia non tantum iustificamur, sed & perseueramus in bono, quia si illam subtraxerit deus, homo cadit non erectus, sed præcipitatus libero arbitrio. cap.6

Paulus inqt opa sua fuisse mala, ꝙbus nõ pœnã, sed misericordiã largitus ẽ deus, a ꝙ i nobis fides, bona opa, & vita ꝛterna. c. 7

Bona opera, & vita æterna gratia dicuntur. cap.8

Per liberum arbitrium, bona & non mala facere debemus, quę bona opera, dei sunt dona, quibus vita æterna (quæ & gratia dicitur) redditur. cap.9

Lex operatur iram, nisi gratia adiuuet, vt impleatur. cap.10

Errant

Errant Pelagiani dicendo, legem esse gratiam, quia litera occidit, & spiritus viuificat. cap.11

Lex reos facit iubendo, gratia vero nos liberat adiuuãdo, ob id qui ex lege iustificantur, a gratia ceciderunt. cap.12

Natura non est gratia, aliter Christus gratis esset mortuus. c. 13

Fides non petita conceditur, vt petenti postea alia concedantur, igitur non secundum merita bonę voluntatis datur gratia, sed ipsa bonam facit voluntatem. cap.14

Homo si sua voluntate non potest dei seruare præcepta, oret vt possit. cap.15

Deus iubet quod nõ possumus, vt sciamus quid ab illo petere debeamus, nam fides orando impetrat, qđ lex imperat. cap.16

Deus in nobis sine nobis, vt velimus operatur incipiens, qui postea vt faciamus cooperatur perficiens. cap.17

Nihil boni potest fieri absque charitate, quæ dei est donum, cuius præceptum nobis non dedisset Christus, nisi in nobis esset, liberi arbitrij facultas, vt illum diligamus, qui prius nos dilexit, et illũ eligamus qui ante mundi constitutionem nos elegit cap.18

Scientiam inflantem ex deo dicebant Pelagiani, & charitatem quæ illam inflare non sinit, ex nobis, quod erroneum est, cum vtrunque ex deo sit, & magis quod perfectius est. cap.19

Deus nostras voluntates vertit, vbi vult, & quando vult, & ad beneficia, & ad malefitia, nam adiuuamẽtum bonorum, magis vtitur voluntatibus. cap.20

Deus Operatur in cordibus nostris, ad inclinãdas nostras voluntates, quocunque voluerit, siue ad bona pro sua misericordia siue ad mala pro meritis nostris iudicio suo, aliquando aperto, aliquando occulto, attamen semper iusto. cap.21

Pelagiani non habẽt quid dicant de meritis paruulorum, quãdo filius infidelium baptizatur, & filius fidelium nõ baptizatur, sed opus est totũ gr̃æ tribuere. cap.22

Non temere de iuditijs dei iudicandum. cap.23

Terrenæ diuineque sapientiæ discrimen, & qualis diuina sapientia, quæ donum dicitur dei. cap.24

Argumenta primi libri de peccatorum meritis & remissione.

Augustinus charitate compulsus dicit se velle quæstionibus a marcellino sibi propositis respondere. cap.1

Adã si nõ peccasset, nõ esset mortuus, sed spũale mutatus. c. 2

Adã si ñ peccasset, nõ fuisset senectute grauatus nec et cibaria fuissent necessaria, ꝙ sui cõsumptione reficiunt, sed absq; morte a mortalitate in immortalitatem fuisset mutatus. cap.3

Mortem ex peccato originem habere, authoritate apostoli probat. cap.4

Adam si non peccasset illius corpus non mortuum nec, moriturum, sed tantum mortale fuisset. cap.5

Corpus ob peccatũ morit, & spiritus ob iustitiã est vita. cap.6

Morimur secundũ carnẽ pcõ, iustitia ỹo fidei spũ viuimus. c. 7

Ob

Ob peccatum vere moritur corpus. cap.8
Peccatum adæ propagatione, & non tantum imitatione in omnes homines transit. cap. 9
Non in sanctis sed in solo Christo iustificamur. cap.10
Mors in omnes regnauit, etiam in illos qui peccato originali propria non addiderunt peccata quam, quidē mortem, sola christi mors interemit. cap.11
Originale peccatum ad damnationem sufficit, sed vt beatitudinem consequamur non tantum originale, sed multotiens & propria electis condonantur peccata. cap.12
Peccatum originale non imitationis, sed propagationis est uitium, aliter a diabolo, & non ab Adam denominaretur. cap.13
Christus solus gratuito dono iustificat. cap.14
Originale peccatum propagationis, & non imitationis dicimus esse defectum, sicut ipsa nostra iustificatio non imitationis, sed iustificantis Christi gratuitum est donum. cap.15
Solo peccati originalis crimine (& si leuissime) damnātur paruuli, nisi illos saluatoris nostri misericordia baptismate liberauerit. cap.16
Propriæ voluntatis peccatum paruulis nonnulli tribuebant, quos vilipendit Augustinus. cap.17
Infantes absque baptismo discendentes non sunt participes regni Cœlorum, nec Christi cohæredes. & si quispiam illos non habere pecatum originale diceret, Christum pro illis non esse mortuum affirmaret. cap.18
Infantes si essent iusti pro ipsis non venisset Christus, sed quia peccatores ob id & pro ipsis venit in quibus originalis sanatur egritudo. cap.19
Eucharistia vt baptismus paruulis necessaria, qui quidem vt adulti baptizati fideles sunt nuncupandi. cap.20
Cur aliqui paruuli baptizati, & alij absque baptismo discedāt est inscrutabile. cap.21
Animæ non ex meritis vel demeritis in corpora detrudūtur, nec saluātur quasi aliquid boni vel mali ante suam in corporum infusionem comisserint, sed tantum saluatoris nostri Iesu Christi gratia liberantur. cap.22
Paruulos saluat, ac ab originali peccato liberat Iesus christus Nam si originale non haberent peccatū, non essent ab ipso Christo redempti, nec per illum saluati. cap.23
Baptismi sacramentum, & perceptio Eucharistiæ omnibus paruulis, & adultis necessaria. cap.24
Paruuli in baptismo Christi fide illuminantur, at qui in Christo non credunt in tenebris manent. cap.25
Baptizantur infantes quia originali tenentur peccato. cap.26
Omnes homines peccato esse obnoxios ruthoritatibus sacris probat indeque quomodo a Christo liberantur patefacit. 27
Sola Christi mors a morte nos liberat. cap.28
Matrimonium quomodo a deo institutum ad bonum. cap.29
Natus ex concubitu carnali, nisi ex spiritu renascatur ad regnum dei non pertinet. cap.30
Christus deus & homo, vna cū Ecclesia (quę eius est corpus) vnus est Christus. cap.31
Qui baptizantur Conformantur similitudini mortis christi, et a peccato per gratuitam iustificationem & a morte per mirificā resurrectionem liberantur, quorum beneficiorum (numeri 21) serpens æneus clara fuit figura. cap.32
Nemo reconciliatur deo nisi per Iesum Christum. cap.33
In paruulis (contra pelagianos) vere destruitur peccatū originale per Christum. cap.34
Paruuli non habent proprię voluntatis peccatum. cap.35
Ignorantia, quia vitiatę naturæ est defectus, paruulis pro peccato non ascribitur. cap.36
Christus quare non est in illa corpotis quantitate natus, in qua primus Adam fuit a deo creatus. cap.37
Paruuli animalibus infirmiores nascuntur, ꝙ & seruatori nostro christo euenit, vt se in similitudinem carnis peccati nasci ostenderet. cap.38
Infirmitas originalis maculę (hoc est, concupiscentia) in baptismate paruulorū, vel ætate grandium non destruitur. cap.39

SECVNDI LIB. DE PECCATORVM MERITIS & remissione Argumenta.

Postquam baptismum paruulis esse necessarium in primo patefecit libro, nunc in hoc.2.libro, promittit ostēdere, ꝙ excepto uno mediatore dei & hominum, nemo fuit, est, vel erit sine peccato in hoc seculo. cap.1
Pelagiani hæretici libero arbitrio nimium tribuebant. cap.2
Non præcepit deus habenti legem libertatis impossibilia. cap.3
Concupiscentia ante baptismum ad reatum, post baptismum vero in adultis ad agonem facit, quam ob rem deū rogemus vt ea in quibus a cōcupiscētia abstracti sumus condonet, & vt nos adiuuet ne ab illa abstrahamur, & vt illā a nobis auferat. ca.4
Deus vt conuertamur nos adiuuans nostram præparat voluntatem. cap.5
Homo ope diuina sine peccato esse potest, Nam omnipotēti deo non est impossibile homini opitulari vt faciat ꝙ iubet. cap.6
Initiam nostrę renouationis baptismus complementum vero ipsa futura resurrectio. cap.7
Peccare, vt filij sumus dei, non possumus, sed tantum vt huius seculi filij peccamus. cap.8
Pater spiritu iustus effectus, Carne filium gignit iniustum. ca.9
Exemplis & authoritatibus probat neminem Christo excepto fuisse sine peccato. cap.10
Iob agnouit Christum sine peccato, ob id suam agnoscens infirmitatem se paruipendit. cap.11

Iob nō fuit iustus in omnibus, nec aliquis in sacris literis omnino sine peccato inuenitur. cap.12

Perfecta iustitia legis quam Zacharias, Helisabet, & Paulus habuerunt imperfecta dicenda est. cap.13

Nemo sanctus ita ē, vel fuit iustus vt hic eē possit sine pcō. c.14

Hic in via itinerātes secūdū qd perfectionē adipiscimur. c. 15

Deus homini pręcepit, ꝙ ipse hō facere nequit, vt se esse peccatorē homo agnoscat, & a deo petat posse qui solum illud potest tribuere. cap.16

Ex superbia oīa mala ex deo vero in nobis omnia bona. c.17

Voluntas vt voluntas & vt bona est ex deo, qui sua misericordia aliquos saluat, & iuste sua iustitia alios damnat. cap.18

Mala ex nobis, vnde & nobis molestum est obedire iustitiæ, bona vero ex deo, a quo habemus & conatum & orationē qua deum rogamus a malis nos liberare. cap.19

Et si mediante gratia homo possit esse sine peccato, attamen de filijs hominum nullus vnquam fuit, nec est, nec erit sine peccato. cap.20

Non arbor, sed violata obediētia nocuit primis pārētibus. c.21

Adā ante peccatū carnē spiritui repugnantem non sensit, sed post peccatū, vt ille deo, ita & illi caro rebellauit. cap.22

Nascuntur tantum ex deo quibus a deo est datum. cap.23

Discrimen inter Christi natiuitatem secundum carnem, & nostram carnalem natiuitatem. cap.24

Caro nostra vi iudiciū euadat est baptizata, Caro, vero Christi ad exemplum, & quia renascimur spiritu vt a peccatis mundemur, ob id baptizatus non baptizatum carne gignit. cap.25

Sanctificatio sola baptismi ad remissionē facit peccatorē. c.26

Iustus filium gignit peccatorem, quia carne illum generat qui quidem postea vt pater suus spiritu iustificatur, quando in Christo regeneratur. cap.27

Reatus concupiscentiæ in baptismo soluitur, at ipsa concupiscentia in nobis remanet. cap.28

Infantia saluatoris aliena fuit ab ignorātia, & alijs paruulorū propijs infirmitatibus. cap.29

Christus magis profuit, ꝙ nocuit adam, ꝙa sicut p adā oēs moriunt, ita per Christū ad æternā corp s vitā oēs resurgent. c.30

Omnes iusti ob debitum adæ sunt mortui, at Christus vt tale auferret debitū mortuus est, & moriēdo mortē ipsā occidit. ca.31

Christus ascendit in cœlū, quia aliter fide discipuli in hac vita non vixissent, si carnem illi oculis corporeis semp vidissēt. c.32

Et si in baptismo omnis tum originalis, cū actualis deleat iniquitas, attamen multæ ad certamen nobis vtile remanent infirmitates illarum reatu annullato, ne fidelibus post hanc vitam obsint. cap.33

Mors & quamplures pectati pœnæ ipso dimisso peccato, non vt suplicia, sed vt exercitamenta iustorum exiguntur. cap.34

Optantes æternam vitam ne declinent in dexteram, seipsos sine peccato esse arbitrantes, nec in sinistram sibi peccatorum impunitatem promittens. cap.35

Non tantum caro, sed & anima reatu originis obligatur, nisi Christi baptismo sanetur. cap.36

Argumenta Lib.3. de peccatorum meritis & remissione.

Augustinus Pelagiano dogmati de baptismate paruulorum velle respondere dicit. cap.1

Augustinus Pelagianum refellit dogma, & paruulos habere originale peccatum manifestat, quam ob rem illis baptisma est necessarium. cap.2

Argumenta originale peccatum negantia quę sua esse Pelagius negabat. cap.3

Paruulos a peccato originis baptismo sanari ostendit. cap.4

Paruuli sunt absque vlla diei determinatione baptizandi. c.5

Veteres affirmarunt paruulis baptisma necessarium. cap.6

Iouinianus hęreticus virginitati matrimonium præponebat, cum hoc tamen in paruulis originale peccatum non negabat, ꝙ & veteres confessi sunt. cap.7

Peccatum originale est in paruulis qui de fidelibus parentibus nati sunt, nisi spiritualiter regenerentur. cap.8

Fidelis cum originali peccato filios generat, quia illos carne & non spiritu gignit, qui postea aqua baptismi per spiritum sanctum regenerantur. cap.9

Anima an sit ex traduce, tempore Diui Augustini nondum manifestum erat, de qua cōtrouersia ex scripturis nulla haberi testimonia testatur Augustinus. cap.10

Mors effectus peccati, quam virtute Christi per resurrectionem vincimus, & illius aculeum peccatum per gratuitam iustificationem superamus. cap.11

Sacramentis a reatu peccati & mortis æternę liberamur. c.12

Nullus sine peccato in hac vita reperitur vt Augustinus supra dicta Epilogans probat. cap.13

Argumenta lib. de natura & gratia.

Lex est pædagogus nos ad gratiam ducens, qua sola iustificamur. cap.1

Natura non iustificat, nec lex, sed sola Christi fides. cap.2

Natura humana ex deo, vitium ab originali peccato, a quo liberamur gratia Christi. cap.3

Gratia dicitur quia gratis datur, sine qua nemo saluatur. ca.4

Si omnes damnarentur, nemo posset conqueri, quia ꝙ saluantur, non vasa meritorum, sed misericordia nuncupantur. c.5

Humana natura, nec in paruulis, nec in adultis, est gratia. ca.6

Pelagius dicebat se disputare de posse esse sine peccato: & non de esse, & Augustinus de esse respondit, quod nullus est sine peccato. cap.7

Paruuli

Paruuli absque baptismo discendentes damnantur. cap.8
Peccatum originale non solum per imitationem, sed per communicationem naturæ, in nobis reperitur. cap.9
Ex verbis Pelagij, illum Augustinus cogit fateri, hominē non posse esse sine peccato, nisi gratia dei. cap.10
Pelagius ponit naturam, pro gratia. cap.11
Pelagius negabat correptionem fraternam, contra præceptum domini. cap.12
Pelagius fatetur se non esse sine peccato. cap.13
Solus Xps sine peccato, reliqui omnes habent peccata. cap.14
Homo ex se non potest domare linguam, petat igitur auxiliū a deo, vt illam domare possit. cap.15
Sapientia diuina domamus linguam. cap.16
De sapientia carnis, & ignorantia culpanda. cap.17
Pelagius fatetur se habere peccata, sed non credit se adiuuari, a deo, vt non peccet. cap.18
Et si peccatum non sit natura, nec substantia, attamen vitiat animam nostram cap.19
Anima nostra vitiatur a peccato, vti corpus debilitatur ex abstinentia ciborum. cap.20
Quia peccatis infirmamur, opus est vt sanemura medico Christo. cap.21
Vnam peccatum pœna alterius peccati, nam peccator inde excecatur. cap.22
Mors aīę ex peccato, vita ꝟo ex gra, & misericordia xpi. c.23
Mors Christi non de necessitate peccati, sed obedientiæ voluntate. cap.24
Pro nostra miseria petere debemus dei misericordiam. cap.25
Deus nos sanat, quia peccauimus, & præstat ne amplius peccemus. cap.26
Necessarium fuit homini ad auferendam superbiæ occasionem vt absque peccato esse non posset, quod redarguere conabatur Pelagius. cap.27
Deus nos aliquantum deserit, vt agnoscamus bona nō esse ex nobis, & sic discamus non superbire. cap.28
Non omne peccatum est superbia, contra Pelagium. cap.29
Homo petat, vt sanetur a deo. cap.30
Dīs ad nostrā vtilitatē, non cito in nobis sanat superbiā. c.31
Deus nos præuenit sua misericordia, & subsequitur. cap.32
Deus nos ad viam suam vocat, viam ostendit, ad illamque nos ducit, & in illa nos conseruat, quæ omnia non auferunt lib. arbitrium, sed statuunt. cap.33
Nō tantū laudemus naturā, vt auferamus misericordiā, quia q̄ creauit naturam, illam sanat, & vt in sanitate seruet, curat. c.34
Et si hic nō viuitur sine peccato, attamen multi moriuntur sine peccato, q̄ ob rem non desperandum. cap.35
Nullus sanctus, aut sancta, fuit absque pctō, virgine semota. c.36
Sancti habuerunt peccata, & si illorum peccata in sacris literis non inueniantur scripta. cap.37
Probat cp omnia iustorum peccata, non sunt scripta. cap.38
Non omnia quę leguntur credenda, & aliquid quod non legitur credendum. cap.39
Lex si gratia diceretur, quia facit agnoscere peccatum, Christus gratis esset mortuus. cap.40
Quomodo omnes peccauerunt, & quomodo deus vult omnes homines saluos facere. cap.41
Ex dei gratia homo potest esse sine peccato. cap.42
Homo non natura, sed dei medicina est iustus, & si sine peccato fuerit creatus. cap.43
Possibilitas nō peccandi, non est ex nobis sed ex deo. ca.44
Pelagius dicebat agere, & non agere, in sua potestate, sed non posse, & non posse. cap.45
Augustinus inquit quod multoties, nec actus est in nostra potestate. cap.46
Nemo potest nolle beatitudiem, & hoc seruato lib. arb. c.47
Non tantum posse odorari, & non posse odorari, sed odorari, & non odorari, non sunt in nostra potestate. cap.48
Non valet, quod si posse peccare est in potestate nostra, ergo & posse non peccare, vt exemplis probat. cap.49
Homo quod vult bonū nō facit, sed quod non vult, agit. c.50
In homine voluntas, sed amissa est possibilitas. cap.51
In non baptizatis semper caro cōcupiscit aduersus spiritum, a qua infirmitate spiritu dei liberantur. cap.52
In Christianis adhuc caro aduersus spiritum concupiscit, donec in æternitate quietentur. cap.53
Natura vitiata indiget medico Christo. cap.54
Baptismus præterita mala abluit, & ne futura committantur adiuuat. cap.55
Baptizati non semper faciunt bona quæ volunt. cap.56
Spirituales non sunt sub lege, quæ hominem cruciat seruili timore. cap.57
De acceptis donis, gratię deo sunt agendæ, & orandum pro habendis. 58
Homo naturaliter non potest esse sine peccato, sed dei gratia natura vitiata sanatur, & adiuuatur. 59
Semper iusti tenentur dicere, dimitte nobis debita nostra, ideo semper habent peccatum, a quo gra saluatoris liberātur. cap.60
Peccare non est necessitatis, sed propriæ voluntatis. cap.61
Homo non potest esse sine peccato, sed gratia fit vt peccatum in illo non regnet. cap.62
Ex Ambrosio probat hominem naturaliter sine peccato esse non posse, sed bene dei gratia. cap.63
Ex testimonio Ioannis Episcopi Constantino politani, & Sixti Papę, probat, quod natura vitiata, per Christum sanatur, liberatur, & adiuuatur. cap.64
Ex testimonio beati Hieronymi, probat bene operari esse ex deo

ex deo. cap.65
Necessitas peccandi, non ex conditione naturæ, sed ex vitijs naturę. cap.66
Contra Pelagium concludit Augustinus, q̃ iustissima pœna est, vt amittat quisque, quo bene vti noluit, cum sine vlla difficultate vti posset si veller. cap.67
Quomodo hortandi fideles, & infideles ad Christum, illi ad fidem, & illi ad orationem, vt perficiantur. cap.68
Mãdata Christi timori dura sunt, charitati vero leuia. cap. 69
De diuersis generibus charitatis, quæ non ex nobis, sed ex spiritu dei est. cap.70

Argumentum Epist. Prosperi Aquitani ad Rufinum.

Prosper Rufino Epistolam mittit, vt illum ab omni scrupulo Pelagianę hæresis absoluat, veritatemque de gratia, & libero arbitrio illi patefaciens.

Argumentum lib. de gratia & lib. arbitrio, sancti. Prosperi aduersus Ioannis Cassiani librum.

Sanctus Proser Aquitanus, pro sanctis Augustino, Prospero, & Hilario, aduersus Ioannis Cassiani librum, quem de protectione dei inscripsit, librum de gratia & libero arb. edidit ex dictis eiusdem Ioannis Cassiani, ostendens, illum a veritate aberrare, Pelagiana dogmata sequens, & si in principio eiusdem libri gratiam Christi fateri videatur.

Argumentum Epist. Aurelij epis. Carthaginensis de damnatione Pelagij & Cœlestij.

Aurelius Epis. Carthaginensis, Episcopis bizacænæ, & Arziguitanæ prouinciæ Epist. mittit, vt damnationi Pelagij & Cœlestij, in concil. facta subscribant.

Argumentum Epist. decerptæ ex gestis synodalibus, contra Pelagium hæreticum.

Duodecim dogmata Pelagij, & qualiter ab illo anathematizata fuerunt, & quid tenere & credere debent Christiani, vna simul Epistola continet.

Canonum. 13. Epist. Cœlestini papæ primi Argumentum.

De Prospero, & Hilario qui quosdam Galliæ presbyteros accusant. can.1
Sancti Augustini Episcopi mira laudis assertio. can.2
Prætereto tum temporum sedis apostolicæ, episcoporum authoritates de gratia dei, contra Pelagij sectatores. can.3
Quod Adam omnes homines læserit, nec quenquam per liberum arbitriũ posse consurgere, nisi eũ gratia dei erexerit. can.4
Quod nemo sit bonus suis viribus, nisi participatione eius, qui solus est bonus. can.5
Quod nisi gratia dei continua iuuemur, insidias diaboli deuitare non possumus. can.6
Quod per Christum libero bene vtamur arbitrio. can.7
Quod omnia sanctorum merita dona sunt dei. can.8
Quod omnis sancta cogitatio, & motus piæ voluntatis ex deo sunt. can.9
Quod gratia dei non solum peccata dimittat, sed etiam adiuuet, ne committantur, & præstet vt lex impleatur, non sicut Pelagius ait, facile, quasi sine gra dei difficilius possit impleri. cã.10
Quod præter statuta sedis apostolicæ omnes orationes ecclesiæ gratiam Christi resonant, qua genus humanum reparatur, & ab æterna damnatione reducitur. can.11
Quod gratiam dei, etiam baptizandorum testatur instituta purgatio, cum exorcismis, & insufflationibus spiritus ab eis expelluntur immundi. can.12
Quod profundiores quæstiones nec contemnendę sunt, nec penitus asserendæ. can.13

Finis Argumentorum 2. Tom. opusculo.

INDEX EORVM,

QVAE IN HOC SECVNDO TOMO CONTINENTVR

A

ABRAAM non ad explendam libidinem fœminis vtebatur, sed ad successionem prolis. 74
Abraam pater noster imitatione. 102
Abstinet ab omni re mala etiam qui habet peccatum, sed illud in se regnare non sinit. 433
Adam medium habebat inter sapientiam, & stultitiam. 224
Adam sua libertate deceptus fuisset oppressus, nisi eum Christi releuasset aduentus. 118
Adam si non peccasset, corpus illius non fuisset mortuum. 393
Adam si non peccasset corpus illius senectute non fuisset grauatum. 304
Adam si non peccasset, corpus illius a mortalitate ad immortalitatem absque morte fuisset translatum. 304
Adam si non peccasset illius corpus ex animale in spirituale fuisset mutatum. 304
Adam si non peccasset, contra defectionem de lignorum fructibus habuisset refectionem & de ligno vitæ contra vetustatem habuisset stabilitatem. 304
Adam quo ad corpus est mortuus non propter terrenam naturæ fragilitatem, sed propter peccatum. 305
Adam contra eden quare habitauit. 377
Ade corpus mortale propter peccatum, attamen si non peccasset non fuisset mortuum nec moriturum. 305

Aculeus mortis quid . 39
Adulti ex originali peccato , & quia el propria addiderunt damnantur , 238
An ante consortium corporis aliqua vita vixerit animus, & sapienter, magnum est secretum, & alibi considerandum. 147
Angeli etiam si omnes peccassent, nihil nocerent creatori angelorum ad regendum suum imperium . 208
Angeli non habent opus mediatore, quia non sunt lapsi. 6
Anima accepit, vt pie & diligenter quærat deum si voler, & si bene vsa fuerit, perficietur . 220
Animæ non quid nescit, nec quid sciri non potest deputatur ad pœnam, sed quia non studuit perficere quod sciuit . 219
Animæ vtrum de propagine veniant, an in singulis nascentibus de nouo fiant, an in corpora nascentium alicubi existentia diuinitus mittantur, vel inde sua sponte labantur non est temere affirmandum . 216
Anima nulla re fruitur cum libertate, nisi qua fruitur cum securitate. 177
Anima peccatrix corporali luce excellentior . 186
Anima quamuis sit peccatrix tamen est nobilior corpore. 196
Anima si non reddit debitum deo faciendo quod debet, reddet patiendo quod debet . 210
Animus veluti pondere amore fertur, quocunque fertur. 94
Anima non ex traduce . 390
Anima an ex traduce veniat ex scripturis nulla habentur testimonia. 390
Animas ob delicta alibi commissa in corpora detrudi aliqui platonici dicebant, quos Augustinus refellit . 319
Annos sine defectu pro æternitate posuit, ppheticus sermo.
Apostolus docet, quod non, quia iusti sunt homines ideo credunt, sed quod credendo iustificantur . 8
Appetitus gloriæ, & dominandi quando non est subditus rationi facit nos miseros . 145
Arguendus est qui abutitur rebus, non res ipsæ, quibus abutimur . 154
Auaritia græce philargyria dicitur . 212
Auaritia radix omnium malorum . 212
Auersio a deo nõ ẽ naturalis nec necessaria, sed volũtaria. 187
Auersio a deo si esset naturalis, non esset culpabilis . 187
Augustinus fauente deo omnia propter Christum dimisit. 112
Augustinus malebat pessimos Pelagianos hæreticos sanari, quam ad desperationem deduci . 122
Augustinus præstantissimus minister gratiæ . 455
Augustinus se dicit liberum a scriptis omnium hominum, & fatetur se tantum canonicis consentire . 430

B

Qvi per baptismum negat paruulos a perditione liberari, & accipere vitam æternam, anathema esto . 110

Baptismus non est superfluus, sed necessarius, vt paruli ab originali peccato liberentur . 97
Baptismus præstat, vt nemo sine illo possit euadere æternam mortem . 462
Baptismus præterita peccata abluit, & ne in futurum committantur adiuuat . 427
Baptismus secundum Pelagianos non erat in remissionem peccatorum in paruulis, sed in adultis . 253
Baptismus in paruulis euacuat peccatum . 343
Baptismus dabatur ad regnum cœlorum, & vitam æternam adipiscendam . 345
Baptizandus nascitur ex baptizato, vti incircuncisus, ex circunciso . 389
Beate viuere est veris bonis certisque gaudere . 152
Beati sunt homines, non quia bene viuere volunt, id quod, & mali optant, sed quia recte viuere cupiunt, quod mali paruipendunt . 152
Beatitudine alterius non efficitur alter beatus, sed appetit beatus fieri . 185
Beatus est qui fruitur summo bono . 156
Bonitas dei tanta est super nos, vt nostra velit esse merita, quæ sua sunt dona: & pro his, quæ largitus est, æterna præmia sit donaturus . 500
Bonum non solum secundũ bonęvoluntatis merita pręmiũ cõsequatur, sed & ipsam bonã volũtatẽ cõsecuti sumus a deo . 23
Bonum quodcunque ex deo est, ob id, & forma & materia ex deo est. Sola priuatio non est ex deo, quia nihil est . 187
Bonus est solus deus, nec erit bonum, quod non habet authorem bonum . 463
Bono & malo quomodo bene & male vti possumus. 335
Brachium in scripturis ponitur pro potentia operandi. 275

C

Carbones ignis congerendi super caput inimici, sunt vrentes pœnitentiæ gemitus . 41
Carnem cum legimus, vitia carnis intelligimus, nõ naturã. 343
Caro concupiscit aduersus spiritum, nõ de carnis substãtia, sed de opibus dictum est, quæ veniunt ex carnali cõcupiscẽtia. 423
Carne Christi manducant homines quando participes corporis eius facti sunt . 385
Chananea mulier gentium sustinebat personam : 9
Charitas est donum dei . 303
Charitas humilitatem conseruat, quæ superbia violatur. 54
Charitas inchoata, est inchoata iustitia, charitas prouecta, prouecta iustitia est, charitas magna, est magna iustitia, charitas perfecta, perfecta est iustitia: & charitas maxima in hac vita est, quãdo pro illa hæc contemnitur vitæ . 453
Charitas maius donum est, quam scientia, nam scientia in homine sine charitate inflat , charitas uero non æmulatur , non

agit perperam,non inflatur. 295
Charitas non a natura, vel ab operibus,ſed ex ſpiritu dei infirmitati noſtræ opitulatur,& ſanitati cooperatur. 453
Charitas ſola eſt cuſtodia caſtitatis. 84
Charitate dempta,multa habent faciem pietatis quæ vere non ſunt pia. 443
Charitate dempta non eſt bonum opus quod noſtro iuditio bonum iudicatur. 292
Chriſtus agnoſcit bona opera,hoc eſt facit illa, ſed mala opera,quæ ſiniſtra dicuntur non agnoſcit,hoc eſt non facit, 233
Chriſtus de maledicto vicit maledictum,de morte mortem, de peccato peccatum,& de ſerpente ſerpentem. 61
Chriſtianus non debet gratiam dei recuſare ingratus,nec iuditium accuſare inuitus. 260
Chriſtus non eſt aliquorum ſaluator,& aliorum ſuſceptor,ſed omnium fidelium ſaluator eſt,& ſuſceptor. 481.& 482
Chriſtus mortuus,vt filius Dauid:reſurrexit,vt filius dei. 4
Chriſtus prædeſtinatus ex reſurrectione mortuorum ſuorum, & non damnandorum. 5
Xps ſicut fecit nos,& nõ ipſi nos,ita ipſe inſtaurat nos. 443
Chriſtus gratia ſua peccatum adæ ſuperauit,ac illud vna cum omnibus actualibus peccatis nobis (in illum fidentibus) condonat. 311
Chriſtus ſolus nos iuſtos facere poteſt. 312
Chriſtus in ſimilitudine carnis peccati non eſſet natus,niſi nos in carne peccati naſceremur. 331
Chriſtus quare infans oneratus infirmitatibus natus eſt. 343
Chriſtus ſolus vere iuſtus. 354
Chriſtus ſolus cur propria virtute reſurrexit. 375
Circũciſio nihil obeſt, ſi quis non credit ſalutem ab illa accipere. 92
Commutatio corporis in ſtatum immortalem non habebit cõcupiſcentias carnis. 81
Conatum exigit a nobis deus Vt illi credere valeamus; 348
Conatus,noſter,& oratio, qua rogamus deum vt a ſuperbia nos liberet,dona ſunt dei. 364
Concupiſcentia remanet in baptizato. 344
Concupiſcentia in baptizatis a reatu ſoluitur, ſed ad agonem relinquitur. 346
Concupiſcentia cum qua certare & cui non conſentire iubeamur.non erit in patria. 347
Concupiſcentia in ſacris literis vocatur peccatum. 367
Condemnatio non eſt ſi exiſtant deſideria carnalia, ſed ſi eis ad peccandum obediatur. 32
Coniugium bonum vt ipſam reſtringamus concupiſcentiam, ſed valde melius vt deo prolem gignere valeamus, 335
Conuerſio noſtra ad deum,eſt ipſius dei donum. 347
Conuerſis negare manum impium eſt. 124

Cor

Cor Pharaonis indurauit deus per iuſtum iuditium, & Pharao induravit cor ſuum per liberum arbitrium. 302
Cornelius Centurio recepit ſpiritum ſanctum antequam baptizaretur,& ita recepit rem baptiſmi ante baptiſmum. 14
Corpore morimur,& ſpiritu ob iuſtitiã faciẽdã viuimus. 306
Correptio non eſt negligenda, cum faciat non correptos eſſe correptos; 312
Correptiones in charitate faciendæ. 291
Conuerſio noſtra ad deum non ex nobis,ſed ex deo eſt. 441
Creator non aliter a nobis credatur quam eſt,ſed errare circa creaturam,ſine obſtinata aſſertione,nullum eſt periculum. 219
Creatura a deo accipit poſſe recte facere cum velit,& vt ſit mi fera ſi non fecerit,& beata ſi fecerit. 141
Creaturæ omnes ſpecies, & motus veluti quadam varietate linguarum clamant,atque increpant, cognoſcendum eſſe creatorem. 225
Non credenda omnia,quæ leguntur, & aliquid credendum quod non legitur. 417
Credere & non credere eſt propriæ voluntatis a Deo præparatæ. 320,&.323.&.324
Crux Chriſti euacuatur,ſi quis dicat poſſe peruenire ad iuſtitiam,& æternam vitam,ſine illius ſacramento. 396
Culpatur homo,qa non curat ſcire,nõ qa inuitus ignorat. 435
Cultor dei verius eſt ſuorum peccatorum humilis confeſſor ab omni opere,verbo,& malo cogitatu abſtinens, 355
Cupiditas concũbendi cum aliena vxore pro facto habet. 140
Cupiditas differt a metu,nam illa appetit,hic fugit. 141

D

DAMNATI merito omnes eſſemus, & ideo liberatus ex apoſtatica maſſa diſcat,quod ſibi etiam conueniret ſupplicium, niſi gratia ſubueniret. 238
Damnato redditur debita pœna, indebita vero gratia confertur liberato,vt nec ille ſe indignum queratur nec iſte ſe dignum glorietur. 230
Damnatur impietas epulonis diuitis,& commendatur pietas pauperis vlceroſi. 107
Dare oia pauperibus nõ fit hominis potentia,ſed dei gra. 109
Defectus nõ eſſet, vitupatiõe dignus,niſi eſſet volũtarius. 211
Defendens naturam,deſtruit miſericordiam,nam ipſe eſt creator qui & ſaluator,non ergo ita laudemus creatorem, vt negemus ſaluatorem. 414
Deo debemus quod natiſumus,& quotidianam gratiam. In epiſtola reſponſiua Innocentij ad cõciliũ Carthaginenſem. 120
Deo non auxiliante nobis,nihil pietatis aut boni operis habere poſſemus in ipſa voluntate. 256
Deo non poſſunt attribui peccata. 213
Deo placuit vt in ortu hominis originaliter appareret iuſtitia punientis,& in prouectu miſericordia liberantis. 216

Deum negare iustum sacrilegium est. 13
Deus coronat dona sua, non merita nostra, quæ si respiceret nos damnaret. 290
Deus cuius vult miseretur, non iustitiæ, sed misericordiæ gratia: & quem vult obdurat non iniquitate, sed veritate vindictæ. 238
Deus dat quod iubet, & adiuuat vt faciat ille, cui iubet. 290
Deus bene vtitur reprobis ad docendum alios, quos liberare dignatur. 263
Deus diligebat in Iacob antequam nasceretur gratuitum misericordiæ suæ donum: & in Esau persequebatur peccatum originale. 250
Deus est omnium bonorum affectuum, atque operum, & studiorum, omniumque virtutum author. 499
Deus est forma incommutabilis, adquam referenda sunt omnia. 183
Deus est summa veritas summum bonum & beatificum. 180
Deus faciendo hominem, ostendit bonitatem suam, & puniendo iustitiam, & liberando misericordiam. 180
Deus filios fidelium flagellat ad salutem parentum, seu ad confusionem. 224
Deus hominem fecit, & manens deus homo factus restaurauit, ipse quod fecit. 134
Deus incipit, exequitur, & perficit in nobis quæ bona sunt. 453
Deus iuste omnes damnaret, agamus ergo gratias saluatori, dum nobis redditum non cernimus, quod in damnatione simile um, etiam nobis debebatur. 239
Deus iuste per suam gratiam peccatoribus peccata cõdonat. 6
Deus iustificat impium, hoc est de impio pium facit. 24
Deus iubet quod non possumus, vt nobis innotescat, quid ab illo petere debeamus. 290
Deus maior est parentibus, principibus, & patria. Si quid iubent parentes contra principes, vel contra patriam, non sunt audiendi: si vero patria aut principes contra deum præcipiat, non est parendum. 42
Deus malorum non est author. 139
Deus miseret gratuito dono, obdurat autem iusto iudicio. 252
Deus nihil turpe aut indecorũ in impio suo esse permittit. 207
Deus nõ diligeretur a nobis, nisi ipse prior dilexisset nos. 294
Deus non est acceptator personarum, quanuis sine præcedentibus meritis cuius vult miseretur, alium in perditionis massa relinquens. 239
Deus non indurat impartiendo malitiam, sed non impartiendo gratiam. 138
Deus non punit, nec remunerat opera, quæ quisque esset facturus. 253
Deus non tantum instaurauit virtutum semina, quæ in nobis erant, sed & ipsas virtutes nobis donauit. 472. & 473

Deus nouit quid agat, & numerum omnium hominum, deinde fidelium. 263
Deus nulli debet aliquid, sed omnia gratuito præstat. 213
Deus optime vtitur diabolo pessimo ad exercendam & probandam fidem bonorum & pietatem: non sibi qui omnia nouit, sed nobis cum quibus ita agendum est. 298
Deus reddit bona pro malis, quia non dat debitam pœnam, sed donat indebitam gratiam. 279
Deus reddet mala pro malis, quia iustus est, & bona pro malis, quia bonus est, & bona pro bonis, quia bonus, & iustus est. 302
Deus si non est gratia, quomodo saluat mundum, & si non est liberum arbitrium, quomodo iudicat mundum. 229
Deus solus hominem discernit vt sit vas in honorem, & non in contumeliam. 229
Deus vtitur cordibus malorum ad laudem & auxilium bonorum. 297
Diabolus pater impiorum imitatione. 105
Dicere aliquid laceraro animo, est impetus punientis, non charitas corrigentis. 89
Difficultates & mala, a quibus vita ista incipit, non sunt omnibus naturalia, sed aut officio suscepta, aut irrogata supplicio. 120
Diligitur fidelis a nobis & hæreticus, sed alio modo: nam diligimus fidelem, quia nobis videtur recta fide, diligimus hæreticum, vt ab his quæ contra diuinam gratiam sentire dicitur, liberetur illius misericordia. 255
Dilexit nos deus prior ante omnia merita, vt & nos eum diligeremus. 6
Diligere non possumus proximom nisi diligamus deum. 80
Dimittit totum mundum, qui & illud quod habet, & optat, dimittit. 114
Disciplina bona est, ab addiscendo dicta. 33
Discrimen diuinæ, humanæque sapientiæ. 303
Diuites & si omnia non vendant, & dent pauperibus, vitam possunt consequi æternam. 106
Doctor non est malus, quia si doctor est, malus non est. 138
Dolor est quidam sensus corruptionis, vel diuisionis impatiens. 122

E

ECCLESIA a synagoga discernitur, nam a vocatione dicta est ecclesia, & a congregatione synagoga, quia congregari potius pecoribus conuenit, & conuocari hominibus. 1
Ecclesia credit malas & infideles hominum voluntates per dei gratiam posse in bonum conuerti. 234
Ecclesia nunquam respuit se corrigentem. 15
Ecclesia Romana, & Africana, & omnes filij promissionis cum doctrina Augustini sicut in tota fide, ita in confessione gratiæ congruunt. 439

Ecclesia vsque in finem bonos & malos portat. 114
Electi & prædestinati populi certus est numerus. 443
Elegit nos deus, & ideo nos illum eligimus, & nisi ille nos elegisset, nos non elegissemus illum. 293
Elegit deus non opera alicuius in præscientia, quæ ipse daturus est, sed fidem, vt quem sibi crediturum esse præsciuit, ipsum elegerit, cui spiritum sanctum daret, vt bona operando vitam cõsequeretur æternam. 37
Aemulatio est dolor animi, cum aliquis obtinet rem quam duo plures vendicabant, & sanatur pace. 84
Emulatio & inuidia proxima sunt, & ideo plerunque vnum pro alio ponitur in scripturis. 84
Epistolam ad hæbræos dicit esse Pauli. 8
In Epistola Pauli ad Ro. versatur quæstio operum legis & gratiæ. 21
Epistola ad hebreos nonnullis est incerta. 330
Error est quando aliquid sequimur, quod non ad id ducit, quo volumus peruenire. 173
Error qui publice nocet, publice corrigatur. 51
Error duplex de paruulorum baptismate. 340, &, 341
Euangelica fide iustificantur credentes. 2
Eua non est passa concubitus viri, nisi postquam egressa fuit de paradiso. 68
Est, ergo esse potest, quia ab esse, ad posse, valet consequentia. 387
Eucharestia vt baptismus in fantibus necessaria. 316, &, 317
Exorcizantur & exufflantur infantes, vt expellatur diabolus, qui dominatur. 254
Exemplo obstetricis omnes saluantis, & magistri omnes docentis exponit illud pauli. 1. ad Tim. 2. deus vult omnes homines saluos fieri. 334
Enoch & Helias per tam longam ætatem non marcuerunt, & si non sint in spirituali qualitatem corporum commutati. 304
Enoch & helias nõ egẽt cibis q̃ sui consumptiõe reficiũt. 304

F

FIDELES omnes in Christo sunt vnum, quia in illo omnis homo vnus homo. 67
Fidendum Christo crucifixo, & eius promissionibus. 439
Fides Christi nos iustos facit, & a peccatis sanat. 419
Fides Christi sola liberat nos a damnatione. 276
Fides Christianorum est credere & diligere, fides dæmonum credit, sed non diligit. 242
Fides est donum dei, & ab ipsa incipiunt nostra merita. 241
Fides est in interiore homine in conspectu dei, & non in ostentatione hominum. 24
Fides impetrat auxilium liberi arbitrij. 114
Fides nihil credit salubrius, nec intellectus intelligit aliqd ve eius, quã quod pro gra operũ accipimus gratiã vitæ ęternę. 245

Fides non petita concedit ur, vt petenti alia concedantur. 289
Fides orando impetrat, quod lex imperat. 293
Fides tantum valet in homine, vt sit impossibile sine illa orare. 291
Fides veterum, & nostra vna est, sed variantur sacramenta, quia illis futura de aduentu Christi prenuntiabantur, & nobis præterita. 94
Fides est nostræ spiritualis vitæ initium. 306
Figura serpentis æneiqua egent & paruuli. 338
Filij dei peccare non possunt. vt filij dei sunt attamen vt filij sunt huius seculi sine peccato esse non possunt. 351
Filij sanctorum quia ab illi secundum carnem nascuntur, baptizantur. 368
Formæ omnes formantur ab ea forma, quæ nescit deficere, id est deus. 184
Fortitudo est illa affectio animi. qua omnia incommoda & damna rerum, quę, non sunt in nostra potestate contemnimus. 152

G

GENERATIONVM alia carnalis alia vero spiritualis, & ambarum effectus. 381
Gẽtiles obseruãt dies mẽses, & ãnos ab astrologis notatos. 70
Gratia a doctrina sacra dicitur id quo saluamur, et iustificamur ex fide Christi. 448
Gratia agit, vt declinemus a malo, & faciamus bonum, quæ si desit, lex nos facit reos, & occidit. 303
Gratia agit, vt faciant, bona, qui prius fecerunt mala, non vt perseuerent in malis. 299
Gratia dei homo adiuuatur, ne sine causa eius voluntati iubeatur. 277
Gratia dei meretur augeri, vt aucta mereatur perfici, comitante, non ducente, pedissequa, non præuia voluntate. 258
Gratia dei quoscunque iustificat, non ex bonis meliores, sed ex malis bonos facit. 452
Gratia dei si desit, nullum prorsus siue cogitando, siue volendo, siue faciendo bonum agere possumus, quam ideo præcibus obtinere oportet. 304
Gratia dei sola possumus cogitare, aut agere aliquid boni. 231
Gratia dicitur non quasi debitum redditum, sed gratuitum. 8
Gratia gloria est dei, non meritum liberati. 465
Gratia incipimus velle bonũ, & ab iniquitate discedimus. 462
Gratię initium est, desiderare auxilium gratiæ. 304
Gratia operatur in voluntatibus, non vt non sint, sed vt ex malis bonæ, ex infidelibus sint fideles: & quæ in semetipsis erãt tenebræ lux efficiantur in domino, quod mortuum erat viuificetur, quod iacebat, erigatur, quod perierat inueniatur. 461
Gratia opus est, vt moriamur peccato. 26
Gratia qua nobis peccata donantur, & pax qua reconciliamur deo, sunt a deo patre, & a domino Iesu Christo. 6

Gratia non auxiliante nobis, ne vincamur a malo lex aliud non erit, quam virtus peccati. 278
Gratia non datur secundum merita, quia mala, & non bona merita præcedunt. 278
Gratia non esset gratia, si secundum merita imputaretur. 261
Gratia non est gratia, si non datur gratis. 260
Gratia non est natura. 240
Gratia non est sola remissio peccatorum. 242
Gratia non solũ iustificamur, sed & in bono perseueramus. 281
Grã nõ tollit uolũtas humana, ꝙ ex mala mutat i bonũ. 298
Grã nos facit legis amatores: & lex sine grã puaricatores. 296
Gratia si meritis redditur, & non est ipsa bonorum creatrix frustra gratia nominatur. 448
Gratia sine qua nec infantes, nec adulti saluantur, non meritis redditur, sed gratis datur, atque ideo vocatur gratia. 287
Gratia si secundum merita daretur, iam non esset gratia. 300
Gratia Christi destruit regnum mortis: 309
Gratia Christi adiuuit patres veteris testamenti. 309
Gratia Christi superauit adæ delictum. 310
Gratiæ inuenitur ingratus, qui propter eam vult viuere in peccato, per quam peccato moriemur. 237
Gratiam defendit Augustinus antequam oriretur Pelagiana hæresis. 488
Gratiam esse naturam dicebat Pelagius, quod dogma destruũt quinque episcopi. 132
Gratiam negant, qui dicũt merita præcedere iustificationẽ. 300
Gratias agamus deo pro his quæ intelligimus, & oremus, vt qđ non capimus, intelligere valeamus. 272

H

HOLOCAVSTVM dominicæ passionis semper offertur, cum vnusquisque baptizatur. sed si postea peccauerint, pro eis non amplius offertur, quia baptismus non iteratur. 15
Hominum quatuor gradus, ante legem, sub lege, sub gratia, & in pace. 22
Homo absque deo non potest alium hominem excruciare. 216
Homo accepit præceptum, vt diutnum quærat auxilium. 454
Homo accepit a deo potius pœnam emendatoriam, quam interfectoriam. 230
Homo bestijs quoad corpus, & ad animam imperat, bestiæ vero nunquam dominantur homini. 148
Homo cum esset impius, cæcus & mortuus, a liberatore suo Christo gratis accepit iustitiæ lumen, & vitam. 442
Homo antequam fit sapiens, duobus modis peccat, aut non accomodando se ad accipiendum præceptum, aut cum acceperit non obseruando. 226
Homo dicitur stultus necessario, quando negligit acquirere sapientiam, si potest. 226
Homo est, viuit, & intelligit, sed in his tribus intelligentia est potior

potior. 188
Homo minus peccauit, quam diabolus, quia malũ est propria cogitatione peccare, & malum alterius suggestione consentire, sed potius ex inuidia alium ad peccandum deducere. 105
Homo non occidens, ne ipse occidatur, non implet præceptũ iustitiæ, sed si non occidat, quia iniustum est, quamuis impune agere possit, præceptum iustitiæ implet. 79
Homo peccatis venditur, cum viribus suis iuste viuere conatur, sine adiutorio liberantis gratiæ dei. 22
Homo si haberet tantam iustitiam, vt augeri non posset, non ideo æquaretur creatori suo. 412
Humilitatis laus non ponitur in parte falsitatis. 414

I

IACOB domini frater, vel ex filijs Ioseph de alia vxore, vel ex cognatione Mariæ debet intelligi. 51
Iesus etiam infantium Iesus est. 383
Ignorantia negationis non excusat, vt homo sempiterno igne non ardeat, sed vt mitius ardeat. 249
Ignorantia non reputatur ad culpam, sed quia negligimus inquirere quod ignoramus. 218
Ignorantia punitur. 218
Infans non recte dicitur stultus, aut sapiens. 228
Infantes decedentes sine baptismo damnantur. 438
Ignorantia originalis peccati. 342
Impossibilia deus nõ præcepit homini quia deo ad opitulandũ vt ab homine fiat qđ ipse iubet non est aliquid impossibile. 349
Iniquitas non est apud deum, quia neque permittendo, neque exigendo, quod debetur iniustus est, ibi enim grata est indulgentia, vbi iusta posset esse vindicta. 259
Iniqtas deleta ꝑ christũ sed ꝯ plures remanẽt infirmitates. 376
Initium omnis peccati superbia & initium superbiæ apostatare a deo. 228
Iniuste aliquid pati non est peccatum, sed iniuste facere. 215
Interest parũ inter cõmittẽtis animũ, & cõsentiẽtis fauorẽ. 126
Interogant multi quę ipsi non valent explicare. 288
Inuidia est dolor animi, cum indignus videtur aliquis assequi, id qđ etiã tu non appetebas, hanc sanat mansuetudo. 84
Ira dicitur de deo vindictæ significatione. 22
Iubet deus continentiam, & dat illam, iubet per legem, & dat per spiritum, lex sine gratia facit abundare delictum, & litera sine spiritu occidit. 95
Iubet deus vt agnoscamus infirmitatem nostram, & eius petamus gratię adiutorium, & si quid facimus ab eo agnoscamus, quod fecimus. 95
Iudęi credendo posse suis viribus adimplere legem, suam iustitiã in lege constituebant. 286
Iuditium deo dimittamus de his rebus, quę possunt bono & malo animo fieri. 4

Iuditium, quo malum a bono discernimus, ante omne meritum accepimus. 219
Iurare verum non est peccatum, attamen cauendum a iuramento, quia citius cadit, qui consueuit iurare. 115
Iurare non est contra præceptum quod non est a malo iuratis, sed eius qui iurare cogit. 52
Iustificari volunt ex semetipsis, qui putant aliquid boni posse ex suis viribus facere. 232
Iustificatio antiquorum fuit ex fide. 63
Iustificatio si esset ex lege, Abraam nō fuisset iustificatus, quia multo tempore fuit ante legem. 63
Iustificatur apud deum ille, qui eum gratis colit, non cupiditate appetendi aliquid ab ipso, præter ipsum. 60
Iustificatus etiam perfectissime, nisi ęterna luce diuinitus adiuuetur, recte viuere non potest: sicut oculus corporis etiam perfectissime sanus, nisi cādore lucis adiuuetur, nō potest cernere. 409
Iustificamur in solo Christo. 309
Iustus pater iniustum generat filium, quia carne & non spiritu illum gignit. 351
Iustus sine peccato nunquam fuit, nec erit aliquis homo, Christo excluso. 364
Iusti sumus per Christum. 374
Iustitia est virtus, qua sua vnicuique tribuuntur. 152
Iustitia ex fide qua credimus nobis iustitiam diuinitus dari, nō fit in nobis nostris viribus. 155
Iustitia infidelium nō est iustitia, quia sordet natura sine gra. 442
Iustitia si esset ex lege, aut ex natura, Christus gratis esset mortuus. 256
Iustitia vera est non in se amare, nisi quod dei est, & odisse quę propriū, nec propria approbare peccata, nec aliena improbare. 6
Iustitia humana perfecta, est, imperfecta. 361
Iustitia ex Christo in nobis. 361

L

LATRO in cruce de proprio habuit, ꝙ Christum blasphemauit, & a spiritu sancto ꝙ credidit. 460
Laudet misericordiam, qui liberatur: non culpet iuditium, qui punitur. 263
Lege ęterna omnes leges temporales variantur ipsa vero permanet immutabilis. 145
Legis opera bipartita, nam vel ad sacramenta, vel ad mores pertinent. 37
Legi subest, qui timore supplicij, non amore iustitiæ abstinet a lege peccati, nam in ipsa voluntate reus est, qua mallet si fieri posset non esse quod timet, vt libere faciat quod occulte desiderat. 428
Legi temporali seruientes, ab ęterna non sunt liberi, sed bene econtra. 164
Lex data per Moysen non potuit regnum mortis auferre, quod sola Christi abstulit gratia. 103
Lex distinguitur a gtia, nam lex iubere nouit, gratia vero adiuuare. 130
Lex ęterna, & incommutabilis, ꝙ populus modestus sibi magistratus creet, dissolutus vero ista concessione careat. 148
Lex imperat, quod fides impetrat. 116
Lex iram operatur, nisi gratia adiuuetur. 282
Lex iubet facere, quod non valemus, nisi per fidem rogando impetremus. 286
Lex iusta data est hominibus iniustis, ad ostendendum peccata eorum, & non ad auferenda. 47
Lex iusto non est posita, id est imposita, vt supra illum sit. nē potius est in illa quam sub illa. 35
Lex minora malefacta permittit, ne maiora committātur. 412
Lex multa impunita relinquit, quæ postea per diuinam prouidentiam vindicantur. 145
Lex non iuberet si non esset voluntas, nec gratia succurreret si sufficere voluntas. 255
Lex per literam iubet, & non adiuuat, gratia vero impetrat, vt lex impleatur. 259
Lex potest ne quid mali fiat iubere, a malo autem, non potest liberare, notum facit mandatum, sed obediendi non prestat effectum, nisi qui est occidens per impertum, efficiatur viuificans per spiritum gratiæ. 454
Lex reos facit iubendo, & non adiuuando, gratia, vero adiuuat, vt legis quisque sit factor, sine qua gratia sub lege positus, tā tummodo erit legis auditor. 287
Lex sine gratia est litera occidens, in gratia autem est spiritus viuificans. 295
Lex sine gratia ostendit peccata, & non tollit. 27
Lex superbienti populo data est, quam sine gratia seruare nō posset, vt humiliaret, & gratiā peteret, qua posset illā seruare. 64
Lex vti pedagogus nos ducit ad Christum. 395
Lex peccati in nobis quid. 37
Laudabilia multa reperiuntur etiam in ingenijs impiorum, quę ex natura quidem prodeunt, sed quoniam ab eo qui naturam condidit recesserunt, virtutes esse non possunt. 472
Liber nemo est nisi cum aliqua seruitute, nam liberi iustitiæ seruimus peccato, & si liberi a peccato seruimus iustitię. 464
Liberatus si indignus est, tanto maior gratiarum actio deo debetur, quanto iustior pœna debebatur Vbi autem damnatur dignus, nec misericordia, vel veritas damnantur. 265
Liberum arbitrium aliqui negabant, alij vero illud ponebāt ex gratia, quibus fauet August. 230
Liberum arbitrium nobis datum non vt superba voluntate respuamus adiutoriū, sed vt pia voluntate inuocemus dūm. 95
Liberum arbitrium non aufertur gratia, sed liberatur, vt ex tenebroso lucidum, de prauo rectum, de languido sanum, de imprudente

prudente fit prouidum. 300
Liberum arbitrium non destruitur, si omnia bona a deo agnoscamus, sed statuitur. 412
Liberum arbitrium non tollitur, quia iuuatur, sed ideo iuuatur, quia non tollitur. 96
Liberum arbitrium sanatur per gratiam, & accipit perseueran tiam vnde accipit industriam. 445
Liberum arbitrium se excæcauerat, & se illuminare non poterat, sed omne bonum a saluatore accepit. 447
Ne Libero arbitrio stare videatur, Petrus, qui de se multa promiserat, permittitur periclitari, vt conturbatum & deficientem il le respiciat, & reficiat, sine quo nemo cõsistit, nemo pristit. 444
Liberum arbitrium voluntatis humanæ non sufficit, nisi a domino victoria concedatur oranti, ne intret in tentationem. 277
Liberum nobis non est, quod in potestate non habemus. 195
Libero arbitrio Nimium tribuebant Pelagiani. 345
Libertas sine gratia, non est libertas, sed contumacia: 101
Linguam domare non est nostrum, sed debemus petere a deo tale donum. 401
Locus medius inter vitam æternam, & ipsam æternam damnationem non datur, Nam oportet vt sit cum diabolo qui non est cum Christo. 334

M

MALA ideo mala, quia improbanda cupiditate fiunt. 161
Maledicit nos homo iussu dei, attamen non laudatur maledicens, quia ex proprio peccato id agit permittente deo. 297
Malefacere est auerti a diuinis, vereq; manentibus bonis, & ad mutabilia & incerta cõuerti: In hoc genere oia pcã cõtinent. 157
De duobus Malis non fit vnum bonum, nec de duabus virtutibus vnum vitium, nec duo vitia vnam gignunt virtutem. 456
Malum facere nihil est, nisi a disciplina deuiare. 140
Malũ non ideo malũ, quia lege vetat, sed quia malũ vetat. 141
Malum non est in nobis natura sed vitium. 346
Malus sui malefacti author est. 138
Manifestum est nos pertinere ad deum, quia non solum in nos benignissimus in prestãdo, sed et iustissimus in vindicãdo ẽ. 168
Maria sola fuit sine peccato, quod gratia vinci potest. 414
Matrimoniũ virginitati prẽponebat Iouinianus hereticus. 387
Merita iustorum multa, sed vt iusti fierent nulla fuerunt, quia gratia sunt iustificati. 242
Merita non præcedunt gratiã, quia meritis impij non gratia, sed pœna debetur, nec esset gratia, si gratuita non daretur, sed debita redderetur. 242
Merita tua, vt tua non coronat deus, sed dona sua. 284
Meritum hominis est donum dei gratuitum. 261
Medicus bene vtitur igne, & maleficus abutitur pane. 156
Melius est esse miser quam non esse. 200
Mentem comitem cupiditatis nihil ita facit, quam propria voluntas

luntas, & liberum arbitrium.
Mentira ionali & sapiẽti nihil est præstantius præter deũ. 15
Merita nostra nulla sunt. 77
Ministris bonis Christus est aliquid, non ipsi in se. 53
Miser super omnia opus habet misericordia, & nihil ita indignum misericordia, quam superbus miser. 206
Misericordia si vni tribuitur, ipse non habet vnde glorietur, si vero alteri vindicta, ipse non habet vnde queratur. 262
Misericordiã nihil sic ꝓmouet, q̃ propriꝝ piculi cogitatio. 87
Mitti ab homine per hominem, & a deo quomodo differat. 48
Moriones fatui. 341
Mors domini dignationis fuit & non debiti. 28
Mors & peccatum in cruce pependerunt. 62
Mors stipendium peccati, quia iuste pro peccatis redditur, sed gratia dei vita æterna, quia bonis operibus, non ex nostra sufficiẽtia venientibus, sed ex gratia et misericordia dei redditur. 286
Mors ex peccato. 340
Mors diabolo quia illum sumus imitati. 307
Mors pœna primi peccati. 372
Mors in carne peccati debita redditur. 373
Mortale, mortuum atque morituram quomodo differunt. 309
Mordatur corporaliter ob peccatum. 306. & 307
Mortuus est Christus, non necessitate peccati, sed obedientiꝝ voluntate. 408
Moriuus est Christus potestate, & hoc est prætium nostrum, quo nos a morte redimeret. 407
Mundus mundo corde conspicitur, nam templum dei non potest esse pollutum: hoc obtinetur a nobis conando, laborando, et orando vt ad illam perfectionem peruenire possimus. 428

N

NASCI denuo quid. 335
Nasci ex deo quid. 366
Nasci oportet carne, vt renascamur spiritu. 370
Natura humana in illa integritate qua cõdita fuit, nõ potuit, si ne diuina grã pmanere, q̃to minus poterit seipsam reparare. 272
Natus aliter est Christus, & nos aliter renascimur.
Nihil boni ex nobis ne extolamur.
Naturalia membra sunt ex deo, sed vitium est ex peccato originali, quod per liberum arbitrium, primus homo cõtraxit. 397
Nemo merito liberatur, & nemo immerito damnatur. 445
Non de sapientia, sed per sapientem iudicamus. 171
Nulla creatura opem tulit deo in opere creationis. 140

O

Obedire iustitiꝝ esset molestum nisi gratia liberaremur. 364
Obedictia violata et ñ arbor vitę, primus nocuit hoibus. 397
Oculi dei illius dilectionem significant. 74
Opera bona non implentur nisi dilectione, per quam fides operatur. 80

Opera bona non nobis, sed deo sunt tribuenda, qui nos per suam gratiam iustificauit. 24
Opera bona, quæ ad bonos mores pertinent, quibus recte viuimus, a patre nostro, qui in cœlis est sunt petenda, ne de libero arbitrio a diuina gratia decidamus. 237
Opera ex fide & non ex operibus fides, & ideo ab illo sunt nobis opera iustitiæ, a quo est ipsa fides. 285
Opera ex gratia, & non ex operibus gratia. 245
Opera legis dilectiõe, sed nõ timore seruili possunt impleri. 90
Operibus bonis nemo gloriatur, quia ex dono dei sunt. 58
Operibus debitum redditur, gratia gratis datur, vnde etiam nuncupatur. 260
Oratio dominica omnibus est necessaria, nam omnes dicere debent, dimitte nobis debita nostra. 94
Oratio inter gratiæ munera reperitur. 243
Orationẽ erga deũ superfluã dixerunt Pelagiani hæretici. 345
Orationẽ dominicam si quispiam dixerit alicui non esse necessariam cum hic sine peccato viuere possit multum errat, ac homi nem ad mendacium hortatur. 394
Oramus in oratione dominica, vt nomen dei sanctificetur qđ semper sanctum est, sed vt ĩ hominibus sanctificetur oramus. 291
Originalia peccata, ideo dicuntur aliena: quod ea singuli de parentibus trahunt, sed non sine causa dicuntur et nostra, quia dicit Apostolus, in illo omnes peccauerunt. 310
Originali peccato omnes tenentur. 324
Officium iustitiæ est colere deum. 433

P

PARVVLI ex solo peccato originali damnantur. 233
Participatione iustitiæ, sapientiæ, & misericordiæ, iusti sapiẽtes, & misericordes sumus. 472
Paruulli non baptizati æternam patiuntur mortem, sed tolera biliorem, his qui propria peccata addiderunt. 267
Paruuli non baptizati (& si lenissime) attamen damnãtur. 314
Paruuli frustra baptizantur si peccato vacant. 315
Paruuli pœnitent sicut credunt. 315
Paruuli si carent peccato originali a Christo non saluãtur. 321
Paruuli peccato carent vitæ. 340, & 341.
Paruulis si non haberent peccatũ originale, sed a seipsis iusti essent, pro illis Christus nõ venisset nec esset mortus. 315, & 316
Paruulis & adultis necessarius baptismus. 322
Paruulorum cur alius absque baptismo discedat, & alius baptizetur, est inscrutabile. 318
Paruulis credere est baptizari. 325
Pastoralis necessitas hẽt morbidũ pecus ex grege separare. 230
Patitur bonus, & laudatur magnitudo animi, patitur malus, & laudatur lex ex pœna peccati. 205
Paulus cum multis meritis malis, & sine bonis gratiam dei consequutus est. 283
Paulus vocatus fuit de cœlo ex sola gratia. 282

Paulus in fide Christi viuebat, quod non meriti sui, sed gratiæ dei erat. 56
Paulus suam iustitiam stercora arbitrabatur in comparatione iustitiæ Christi. 357
Peccando vendimus animas nostras diabolo. 29
Peccare non cogimur a deo, sed ipse dignos deseri deserit, qui sic deserti, & inde contenebrati, tantum parient opera tenebrarum, donec illis dicatur, surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. 407
Peccare sufficimus per liberum arbitrium, vt autem redeamus ad iustitiam, opus habemus medico, quoniam sani non sumus, & viuificatore, quoniam mortui sumus. 407
Peccata aliqua peccatis curantur. 410
Peccata electis coopant in bonũ, qa humiliores reddunt. 408
Peccata faciunt ad decorem vniuersi rationẽ pœnæ. 204
Peccata inusitata tantum exhorrescimus, vsitata vero pro quibus abluendis filij dei sanguis effusus est, quamlibet magna sint, & oĩno faciat claudi cõtra se regnũ dei, toleramus & facimus. 72
Peccata non fuerunt necessaria deo, sed vt per illa notas faceret diuitias suas in vasa misericordiæ. 266
Peccata occulta sunt dulciora. 28
Peccata sine quibus hic non viuitur, operibus misericordiæ & orationibus mundantur. 93
Peccato hic non possumus carere viuendo, sed possumus mori sine peccato. 414
Peccator omnis est inexcusabilis, vel reatu originis, vel addi tamento propriæ voluntatis. 249
Peccatores deus non spernit, omnes vtique sperneret, quia nemo est sine peccato. 432
Peccatum Adæ non fuit imitationis. 398
Peccatum abundauit ex lege, quia concupiscentia ex prohibitione ardentior facta est. 26
Peccatum & pœna peccati non sunt natura, sed affectiones naturarum. 204
Peccatum ex propria malitia absolute non debet dici peccatum in spiritum sanctum. 13
Peccatum in spiritum sanctum est desperare, irridere, & contemnere prædicationem gratiæ, per quam peccata diluuntur, & per quam reconciliamur deo, & ad finem vsque perdurat. 10
Peccatum in spiritum sanctum est inuidere operibus spiritus sancti, ac eius bonitate contrariari, cui tamen pœnitentiæ remissio non negatur. 17
Peccatum in spiritum sanctum est perseuerantia vsque in finem cum nequitia & malignitate, & desperatione indulgentiæ dei. 17
Peccatum in spiritum sanctum, quod verbum in spiritum sanctum dicitur, non tantum ore, sed etiam corde exprimitur. 19

Peccatum non cauemus per liberum arbitrium nisi deo adiuuante infirmitates nostras. 135
Peccatum non imputatur recte, nisi volenti. 215
Peccatum omne non est superbiæ peccatum, quanuis superbia sit omnium peccatorum initium, prout diabolus superbia primũ hominem decepit. 410
Peccatum originale, peccatum imitationis appellabant Pelagiani. 103
Peccatum pœna peccati. 406
Peccatum originale non imitatione, (vt dicebant Pelagiani) sed propagatione in omnes homines transit. 307
Peccatum ignorabatur, & non putabatur esse antequam esset lex. 309
Peccatum originale etiam infantibus commune. 310. & 311
Peccatum originale ex propagatione, & iustitia ex regeneratione. 313
Peccatum personalea paruulis alienum.
Pecato carere potest homo ope diuina. 348
Peccato remisso cur pœna exigitur. 376
Peccans voluntate peccat. 346
Peccatores imitantur Adam. 308
Peccata sola separant hominem a deo.
Peccauimus, iõ sanat nos deus, & adiuuat ne peccemus. 409
Pelegiana dicta in Vnum collecta. 268
Pelagiana dogmata destruuntur. 289. & 290
Pelagiana hæresis tempore Augustini exorta est. 273
Pelagiana hæresis est adhoria destruere catholicam fidem. 439
Pelagiana dogmata destruit augustinus. 381. & 382
Pelagiani dicebant charitatem ex nobis esse, & scientiam ex deo quos impugnat Augustinus. 299
Pelagiani dicebant deo, tu nos fecisti homines, iustos autem ipsi nos fecimus. 128
Pelagiani falso dicebant paruulos non damnandos, qui sine baptismo moriuntur. 265
Pelagiani legem dicunt dei gratiam, qua adiuuamur ad non peccandum. 288
Pelagiani nõ defendebant liberũ arbitriũ, sed extollebãt. 115
Pelagiani naturam & legem dicebant esse gratiam. 242
Pelagiãi nõ defensores, sed præcipitatores sunt liberi arbitrij. 243
Pelagianorum dogmatum impugnatio. 270
Pelagius damnatus fuit in concilio Palæstino, quia dicebat gratiam dei secundum merita nostra dari. 439
Pelagius dicebat gratiam esse necessariam, quia peccauimus, & non vt non peccemus, quod destruit Augustinus. 408
Pelagius dicebat quod gratia data erat hominibus, vt quæ facere iubemur per liberum arbitrium facilius possit impleri per gratiam, quod destruit Augustinus. 270

Pelagius

Pelagius in concilio Palæstino anathematizauit eos qui dicunt ex meritis dari gratiam. 241
Perfectio secundum quid. 358
Placet deo nemo, nisi ex eo, quod ipse donauerit. 497
Pertinentia ad pietatem non per naturam vitiatam, sed per reparantem gratiam habemus. 474
Pœna iustissima peccati est, vt amittat quisque, id quo bene vti noluit, cum sine vlla posset vti difficultate, si vellet. 438
Pœna nõ esset pœna, si homines hęc inferiora nõ amarẽt. 424
Pœnalia sunt ista duo ignorantia, & difficultas, ex ignorantia dehonestatur error, ex difficultate cruciatus affligit. 436
Pœnitet neminem peccati sui, nisi admonitione aliqua vocationis Dei. 7
Præcepta dei dura sunt timori, & leuia amori. 436
Præcepta diuina homini non prodessent, nisi haberent liberum arbitrium adiutum per dei gratiam. 439
Præcipit deus non impossibilia, sed iubendo admonet facere quod possis, & petere quod non possis. 455
Præcipit deus quod non valemus implere, vt a litera occidente confugiamus ad spiritum viuificantem, & facultatem, quam non inuenimus in nostra, quæramus ex gratia. 468
Prædicatoribus catholicis Pelagiani notam erroris affigere studebant. 450
Præsciuit deus omnia, attamen non necessitate, sed voluntate operamur siue bonum siue malum. 184
Procuratores, & actores huius mundi, nihil faciunt, nisi quantum dominus sinit, vel ad pœnam, vel ad probationem, vel etiam ad coronam. 71
Prudentiæ definitio in appetendis bonis, & vitandis malis explicatur. 31
Prudentia est appetendarum rerũ, & vitandarum scientia. 152
Pudicitia, quia est in animo virtus, a violento stupratore eripi non potest. 148

Q.

Quæstionibus sibi a marcelin ppositis respõdit augustinus. 305
Qui vult seruare mandata & non potest, nundum se plene velle cognoscat, & ideo oret, vt habeat tantum voluntatem, quãta sufficit ad implenda mandata. 302
Quur præcepit deus quod non possumus. 359

R

RATIO in homine est res præstantissima, quæ & se ipsam intelligit. 161
Ratio inter ministros suos, & inter ipsos, & seipsam quid differt, eoque illi præpotentiorem esse confirmat, & seipsa seipsa comprendit. 163
Ratio numeri omnibus ratiocinantibus præsto est. 170
Ratio ratione cognoscitur. 187

Rebellio carnis vnde. 566
Recta opinio prauã corrigit consuetudinem, & prava opinio rectam depravat naturam. 202
Renascuntur per Christum omnes qui iustificantur, sicut omnes qui nascuntur in condemnatione, non nisi per Adam nascuntur. 202
Renouationis initium a baptismo. 349
Renouationis complementum in futura erit resurrectione mortuorum. 350
Respublica priuatis præponenda a recto populo, si autem non est rectus, non constituit rectas leges. 145
Resurrectio virtutem Christi morientis manifestat.
Resurrectio corporis morti est contraria. 307
Reus nemo est ex eo quòd non accepit, sed quia non facit quod debet. 314

S

SACRAMENTVM non intellectum terret animam, intellectum autem gaudium pium parit. 58
Sacramenta sola ad salutem sanctificant. 392
Saluati non vasa meritorũ, sed vasa misericordiæ dicunt. 399
Salus ex gratia, & non ex liberoarbitrio. 328
Salus nisi ex fide esse non potest. 482
Sancti omnes habuerunt peccatum. 415
Sanctificatio multiplex. 370
Sapiens ille est, in quo mens summam potestatem habet. 148
Sapientia a deo his omnibus datur affluenter, qui sic petunt, et tantum, quomodo & quantum res tanta petenda est. 405
Sapientia dei legem & misericordiam in lingua portat. 300
Sapientia diuina una & eadem sapientia, & numerus ex scripturis dicitur. 176
Sapiẽtia est veritas, qua cernitur & tenetur summũ bonũ 178
Sapientia summa est vna communis omnibus, vt lux solis vna est, qua diuersa cernimus 174
Scandalizandi non sunt pusilli. 494
Scias deum aliquantulum te deserere, vt discas non esse superbus. 412
Scire nolle aliquid, & nescire differunt. 277
Sensus particulares non sentiunt aliquo particulari sensu. 163
Serpens erectus a Moyse in deserto super columnam ligneam, fuit figura passionis Christi. 62
Simon magus spiritum sanctum venalem existimabat. 12
Spiritalem virum nihil sic probat, quemadmodum peccati alieni tractatio, cum liberationem eius potiu quam insultationem, & auxilia potius quam conuitia meditatur. & quantum facultas tribuit, suscipit. 87
Spirituales creaturæ non locis, aut mole corporum, sed paribus affectibus iungi, & imparibus seiungi possunt. 268

Spirituales creaturæ post peccatum in corporibus inferioribus atque mortalibus ordinatæ sunt, non pro arbitrio, sed vt leges vniuersitati siunt, nec est talis anima inferior corpore cœlesti, & si ignobiliorem habeat vestem. 208
Spiritus interpellat & gemit, quia nos interpellare, & gemere facit. 244
Spiritus sanctus aliter adiuuat inhabitans, aliter non inhabitans: non inhabitans adiuuat, vt fiant fideles, & inhabitans adiuuat fideles. 245
Spiritus sanctus gemit, hoc est, nos gemere facit. 34
Stulti habent quidem mentem, sed in illis non regnat. 328
Spiritus primitias nũc habemus sed in patria perfectio nra. 151
Stultitia est rerum appetendarum, & vitandarum non quælibet, sed vitiosa ignorantia. 228
Stultus ille est, in quo mens summam potestatẽ nõ habet. 229
Superbire non debemus super peccata aliorum quando, & obiurgatione eorum peccamus, cum facilius nos ira peccatis iratos quam miseria misericordes faciat.
Superbia est causa omnium vitiorum humanorum. 361
Superbum est dicere ꝙ homo faciat, quod promisit deus. 252
Superstitiose temporum obseruationes ad magnum periculum animæ pertinent.

T

TEMPERANTIA est affectio coercens appetitum ab his rebus, quæ turpiter appetuntur. 152
Templum sanctum est deo mens pura, & altare optimum est ei cor mundum. 432
Temporalia non amans, non dolet amissa. 144
Tempore Augustini fere omnia Pelagianis plena erant. 129
Testamentum vetus ad timorem, & nouum ad charitatem pertinet. 52
Timet adultera ne custodiatur a viro suo, timet casta ne ab illo deseratur. 87
Timore casto timemus in minimo offendere oculos dei, quem ex toto corde diligimus. 87
Tribulationibus gaudendum.
Tribulatione multoties nos adiuuat deus. 35
Trahimur ad Christum quocunque modo ad illum veniamus & quibus modis diuersis trahamur, ostendit. 460
Tria lingua punica salus latine. 9

V

VENDERE omnia & dare pauperibus, perfectorum est præceptum. 109
Verbum dei non potest fieri, per quod facta sunt omnia, & quomodo intelligitur, verbum caro factum est. 3
Verbum diuinum quod semper habuit diabolum sub legibus suis, homo est factum, vt etiam homini diabolum subiugaret, quæ sibi, &

sibi, & nomini iustitia, & non potentia subiugauit. 208
Vt velimus deus in nobis, sine nobis operatur, cum vero volumus, & sic volumus vt faciamus, nobiscum cooperatur, sed sine illo operante, vt velimus, vel cooperante cum volumus, ad bona pie agis opera nihil valemus. 294
Velle & facere nobis donatur a deo. 442
Velle & nolle propriæ est voluntatis. 278
Veritas est libertas nostra, quæ nos a morte, & a conditione peccati liberat. 180
Veritas propter seipsam diligenda, & non propter hominem, seu propter angelum. 49
Veritati comparantur, quæ audimus, nam vti totam vocem omnes audientes capiunt, sic & ipsam veritatem quamuis non sit perfecta comparatio. 180
Veritate iucundum est, quicquid in veris rebus iucundum est. 179
Verum tacere aliquando vtile est, sed dicere falsum nunquam licet. 52
Veteres nobiscum habuerunt eundem spiritum fidei. 125
Veteres de paruulis absque baptismo discedentibus nihil dubitauerunt. 386
Veritas non est inferior mentibus nostris, nec æqualis sed superior. 168
Victoria qua peccatum vincitur, non est aliud, q̃ donũ dei. 265
Victum & non certantem pœna consequitur. 78
Virginitatem paruipendebat Iouinianus hæreticus. 387
Vita æterna gratia dicitur, quia fides, & opera quibus redditur, gratia dicuntur. 278
Vita æterna gratia dicitur, quia merita quibus datur, donantur a deo. 232
Vita bona est tantum gratia, sed vita æterna, quæ illi redditur est gratia pro gratia. 286
Vt vita corporis est anima, sic vita animę deus est. 182
Vita nostra bona, & vita æterna, quæ illi redditur de grã. 286
Vita seipsam sentit, quia fugit suum contrarium nempe mortem. 165
Vitium ideo malum, quia eius rei naturæ aduersatur, cuius est vitium. 211
Vitium nullius rei vituperatur, nisi cuius natura laudatur. 210
Vitium eo ipso, q̃ vitium est contra naturam vitium. 2
Vituperatio peccatorum nulla est, nisi laudetur deus. 210
Virtus si vitium recipit, non a vitio, sed a virtute discreditur. 485
Virtutes omnes, nisi nobis donatę essent, in nobis non reperirentur. 484
Virtutes sine quibus non possumus recte viuere sunt magna bona, species corporis, sine quibus possumus recte viuere, minima bona sunt, virtutibus non possumus male vti, sed bene secundis

dis & tertijs bonis. 187
Visitatio dei ducit hominem, vt quę fugiebat sequatur, quæ oderat, diligat, quę fastidiebat, esuriat, ac subito mutatione mirabili, quę clausa ei fuerant fiant aperta, quæ onerosa sint leuia, quę obscura lucida. hęc omnia operatur Vnus, & idem spiritus diuidens singulis, prout vult. 460
Aliud est viuere, & aliud se scire viuere. 146
Viuendo secundum carnem morimur, sed viuendo secundum spiritum fidei viuimus. 305
Vocat dominus longe positos ad salutem, & inuitos attrahit, & peccare cupientibus explendam copiam subtrahit voluptatis. 453. & 455
Vocatio duplex, vna simplex, altera secundum propositũ. 267
Vocatio est solius gratiæ, & post vocationem non sola voluntas, nec sola gratia, sed vtrunque operatur 283
Vocationem gentium ad tempus dominus abscondit suis, quæ ignorantia illis non nocuit. 448
Voluntas aliqua ita excecata est, vt nullis cohortationibus sit reuocabilis, nisi per viam trahentis in uita ducatur, quia ex nolentibus volentes facit deus. 452
Voluntas auersa ab incommutabili bono, & conuersa ad bonum proprium, vel ad exterius, aut ad interius, peccat. 188
Voluntas bona est qua appetimus, recte honesteque viuere, & ad summam sapientiam peruenire. 150
Voluntas non nobis data est ad peccandum, sed ad recte agendum, aliter non iuste vendicarentur peccata. 157
Voluntas nostra tanto liberior quanto sanior, & tanto sanior quanto diuinę voluntati subiectior. 96
Voluntas semper libera, sed non semper bona, nisi adsit gratia dei. 293
Voluntas vt ad credenda vera moueatur, non sibi sufficit, nisi gratia dei opituletur. 271
Voluntatem bonam, sed paruam & inualidam habet, qui vult facere mandata dei, sed non potest, poterit autem cum magnam habuerit, & robustam. 295
Voluntas bona ex deo. 362
Si uoltas bona & mala ex deo & bona tantum ex nobis, melius est id q̃ est a nobis, quam id q̃ est ex deo. 362
Voluntates hominum deus vertit quo vult. 316
Volũtates humanas deus inclinat vbicunque voluerit, siue ad bona per suam misericordiam, siue ad mala pro meritis eorum, iuditio quippe suo aliquando aperto, aliquando occulto semper autem iusto. 304
Voluntates nostras malas impedit deus, quod exemplo Balaam, qui benedixit Israelem, quem maledicere volebat, & exemplo Abimelech, qui non fuit permissus peccare in Rebeccam manifestatur. 463

Voluntates

Voluntates nostræ ita sunt in dei potestate, vt quando voluerit eas faciat inclinare, vel ad beneficia quibusdam præstanda, vel ad pœnas ingerendas, 300
Voluntatibus hominum deus dominatur, & quos vult in formidinem vertit, quod exemplis probat Augustinus. 300
Voluntatis meritum est & supplicium. 154
Voluntatis motum agit deus in cordibus hominum, vt per eos agat quicquid voluerit. 302
Vxorem vendere nullis humanis legibus licet. 316

FINIS.

D. AVRELII AVGVSTINI EXPOSITIONIS EPISTOLAE PAVLI AD ROMANOS INCHOATÆ, salutatione tantummodo expedita.

LIBER VNVS.

IN Epistola, quam Paulus apostolus scripsit ad Romanos, quantum ex eius textu intelligi potest, quæstionem habet talem: Vtrum Iudeis solis Euangelium domini nostri Iesu Christi venerit propter merita operum legis: an vero nullis operum meritis præcedentibus, omnibus gentibus venerit iustificatio fidei, quæ est in Christo Iesu: vt non quia iusti erant homines, crederent: sed credendo iustificati, deinceps iuste viuere inciperent. Hoc ergo docere intendit Apostolus, omnibus venisse gratiam Euangelii domini nostri Iesu Christi. Quam propterea etiam gratiam uocari ostendit, quia non quasi debitum iustitiæ redditum est, sed gratuito datum. Cœperunt enim nonnulli qui ex Iudæis crediderant tumultuari aduersus gentes, et maxime aduersus apostolum Paulum, quod incircũcisos & a legis veteris vinculis liberos admittebat ad Euangelii gratiam, prædicans eis vt in Christum crederent, nullo imposito carnalis circuncisionis iugo. Sed plane tanta moderatione, vti nec Iudæos superbire permittat, tanquam de meritis operum legis: Nec gentes merito fidei aduersus Iudæos inflari, quod ipsi receperint Christum, quem illi crucifixerunt: tanquam enim, sicut alio loco dicit, pro ipso domino legatione confungens, hoc est, pro lapide angulari, vtrunque populum tam ex Iudæis quam ex gentibus connectit in Christo per vinculum gratiæ, vtrisque auferens omnẽ superbiam meritorum, & iustificandos utrosque per disciplinam humilitatis associans. Itaque Epistolam sic exorsus est, Paulus seruus Iesu Christi vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium dei. Breuiter

Apostolus intẽdit docere, qd̃ non ga iusti homines ideo crediderũt, ſ3 qd̃ credendo iustificant, idẽ i p̃f. pſ. 31. i. 2 To. horũ opuſ.

Gr̃a dr̃ ga nõ ẽ debitũ iustitiæ redditũ, ſ3 gratuito donatũ, in de gr̃a ga gratis cõſtat. Nihil boni feciſti attamẽ inueniſti remiſſionẽ peccatorum, nõ. n. dedit deus debitã pœnã, ſ3 donauit idebitã

Paulus gr̃am seruus Ie primo

fidei, secdo opus, & tertio vitę ęternæ, in pria ad pf. 30. & i pf. 31. i T. 8. et i 1. T. 10. opu. et in epi. 95. & 105. in isto. 2. Tom. opu. et in de gra & lib. ar. ad va. 6. 7. & 8. iisto 2. To. opu. et i de p dest. & gra. c. 3. & 4 i To. 3 ho. opu. & super euange. Ioan. tract. 3. in T. 9. & i de verbis dñi ser. 7. in To. 10.

Iu Xpi vocatus apostolus.

Discernit ecclię dignitatę a synagogę tuitate, ex vocatione appellata.

Segregatus i euāgelium dei.

Nō concordat q̄d añ promiserat p. phetas suos.

In scripturis sāctis. Col. 4.

in duobus verbis ecclesiæ dignitatem a synagogæ uetustate discernit, ecclesia quippe ex vocatione appellata est, synagoga vero ex congregatione. Conuocari enim magis hominibus congruit, congregari autem magis pecoribus, vnde greges proprie pecorum dici solent. Quanquam ergo plerisque scripturarum locis ipsa ecclesia grex dei, & ouile dei & pecus dei vocetur: tamen cum in comparatione homines pecora dicuntur, ad vitam veterem pertinet. Et apparet huiusmodi homines, non cibo sempiternæ veritatis, sed temporalium promissionum tanquam terreno pabulo esse contentos. Paulus ergo seruus Christi Iesu vocatus est Apostolus, quę vocatio illum cooptauit ecclesię. In euāgelium autem dei segregatus est, vnde nisi a grege synagogæ, si verbum Latinorum significatio omnimodo cū Greca interpretatione concordat? Sane euangelium dei in quo segregarum se esse commemorat, commendat autoritate prophetarum: ut quoniam credentes Christo, in quorum numero vocatus est, Iudæis præposuerat, a quibus se dixerat segregatum, gentes rursus iam non superbire admoneat. Siquidem de populo Iudæorum fuerūt Prophetæ, per quos Euangelium, cuius fide credentes iustificantur, ante promissum esse testatur. Segregatus enim, inquit, in Euangelium dei, quod ante ꝓmiserat ꝑ ꝓphetas suos. Fuerunt enim & Prophetę non ipsius, in quibus etiam aliqua inueniuntur quę de Christo audita cecinerunt, sicut etiam de Sibylla dicitur: quod non facile crederem, nisi quod poetarum quidam, in Romana lingua nobilissimus, antequam diceret ea de innouatione seculi, quæ in domini nostri Iesu Christi regnum satis cōcinere & cōuenire videant, ꝓpossuit ÿ sum dicēs.

1 Credentes fide euangeli iustificantur. idem in epist. 5. episcoporum in isto. 2. Tom. opusculorum.

Aeglo ga. 4.

Vltima Cumæi iam venit carminis ętas.

Cum autem carmen Sibyllinum esse nemo dubitauerit. Sciens ergo Apostolus ea in libris gentium inueniri testimonia veritatis, quod etiam in actibus Apostolorum loquens Athenienſibus manifestissime ostendit, non solum ait per prophetas suos, ne quis a pseudo prophetis per quasdam veritatis confessiones in aliquam impietatem seduceretur, sed addidit etiam in scripturis sanctis: volens vtique ostendere literas gentium superstitiosæ idolatrię plenissimas, non ideo sanctas haberi oportere, quia in eis aliquid quod ad Christum pertinet inuenitur. Et ne quisquam etiam Prophetas aliquos remotos, atque alienos a gente Iudæorum forte prę ferret, in quibus nullus simulachrorum cultus esset, quantum

quantum attinet ad simulachra quę humana operatur manus. Nam simulachris phantasmatū suorum sectatores suos omnis error illudit. Ne quis tamen aliqua huiusmodi præferens, quia ibi Christi nomen ostentat, eas potius sanctas scripturas esse asserat, non eas quæ populo Hebræorum sunt diuinitus creditæ, satis oportune mihi videtur adiungere cum dixisset, In scripturis sanctis, quod adiecit, de filio suo qui factus est ei ex semine Dauid, secundum carnem Dauid enim certe rex Iudęorum fuit. Oportebat autem vt ex illa gente orirentur Christi prænunciatores Prophetę, ex qua gente carnem assumpturus erat, quem prænunciabant. Occurrendum autem erat etiam illorum impietati, qui dominum nostrum Iesum Christum secundum hominem tantummodo quem suscepit, accipiūt: diuinitatem autem in eo nō intelligunt ab vniuersæ creaturæ communione discretam: velut ipsi Iudæi, qui Christum filium Dauid tantummodo esse opinabantur, ignorantes excellentiam qua dominus est ipsius Dauid, secundum id quod est filius dei. Vnde illos in Euangelio redarguit per prophetiam, quę ipsius Dauid ore prolata est. Quærit enim ab eis, quem ipse Dauid dominum appellat, quomodo filius eius sit? Cum deberent vtique respondere, quod secundum carnem filius esset Dauid, secundum diuinitatem autem filius dei & dominus ipsius Dauid. Quod Paulus apostolus quia iam didicerat, posteaquam dixit, in Euangelium dei quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine Dauid: addidit, secundum carnem: ne hoc solum & totum in Christo esse arbitrarentur, quod factum erat secundum carnem. Addendo ergo, secundum carnem, seruauit diuinitati dignitatem suam. Quæ non solum semini Dauid, sed nec alicui angelicę aut cuiusuis excellentissimæ creaturę generationi tribui potest, quā doquidem ipsum est verbum dei, per quod facta sunt omnia. Quod verbum ex semine Dauid caro factum est, & habitauit in nobis, non mutatum & conuersum in carnem, sed carne vt carnalibus congruenter appareret indutum. Quapropter Apostolus non solum eo verbo qđ ait, secundum carnem, humanitatem a diuinitate distinxit: sed etiam illo quo ait, factus est. Non est enim factus secundum id quod verbum dei est. Omnia enim per ipsum facta sunt: Nec fieri cum omnibus posset, per quem facta sunt omnia. Neque ante omnia factus est, vt per ipsum fierent omnia: ipso enim excepto, si ante illa iam factus esset, non essent illa omnia quæ per illum fierent: nec possent vere dici facta omnia per ipsum in quibus ipse non esset, si ipse etiam factus esset.

De filio suo, ꝙ genitus fuit ex semine Dauid se cūdū carnem.

Mat. 22. Psal. 109.

Ioan. 1.

Ioan. 1. Non pōt fieri ꝙ quę fcā sūt oīa idē sup euā. Io. trac. 3. & 4. in Tom. 9.

Et ideo Apostolus cum factum diceret Christum, addidit, secundum carnem: vt secundum verbum quod est filius dei, non factum a deo, sed natum esse monstraret. Eũdem sane ipsum qui secundum carnem factus est ex semine Dauid, prædestinatum dicit filium dei, in virtute: non secundum carnem, sed secundum spiritum: nec quẽlibet spiritum, sed spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum. In resurrectione enim virtus morientis apparet, vt diceretur prædestinatus in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum. Deinde sanctificatio vitam nouam fecit, quę in domini nostri resurrectione signata est. Vnde idem Apostolus alio loco dicit, Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera dei sedens. Potest quidem etiam sic esse ordo verborum, vt non ad spiritum sanctificationis adiungamus quod ait, ex resurrectione mortuorum: sed ad id quod ait, prædestinatus est: vt ordo sit, qui prædestinatus est ex resurrectiõe mortuorum: cui ordini interposita sunt hęc, Filius dei in virtute secundum spiritum sanctificationis. Et nimirum iste ordo certior & melior videtur, vt sit filius Dauid in infirmitate secundum carnem, filius autẽ dei in virtute secundum spiritum sanctificationis. Factus est ergo ex semine Dauid, id est, filius Dauid ex mortali corpore, propter quod & mortuus est. Prædestinatus est autem filius dei, & dominus ipsius Dauid ex resurrectione mortuorum. Inquantum enim mortuus est, ad id pertinet quod est filius Dauid: inquantum autem resurrexit a mortuis, ad id quod est filius dei, & dominus ipsius Dauid, sicut alibi idem Apostolus dicit. Nam & si mortuus est ex infirmitate, sed viuit in virtute dei: ut infirmitas pertineat ad Dauid, vita vero æterna ad virtutem dei. Ideoque in his ipsis verbis dominum suum designat eum Dauid dicens, Dixit dominus domino meo, sede ad dexteram meam, Donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis. Ex eo enim quod resurrexit a mortuis, sedet ad dexteram patris. Prædestinatum ergo ex resurrectione mortuorum, vt sederet ad dexterã patris, videns in spiritu Dauid, nõ auderet dicere filium suum, sed dominum suum. Vnde & consequenter hic adiũgit, Iesu Christi domini nostri: posteaquam dixit, ex resurrectione mortuorum: tanquam admonens vnde illum Dauid dominum suum potius quam filium esse testatus sit. non autem ait eum prædestinatum a mortuis, sed ex resurrectione mortuorum. Nõ enim resurrectione ipsa sua filius apparet, de propria illa & eminentissima dignitate, qua etiam est caput ecclesiæ, cum & cęteri mortui resurrecturi sunt; sed filius dei prædestinatus est quodam

Qui diffinitus ẽ filius dei, ī virtute, scd̃ spũ sanctificationis, ex resurrectione mortuorũ Iesu xpi domini nr̃i. Col. 3.

2. Cor. 3. Christus mortuus vt filius Dauid, resurrexit vt filius dei. Psal. 109.

principatu resurrectionis, quia ex resurrectione omniũ mortuorum ipse prædestinatus est: id est, vt præ cæteris & ante cęteros resurgeret designatus. Vt quod hic postea est, filius dei, cum dixisset, prædestinatus est, ad documentum valeat tanto sublimitatis. Non enim sic prædestinari oportuit, nisi filium dei, secundum quod est etiam caput ecclesiæ, vnde illum alio loco primogenitum ex mortuis appellat. Eum enim decebat venire ad iudicium resurgentium, qui præcesserat ad exemplum: neque ad exemplum omnium resurgentium, sed ad exẽplum eorum qui sic resurrecturi sunt, vt cum illo viuant & regnẽt in sempiternum, quorum etiam caput est, tanquam corporis sui. Ex ipsorum enim resurrectione etiam prædestinatus est, vt ipsis princeps fieret: cęterorum autem in sua conditione resurgentium non princeps, sed iudex est. Non itaque ex illorum mortuorum resurrectione prædestinatus est quos est damnaturus. Prædestinatum enim esse ex resurrectione mortuorum, vt præcederet resurrectionem mortuorum, vult intelligi Apostolus. Hos autem præcessit, qui ad ipsum cœleste regnum, quo eos præcesserat secuturi sunt. Propter quod non ait, qui prædestinatus est filius dei ex resurrectione mortuorum Iesus Christus dominus noster: sed ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri. Tanquã si diceret, qui prædestinatus est filius dei ex resurrectione mortuorum suorum: hoc est, ad se pertinentium in vitam æternam: velut si interrogaretur, quorum mortuorum, & responderet, ipsius Iesu Christi domini nostri. Et resurrectione enim cæterorum mortuorum non est prædestinatus, quos non præcessit ad gloriã vitę æternę, non vtique secuturos, quoniam ad pœnas suas impij resurrecturi sunt. Ergo ille tanquam filius dei vnigenitus, etiam primo genitus ex mortuis prædestinatus est, ex resurrectione mortuorum. Quorum mortuorum, nisi domini nostri Iesu Christi? Per quem accepimus, inquit, gratiam & apostolatum: gratiam cum omnibus fidelibus, apostolatum autem non cum omnibus. Et ideo si tantũmodo apostolatum se diceret accepisse, ingratus extitisset gratię, qua illi peccata dimissa sunt: tanquam enim meritis priorum operum accepisse apostolatum videretur. Optime itaque tenet ordinem causæ, vt nemo audeat dicere vitæ prioris meritis se ad Euangelium esse perductum: quando nec ipsi Apostoli, qui cęteris membris post caput corporis supereminent, accipere apostolatum proprie potuissent, nisi prius communiter cum cęteris gratiam, quę peccatores sanat & iustificat, accipissent. Quod autem subiungit, Ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius: ad hoc dicit apostolatum

Christus ex resurrectiõe mortuorũ suorũ p̃destinatus ẽ gratis, hoc ẽ nõ ex Col. 1. p̃cedẽtibus meritis, et sicut ille ut caput, ita nos vt eius mẽbra p̃destinat sumus. ob id humanã cõtice. cãt meritã. Au. ide p̃dest. sanct. c. 15. ī T. 7. & in .3. Tohorum opus.

Per quẽ accepimus gr̃am, & apostolatum. Nemo ex meritis p̃cedẽtib. accipit gr̃az, nã ñ eẽt gr̃a, sꝫ debitũ & merces, cũ ꝺbito redderet, fusius ifra ī epi. 5. eꝑorũ, & ī de gr̃a & lib. ar. ad val. 6, 7. & 8. Ī isto. 2. To. opus. Ad obediendũ fidei in omnib.

gentibus p̄ nomine eius.

In q̄bus estis, & vos vocati Iesu Christi.

Hucusque dixit Paulus qs esset, qui epistola scribit.

Nūc mox epistolæ adiūgit q̄bus scribat.

Deus nos dilexit aīa oia merita, vt nos sic dilecti illū diligeremus. 1. Ioā. 4 & ab Au. hęc materię fusius vt cōplectatur vsitatum in principio epistolę, vt sit gratia vt salutē et li. 18. i de p̄ deest. fan. 17. et

[Universidad de Sevilla Biblioteca]

stolatum se accepisse, vt obediatur fidei pro nomine domini nostri Iesu Christi: hoc est, vt credant omnes in Christo, & signentur in eius nomine qui salui esse cupiunt. Quam salutem non solis Iudæis, sicut nonnulli qui ex ipsis crediderāt arbitrabantur, venisse iam ostendit cum ait, in omnibus gētibus, in quibus estis, inquit, & vos vocati Iesu Christi, id est, vt & vos sitis eius Iesu Christi, qui omnium gentium salus est, quanquā non in numero Iudæorum, sed in numero cæterarum gentiū sitis inuenti. Hucusque dixit ipse quis esset qui scribit epistolam. Est enim qui scribit epistolam, Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euāgeliū dei. Sed quia occurrebat, quod Euangelium? respondit, quod ante promiserat per Prophetas suos, in scripturis sanctis, de filio suo, Item quia occurrebat, de quo filio suo? respondit, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est filius dei in virtute secundum spiritum sanctificationis & resurrectione mortuorum, domini nostri Iesu Christi. Et quasi diceretur, quomodo tu ad eū pertines? respondit, Per quem accepimus gratiam, & apostolatum, ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius. Item quasi diceretur, Quæ igitur causa est vt scribas ad nos? respondit, In quibus estis & vos vocati Iesu Christi. Nūc deinde adiungit ex more epistolæ quibus scribat, Omnibus, inquit, qui sunt Romæ dilectis dei, vocatis sanctis: etiam hic significauit benignitatem dei potius quam meritum illorum. Non enim ait diligentibus deū; sed, dilectis dei. Prior enim dilexit nos ante omnia merita, vt et nos eū dilecti diligeremus. Inde etiam addidit, vocatis sanctis. Quanquam enim sibi quis tribuat, quod vocanti obtemperat, nemo potest sibi tribuere quod vocatus est. Vocatis autem sanctis, non ita intelligendum est, tanquam ideo vocati sint, quia sancti erant: sed ideo sancti effecti, quia vocati sunt. Restat ergo vt salutem dicat, vt compleatur vsitatum epistolæ principium, tanquam ille illis salutem: pro eo autem ac si diceret salutem, Gratia, inquit, & pax a deo patre nostro: & domino Iesu Christo. Non enim omnis gratia est a deo. Nam & iudices mali præbent gratiā in accipiendis personis aliqua cupiditate illecti, aut timore perterriti. Nec? omnis pax dei est vel ab illo, vnde ipse dominus discernens ait, Pacem meam do vobis: adiungens etiā et dicēs, non sicut talem pacem dare, qualem dat hic mundus. Gratia est ergo a deo patre, & domino nostro Iesu Christo, qua nobis peccata remittūtur, quibus aduersabamur deo. Pax vero ipsa qua reconciliamur deo. Cum enim per gratiā remissis peccatis absumptę fuerint inimicitiæ, restat vt

pace

pace adhæreamus illi, a quo nos sola peccata dirimebant. Sicut Propheta dicit, Non grauabit aurem vt nō audiat, si? peccata vestra inter vos & deū separant. Qui bus remissis per fidem domini nostri Iesu Christi, nulla separatione interueniente pax erit. Fortasse autē quis? miretur, quomodo intelligenda sit iustitia iudicis dei, cum gratiam præbet ignoscendo peccatis. Sed hoc plane iustum est apud deum, quia vere iustum est, vt ij quos peccatorum suorum pœnitet, eo tempore quo nondum pœnarū manifestus terror apparet, misericorditer sepa rentur ab eis qui defensiones peccatorum suorum pertinaciter exquirentes, nulla pœnitentia corrigi volunt. Iniustum est enim vt cum his illi ad consortium pœnale copulentur, qui vocantem deum non spreuerunt, et peccantes displicuerunt sibi, vt quemadmodum ille peccata eorum, sic etiam ipsi odissent sua. Ba enim demum est humanę iustitiæ disciplina, non in se amare, nisi quod dei est, & odisse quod proprium est: nec approbare peccata sua, nec in eis alium improbare, sed seipsum, nec putare satis sibi esse vt sua peccata displiceant, nisi etiam vigilantissima deinceps intentione vitentur: nec in eis vitandis vires suas existimare sufficere, nisi diu nitus adiuuetur. Iustum est ergo apud deum, vt ignoscatur talibus quæcunque antea commiserunt, ne quod iniustissimum est, cum eis qui tales non sunt confundantur atque misceantur. Quapropter & quia talibus non ignoscitur, iustitia dei est, et quia ignoscitur gratia est. Iusta est ergo gratia dei, & gratia iustitia, cum in eo quoque etiam pœnitentię meritum gratia præcedat, quod neminem peccati sui pœniteret, nisi admonitione aliqua vocationis dei. Porro iustitiæ diuinæ tanta constantia est, vt cum pœna spiritalis & sempiterna pœnitenti fuerit relaxata, pressuræ tamen cruciatus? corporales, quibus etiam martyres exercitatos nouimus, postremo mors ipsa, quā peccādo meruit nostra natura, nulli relaxatur. Quod enim iustitia iusti homines & pii, tamen exoluūt ista supplicia, de iusto dei iudicio venire credendū est. Ipsa est quæ in sacris scripturis etiam disciplina nominatur, quam nemo iustorum effugere sinit. Neminē quippe excepit cum diceret. Quē enim diligit deus, corripit: flagellat autē omnem filium quē recipit. Vnde etiam ipse Iob, qui propterea tā multa illa passus est, vt hominibus quis vir esse & quātus dei seruus eluceret, pœnas tñ corporis p peccatis suis se exoluere sæpę testat. Petrus quoq? apostolus exortās fratres ad perferēdas pro xp̄i noie passiones ita loquitur, Nemo autē patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut curas alienas agens, Si vero

Gra qua 19. in
Ie. 59 pec T. 7
cata et ī
nobis do 7. T.
nātur, & hom
pax qua opusc.
recunci-
liamur deo, sunt
a do p̄re nr̄o &
dño Iesu xp̄o.
Q̄ro deus iuste
p suā gra3, pec-
catoribus pec-
cata cōdonat s?
de hoc clarius et
fusius i. 3. T. ho.
opu. i li. de p̄d. et
gra. c. 1. 2. et. 3. et
ī enchi.
vera iu c. 99. in
stitia ñ T. 3. &
in se a- 1. 1. T.
mare, ho. opu.
nisi q̄d et ī epi.
di ē, et 105. in
odisse ista. 2.
q̄d p- T. opu.
priū, et in. 2.
nec a- To. opū
probaī diui. au.
peccata
sua, nec
īprobaī
in exp. psa. 31. in
T. 8. seu ī T. 1.
horum opuscul.

Heb. 12.
Quod debemus
ī tribulatiōibus
gaudere fusius
habes ī p̄f. psal.
29. ī T. 8. seu, in
1. T. ho. opusc.
1. Pet. 4.

Universidad de Deusto Biblioteca

Prouerb.11. quasi Christianus, non erubescat: glorificet autem deum in isto nomine, quia tempus inchoationis iuditii a domo dei. Si autem initium a nobis, quis finis eorum, qui non credunt Euangelio dei? Et si iustus quidem vix saluus fit peccator & impius vbi parebit? Manifeste ostendit easdem ipsas passiones, quas iusti patiuntur, ad iudicium dei pertinere, Quod inchoari dixit ex domo dei, vt inde coniiciatur, quanta impiis futura seruantur. Vn de etiam ipse Paulus ad Thessalonicenses dicit, Ita vt nos ipsi de vobis gloriemur in ecclesiis dei, pro vestra patientia & fide in omnibus persecutionibus vestris, & pressuris, quas sustinetis in exemplum iusti iudicii dei. Quod omnino ad illud respicit, quod ait Petrus, tempus esse inchoationis iudicii a domo domini: & illud quod de Prophera interposuit, Et si iustus vix saluus erit peccator & impius vbi parebit? Vnde mihi videtur etiam illa quæ Per Nathan prophetam regi Dauid comminatus est deus, quanquam statim ignouerit pœnitenti, propterea tamen accidisse omnia, vt demonstraretur illam veniam spiritaliter datam propter futurum iudicium pœnarum, quod expectat eos qui hoc tempore corrigi nolunt. Dicit enim & alibi Petrus, Propter hoc enim & mortuis euangelizatum est, vt iudicentur quidem secundum hominem in carne, viuant autem secundum deum in spiritu. Hoc dixi, vt ostenderem quantum possem, & quãtum opportunitas præsentis loci scripturarum sinit: non sic accipiendam gratiam & pacem dei cum dicitur, vt existiment homines a iustitia deum posse discedere, Nam & ipsam pacem cũ promitteret dominus ait, Hęc dixi, vt in me pacem habeatis, in mũdo autem præsuram. Sed tribulationes & molestiæ cum per iustitiã dei redduntur peccatis, bonos & iustos, & quibus iam pius peccata ipsa displicent, quam vlla corporis pœna, non reflectunt ad peccandum, sed ab omni labe penitus purgãt. Pax enim perfecta etiam corporis suo tempore roborabitur: si nunc pacem quam dominus per fidem dare dignatus est, inconcusse spiritus noster atque incommutabiliter teneat. Quod autem Apostolus gratiam, & pacem a deo patre, & domino nostro Iesu Christo dicit, non adiungens etiam spiritumsanctum: non mihi alia ratio videtur, nisi quia ipsum donum dei spiritũsanctũ intelligamus, Gratia porro et pax, quid aliud est quam donum dei? Vnde nullo modo dari hominibus gratia potest, qua liberamur a peccatis: et pax, qua reconciliamur deo, nisi in spiritusancto. Et ideo ipsa trinitas, pariterq; incommutabilis vnitas in ista salutatione cognoscitur. Quod propterea maxime credo, quoniam excepta epistola quam ad Hebræos scripsit, vbi principiũ salutatorium

1.Pet.4. Prouerb.11. 2.Reg.12. 1.Pet.4. Roma.1. Hic dicit Epist. ad Hebrœos esse

rium de industria dicitur omisisse, ne Iudæi qui aduersus Pauli idẽ i.2.de
eum pugnaciter oblatrabant, nomine eius offensi, vel doc.chri.c.8.in
inimico animo legerent, vel omnino legere non curarẽt 1.To.opus. vbi
quod ad eorum salutem scripserat, Vnde nonnulli eam multa annota-
in canonem scripturarum recipere timuerunt. Sed quo- uimus, de eccle-
quomodo se habeat ista quæstio, excepta hac epistola, siasticorũ scrip-
cæteræ omnes quæ nulla dubitante ecclesia Pauli apo torũ catalogo.
stoli esse firmantur, talem continent salutationem, nisi
quod ad Timotheum in vtraque interponit misericordiam. Nam ita scribit, Gratia, misericordia, pax a deo
patre, & Iesu Christo domino nostro. Quo enim familia
rius, eo dulcius quodammodo scribens ad Timotheum,
id verbum interposuit, quo plane aperitur atq; ostenditur, non meritis operum priorum, sed secundum misericordiam dei nobis dari spiritũsanctum, vt & peccatorũ
abolitio fiat, quibus se iungebamur a deo, & reconcilia
tio, vt illi inhæreamus. Nec aliæ Apostolorum epistolę,
quas vsus Ecclesiasticus recipit, parum nos admonent
de ista trinitate in principiis suis. Nam Petrus ita dicit,
Gratia vobis & pax adimpleatur. Deinde statim subie 1.Pet.1.
cit, Benedictus deus et pater domini nostri Iesu Christi:
vt per gratiam & pacem spiritusancto intellecto, patris
& filii commemoratio animum de trinitate commone-
at. Et in alia sic ait, Gratia vobis & pax multiplicetur 2.Pet.1.
in recognitione dei & Christi Iesu domini nostri. Ioan- 1.Ioan.1.
nes autem nescio quam ob causam omisit tale principium, sed plane trinitatis commemorationem necipse
neglexit, pro gratia & pace, societatem interponens.
Quod ergo vidimus, inquit, nunciamus & vobis, vt &
vos societatem habeatis nobiscum, & societas nostra
sit cum patre & filio eius Iesu Christo. In secunda vero
illis quę ad Timotheũ sunt consonat dicens. Sit vobis- 2.Ioan.epist.
cum gratia, misericordia, pax, a deo patre & Iesu Christo filio patris. In tertiæ principio de trinitate penitus
tacetur, credo quod sit omnino breuissima. Sic enim
incipit, Senior Gaio dilectissimo, quem ego diligo in ve 3.Ioan.epist.
ritate. Quam veritatem pro ipsa trinitate positam puto. Iudas nominato deo patre & domino Iesu Christo,
ad intelligendum spiritumsanctum, hoc est, donum dei,
tria verba ponit: sic quippe incipit, Iudas Iesus Christi
seruus, frater autem Iacobi, in deo patre dilectis, & in Iuda epist.
Iesu Christo cõseruatis & vocatis misericordia vobis,
& pax, & charitas adimpleatur. Gratia enim & pax sine misericordia & charitate intelligi non potest. Iaco- Gratia et pax si
bus autem vsitatissimum exordium fecit epistolæ, ita ne mi-
scribens, Iacobus dei & domini nostri Iesu Christi ser- Iaco.1. sericor
uus. xij tribubus quæ sunt in dispersion salutem. Cre dia et charitate ī
do considerans salutẽ non esse nisi in dono dei vbi gra telligi non pōt
tia &

fdē et fusius in pſ. pſ. 118, T. S. et 1, 1, T. ho. op.

tia & pax. Et quanquam ante hoc verbum nominauerit deū & dominum nostrum Iesum Christū; tamē quia nulla gratia & nulla pace salui fiunt homines, nisi qua est a deo patre & domino Iesu Christo, sicut Ioannes in tertia veritatē, sic iste salutē pro ipsa trinitate posuisse mihi videtur. Quo loco prorsus nō arbitror ptereundum, quod pater Valerius animaduertit admirans. In quorūdam rusticanorum collocutione, cum alter alteri dixisset, salus: quæsiuit ab eo qui & Latine nosset & punice, quid esset salus, Responsum est, tria. Tum ille agnoscens cum gaudio salutem nostram esse triniratem, conuenientiam linguarum non fortuitu sic sonuisse arbitratus est, sed occultissima dispēsatiōe diuinæ prouidentiæ: vt cum latine nominatur salus, a Punicis intelligātur, tria: & cum Punici lingua sua tria nominant, Latine intelligatur, salus. Cananæa enim, hoc est punica mulier, de finibus Tyri & Sidonis egressa, quæ in Euangelio personam gentium gerit, salutem petebat filiæ suę, cui responsum est a domino, Non est bonum panem filiorum mittere canibus. Quod crimen obiectū illa non negas, tanquam de confessione peccatorum impetratura salutem filiæ, hoc est, nouæ vitæ, suæ, Ita inquit, Dñe. Nam & canes edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tria enim mulieris lingua salus vocantur. Erat enim Chananæa. Vnde interrogati rustici nostri, quid sit, punice respondentes Canam, corrupta scilicet, sicut in talibus solet, una litera, quid aliud respondent, quam Chananæi. Petens itaq; salutem, Trinitatē petebat: quia & Romana lingua quæ in salutis nomine Trinitatem Punice sonat, caput gentium inuenta est in aduentu domini. Et diximus, Chananæam mulierē, gentium sustinere personam. Panem autem appellans dominus, id ipsum quod a muliere petebatur, quid aliud quā Trinitati attestatur? Nanq; alio loco eandem Trinitatē in tribus panibus intelligēdam esse apertissime docet. Sed hæc verborū consonantia, siue prouenerit, siue prouisa sit, non pugnaciter agendum est, vt ei quisq; consentiat, sed quantum interpretantis elegantiam hilaritas audientis admittit. Illud sane magna intentione animi cōsiderandum, & totis viribus pietatis amplectendum satis apparet, quoniam si gratia & pax adimplendā Trinitatis commemorationem sic ab Apostolo ponitur, ac si spiritumsanctum nominasset: ille peccat in spiritumsanctum, qui desperans vel irridens, atq; contemnens prædicationem gratiæ p r quam peccata diluuntur, & pacis, per quam reconciliamur deo detractat agere penitētiā de peccatis suis, & in eorū impia atq; mortifera quadam suauitate perdurandū sibi esse decernit, et in finem vsque

Tria lingua punica idem quod salus latine.

Matt. 15.

Matts 12. Peccatū i spūm sanctū ē desperare, vl irridē, atque cōtenere p dicationē grę, per quā peccata

vsque perdurat. Quod ergo ait dominus, dimitti homini si verbum dixerit aduersus filiū hominis: si autem verbum dixerit aduersus spiritūsanctū, non ei dimitti, neq; hic, neq; in futuro seculo, sed reō esse ęterni peccati, nō negligenter audiendū est. Constituamus enim aliquem Latinæ linguæ ignarum, cū illo audiente pronunciatus fuerit ab aliquo spiritussanctus, querere quid rerū significetur sub isto syllabarum sono, Ab aliquo autem deceprore, vel irrisore impio responderi aliquid aliud, quod libet vile & abiectum, vt quærentē decipiat, sicuti a talibus fieri solet ridendi gratia. Illum autem per ignorantiam contempsisse hoc nomen, dum nescit quid significet, & aliqua etiam in hoc conuitia iactirasse: neminem esse arbitror tam vanum & inconsideratum, qui hunc hominem vllo crimine impietatis aspergat: at contra: si tacito nomine, res ipsa verbis quibus potest ad quærentis intelligentiam perducatur, tum vero si aliqua contumeliosa in tantam sanctitatem vel verba vel facta protulerit, reus tenebituri. Quę cum ita sint, manifestum esse arbitror, eum qui hoc nomine audito, aliam pro alia re significari putauerit: & aduersus eam rem quā significari hoc nomine credidit, verbum dixerit: non hunc sic peccare vt aduersus spiritumsanctum verbum dixisse iudicetur. Itaq; si quisquam quærens quid sit spiritussanctus, audiat ab imperito, hunc esse filium dei per quę facta sunt omnia, qui etiam certa opportunitate temporis de virgine natus sit, & occisus a Iudęis et resurrexit: quibus auditis vel neget, vel irrideat quæ dicta sunt: nō eum sic teneri putandum est, ac si verbum aduersus spiritumsanctum dixerit: sed potius aduersus filium dei, vel filium hominis, sicut & vocari & esse dignatus est. Non enim quid sit imperito per vocem propositum, sed per rationem expositum, considerandum est: quia ille cum maledicta proferret, ei vtique maledicebat, quem sibi enarratum in cogitatione intuebatur. Quod libet autem vocaretur, vtrum res ipsa Veneranda, an neganda, vel vituperanda esset, hoc quæritur, Hoc modo etiam si quispiam quærat quis sit Iesus Christus: & ea quærenti respondeantur quæ non in filium dei, sed potius in spiritumsanctum conueniunt, quibus auditis ille blasphemet: non vtique aduersus filiun, sed aduersus spiritum sanctum verbum dixisse tenebitur. Sed si trāsitorie ac negligenter attenderimus quod dictum est, Si quis vrbum dixerit aduersus spiritūsanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque iu futuro, quis inueniri poterit cur veniam peccatorum dederit deus? Nā & pagani qui appellantur, etiā nunc totā nostrā religionē, quia iā ferro et cędibus prohibentur, maledictis cotumeliisq;

diluūtur, p quā reconciliamur deo et ī finē vsq; perdurat. Matt. 12.

Ioan. 1. Gal. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

contumelijsque insectantur: & quicquid de ipsa Trinitate dicimus, negando & blasphemando contemnunt. Non enim excipiunt sibi spiritum sanctum quem venerentur, vt in cætera sæuiant: sed simul aduersus omnia quęcunq; solicite de trina dei maiestate loquimur, quãto possunt furore impietatis obiatrant. Nam neque de ipso deo patre digna sentiunt, quem partim penitus negant, partim sic fatentur, vt de illo falsa fingendo, non vtique illum, sed sua figmenta venerentur. Multo magis ergo quod de filio dei, vel de spiritu sancto dicimus, suo impio more deridere, quam nostra pia societate colere maluerunt. Quos tamen quantum possumus adhortamur ad Christum cognoscendum, & per ipsum patrẽ deum: summoque & vero imperatori militandum esse suademus: eosque promissa impunitate præteritorum omnium peccatorum inuitamus ad fidem. Qua in re satis iudicamus, etiam si quid aduersus spiritum sanctum in sua sacrilega superstitione dixerunt, cum Christiani facti fuerint, sine vlla caligine dubitationis ignosci. Iudæi vero quales aduersus spiritum sanctum fuerint, testis est Stephanus, quem ipso spiritu sancto plenum lapidauerunt, cum illa omnia quæ in eos dixit, ipse spiritus dixerit. In quibus verbis apertissime dictum
Act.7: est Iudæis, Vos semper restitistis spiritui sancto. In illo tamen numero Iudæorum resistentium spiritui sancto, & non ob aliud Stephanum vas eius, nisi ęp eo plenus erat, lapidantium, etiam Paulus apostolus erat in manibus omnium quorum vestimenta seruabat: quod sibi postea etiam pœnitendo increpitat, eoipso spiritu iam plenissimus, cui primo inanissimus resistebat, & paratus iã lapidari pro talibus dictis, qualiũ prędicatorem ipse lapidauerat. Quid Samaritani? Nonne ita spiritui sancto
1.Cor.15. aduersantur, ut ipsam prophetiam penitus conentur extinguere, quę per spiritum sanctum ministrata est? Quorum tamen saluti, & ipse dominus attestatur, in eo qui
1.Tim.1. decẽ leprosis mundatis solus reuersus est vt ageret gratias, cum esset Samaritanus. Et in illa muliere, cum qua
Luc.17. ad puteum sexta hora locutus est, & eis qui per illã credidérunt. Post domini autem ascensionem, sicut in actibus Apostolorum scriptum est, quanta gratulatione sanctorum recepit Samaria verbum dei, Simonem quoque
Ioan.5. magum arguens Petrus apostolus, ęp tam male de spiri-
Act.9. tu sancto senserit, vt eum venalem putans pecunia sibi
Iste Simõ pecu nia emere vole emendum poposcerit: non tamen ita de illo desperauit, bat quod gratis vt veniæ locum nullum relinqueret. Nam benigne etiã dar. & ñ grãm, vt eum pœniteret admonuit. Ipsa denique catholicæ Ec 13 potentiã dest clesiæ tam insignis autoritas, quę in eodem dono spiriderauit, nõ ut a tu sancti omnium sanctorum mater toto fœcunda orbe diffunditur

diffunditur, cui vnquam hæretico vel schismatico spem liberationis si se corrigat amputauit, cui placandi dei aditum clausit? Nonne omnes ad vbera sua, qui eam superbo fastidio reliquerunt, cum lachrymis reuocant? Quis vero vel de principibus, vel de regibus hæretico rum inuenitur, qui non aduersetur spiritui sancto? Nisi forte quisquam tam peruersse sentit vt arbitretur eum teneri reum qui aduersus spiritum sanctum aliquid dixerit: eũ vero q aduersus spiritũ sanctũ multa fecerit, nõ teneri. Qui autẽ tanta eu dentia contra spiritũ sanctum pugnant, quam illi qui aduersus ecclesiæ pacem superbissimis contentionibus seuiunt? Sed si de verbis quæstio est, quæro vtrum nihil dicant aduersus spiritũ sanctum, cum alij eum, quod ad ipsum proprię pertinet omnino non esse, asseuerent: sed ita esse vnum deum, vt idem ipse pater, idem ipse filius, idem ipse spiritus sanctus appelletur. Alij fateantur quidem esse spiritum sanctum, sed ęqualem filio, vel omnino esse deum negent. Alij vnam quidem, & eandem trinitatis substantiam esse fateantur, sed de ipsa diuina substantia tam impie sentiant, vt eam commutabilem & corruptibilem putent: ipsumque spiritum sanctum, quem dominus discipulis se missurum esse promisit, non quinquagæsimo die post eius resurrectionem, sicut Apostolorum acta testantur, sed post trecentos fere annos per hominem venisse confingant. Alij similiter aduentum eius, quem tenemus, negent; & eum Prophetas in Phrygia per quos tanto post loqueretur elegisse contendãt. Alij sacramẽta eius exufflent, & baptizatos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti denuo baptizare non dubitent. Sed nec pergã per singula quæ sunt innumerabilia, hi certe omnibus quos pro tempore breuiter attigi, ad spõsam Christi redeuntibus, & errorem atque impietatẽ pœnitendo dãnantibus, nulla catholica disciplina negandam ecclesiæ pacem, & claudenda viscera misericordiæ iudicauit. Quod si quisquam tunc putat verbum dici aduersus spiritum sanctum, cum ab eo dicitur cui iam per baptismum dimissa sunt peccata, attendat nec talibus per ecclesiæ sanctitatem auferri pœnitentię locum. Si enim tentiã propterea credit non dari veniam, quia gratia fidei sacramentisq; fidelium iam perceptis non potest dici peccatum ignorantię: uideat aliam causam esse, cum dicitur propterea non ignosci, quia ignorantiæ tempore peccatum est: & aliam causam esse, cum dicitur propterea nõ ignosci, quia verbum dixit aduersus spiritum sanctum. Si enim sola ignorantia veniam meretur, & ignorantia non accipitur, nisi antequam quisque fuerit baptizatus: non solum si aduersus spiritum sanctum, sed etiã peccatũ i spiri-

peccatis libera
ret, si vt extol-
leret. Au. i con-
cio. 2. d psa. 30
i T. 8. siue i T.
1. horũ opus. &
rome a diuo Pe
tro superatus ẽ,
in de hæres. c. 1.
in. 1. T. ho. opu.

Sabellíani.
Arriani.
Manichæi.
Act.2.
Cataphryges.
Donatistę.
Cathani qui &
nouatiãi pœni
de hæres. ca. 38.
Quod peccatũ
ex ꝓpria malitia non dz dici
aduersus

rũsanctũ, idẽ impugnet Au. ĩ de ẏb. dñi. ser. 11. in Tom. 10.

si aduersus filium hominis post baptismum dixerit verbum: & omnino si qua fornicatione vel homicidio, vel vllo flagitio aut facinore post baptismum sese maculauerit, non potest pœnitendo curari. Quod qui senserunt, exclusi sunt a communione catholica, satisque iudicatum est eos in illa crudelitate, diuinę misericordię participes esse non posse. Si autem illud solum, quod aduersus spiritum sanctum dicitur, sine venia esse post acceptum baptismum putatur: primo dominus cum inde loqueretur

Matt. 12: Act. 9.

nullum tempus excepit, sed regulariter ait, Qui dixerit verbũ aduersus spiritum sanctũ, non remittetur ei, neq; in hoc seculo, neque in futuro. Deinde Simon quem paulo ante commemorauimus, iam baptismum acceperat, cũ spiritũ sanctum turpissimo mercatui subditum credidit. Cui correpto a se Petrus, tamen consilium pœnitendi dedit. Quid autem agimus de ijs, qui cũ baptismi sacramenta pueri vel infantes perceperint, postea negligenter educati, per ignorantiæ tenebras vitam turpissimam ducunt: nescientes oino qd Christiana disciplina iubeat aut vetet, quid polliceatur quid minetur: quid credendũ, quid sperandum, quid diligendum sit: num audebimus peccata eorum propterea non ignorantię peccato deputare, quia baptizati peccauerunt, cũ omnino ignorantes, & omnino quemadmodum dicitur, vbi caput haberent nescientes, in magno errore peccauerint? Quod si eo tempore cum scientia quisque peccasse dicatur, quo scit malum esse quod faciat, & tamen facit, cur hoc in spiritum sanctum solum, nõ etiam in dominum Iesum Christum irremissibile iudicatur? Adhuc si hoc ipsum esse creditur peccare, vel verbum dicere aduersus spiritum sanctum, quodlibet peccatum cum scientia cõmittere: vt quicq̃d homines ignorando peccant, in filiũ peccare, quicquid autem scientes peccant, in spiritum sanctum peccare iudicentur, quæro quis nesciat malũ esse verbi gratia, corrumpere pudicitiã vxoris alienę, vel eoipso certe quod hoc in sua coniuge nollet perpeti: aut fraudare quenquã in negocio, aut circumuenire mendacio, aut opprimere

Act. 8:

testimonii falsitate, aut auferendæ rei causa insidiari & occidere quẽpiam: & si quid omnino est quod sibi ab altero fieri non vult, & si fieri senserit, toto corde indubitanter accusat: aut si hęc ab ignorantibus fieri dicimus, quid inueniemus in quo scientes homines peccare videantur? Restat ergo vt si hoc peccare in spiritum sanctum, peccare cum scientia, illis peccatis quæ commemorauimus negetur pœnitendi locus, quoniam peccato in spiritum sanctum omnem spem ventæ dominus amputauit. Quod si regula Christiana respuit, omnesque illos qui sic peccant ad correctionem vitæ vocare nõ cessat,

adhuc

adhuc quærendum est quid sit peccare in spiritum sanctum, cui peccato venia nulla conceditur. An fortę non est dicendus cum scientia peccare, qui peccatum ipsum malum esse nouit, & tamen deum voluntatemque eius ignorans peccat? Hoc enim videtur & ad Hebręos dicere cũ dicit, Voluntarie enim peccantibus nobis post Heb. 10. acceptum scientiam veritatis, non adhuc relinquitur pro peccatis sacrificium, Parum enim erat si tantummodo diceret, voluntarie peccantibus nobis: nisi adderet, postquam accepimus scientiam veritatis, in qua vt que deus voluntasque eius cognoscitur. Quæ scientia videtur congruere dominicæ illi sententiæ, cum ait, Seruus Luc. 12. ignorans voluntatem domini sui, & faciens digna plagis vapulabit pauca. Seruus autem sciens voluntatem domini sui, & faciens digna plagis vapulauit multa: vt hoc putemus dictum est, vapulabit pauca tanquam si dicere, leuiter emendatus ad veniam pertinebit: in eo vero quod dictum est, vapulabit multa: sempiternum supplicium intelligatur, quod minatur peccantibus in spiritum sanctum, quibus dicit nunquã posse dimitti peccatum: vt hoc sit peccare in spiritum sanctum, cognita dei voluntate peccare. Quod si ita est, cogitari oportet et discuti prius, quando cognoscatur voluntas dei. Nonnulli enim & ante perceptum baptismi sacramẽtum cognouerunt eam. Nam & Cornelius Centurio voluntatem Act. 10. dei vtique apostolo Petro docente cognouit, & ipsum spiritum sanctum manifestissimis coattestantibus signis antequam baptizaretur accepit: quanquam non ideo ret accepit spiri sacramenta illa contempserit, sed multo certius, baptizatus sit: vt etiam ipsa sacrosanta signacula, quorũ res in eo præcesserat, ad perficiendam scientiam veritatis percipere nullo modo moraretur. Multi autem nec post acceptum baptismum curant cognoscere volũtatẽ dei. Qua propter quisquis ante baptismum cognita dei voluntate peccauerit, non possumus dicere, aut vllo modo credere, cum ad baptismum accesserit, non ei dimitti omnia quęcunque peccauit. Huc accedit, q̃ volũtas dei in Matt. 19. & 22: diligendo deo & proximo breuiter insinuetur credenti De dilectione bus, ita vt in his duobus præceptis tota lex pendeat, et dei & proximi omnes prophetę. Dilectionem autem proximi: id est, di- i. 1. de doc. chri. lectionem hominis, vsque ad inimici dilectionem, nobis a c. 22. dominus ipse commendat: & videmus quam multi iam Mat. 5. vsq; in baptizati, & vera esse ista fateantur, & tanquam domi finẽ li. ni præcepta venerẽtur: cũ autẽ perpessi fuerint alicuius practũ inimicitias, ita rapiuntur animo ad vlciscendum, & tã- est in. 1. Io. ho- tis inardescunt facibus odiorum, vt nec prolato & recitato Euãgelio placari possint: & talibus hominibus, iã rum opusculo. baptizatis ecclesiæ plenę sunt; quos tũ spiritales viri

fraterne

fraterne admonere non cessant, & in spiritu lenitatis instanter instruunt: vt huiusmodi tentationibus occurrere ac resistere parati sint, & magis diligant in Christi pace regnare, q̄ de inimici oppressione lætari. Quod inaniter fieret, si talium peccatorum nulla spes veniæ, nulla pœnitentiæ medicina remaneret. Et certe caueant qui hoc sentiunt, ne Dauid patriarcham diuina electione probatum atque laudatum ignorasse affirment voluntatem dei, cū alienæ coniugis amore perculsus, etiā maritum eius decipiendum necandumque curauit: de quo tamen scelere cum esset primo sua, deinde Prophetæ voce damnatus, pœnitendi humilitate, & peccati cōfessione liberatus est. Sed plane vapulauit multa, & exēplo suo docuit intelligi, non ad sempiternā pœnam, sed ad seueriorem disciplinam pertinere quod dictum est a domino, Qui autem nouit voluntatem domini sui, & facit digna plagis, vapulauit multa. Nam & illud ad Hebreos qui diligentius pertractant sic intelligunt, vt non de sacrificio contribulati per pœnitentiam cordis accipiendum sit quod dictum est, non adhuc pro peccatis relinquitur sacrificium: sed de sacrificio de quo tunc loquebatur Apostolus, id est, holocausto dominicæ passionis, quod eo tempore offert quisque pro peccatis suis, quo eiusdem passionis fide dedicatur, & Christianorū fidelium nomine baptizatus imbuitur: vt hoc significaret Apostolus, non posse deinceps eum qui peccauerit iterum baptizando purgari. Quo intellectu non intercluditur pœnitendi locus, ita sane, vt eos qui nondum baptizati sunt, nondum plenam scientiam veritatis accepisse fateamur. Ex quo conficitur, vt omnis qui scīē tiam veritatis accepit, etiam baptizatus intelligatur. Non autem omnis baptizatus etiam scientiam veritatis accepit, propter quorundam posteriorum profectū vel miserabilem negligentiam: & tamen illud sacrificiū de quo loquebatur, id est, holocaustum domini, quod tunc pro unoquoque offertur quodammodo, cum eius nomine in baptizando signatur, iterum si peccauerit offerri non potest. Non enim possunt denuo baptizari qui semel baptizati sunt, quāuis etiam post baptismum, per ignorantiam veritatis peccauerint. Ita fit vt quoniam sine baptismo nemo recte dicitur accepisse scientiam veritatis, omnis qui accepit eam non ei relinquatur, p peccatis sacrificium, hoc est, nō possit denuo baptizari. Nec tñ omnis q nō accepit per doctrinā scīētiā veritatis debeat arbitrari posse, p se illud offerri sacrificiū si iā oblatum est, id est, si iā eiusdē veritatis post baptismum sacramenta percepit, non potest iterum baptizari, Tanquam si diceremus omnem hominem nō esse

1.Reg.11.&.12.

Luc.12.
Heb.10.

Nō reiterat baptismus sed de hoc fusius in de hæresibus. 69. i To.6. et i. 1. T. horum opus.

Holocaustū dominicę passiōis, p vnoquoq; offert, cū eius nōie baptizatur.

quadrupedem, non ideo tamen omne animal quod homo non est etiam quadrupes esse. Eos enim qui iam baptizati fuerint, curari melius dicimus per pœnitentiam, non renouari, quia renouatio in baptismo est, Vbi quidem operatur pœnitentia, sed tanquam in fundamento, ſ3 manente itaque fundamento recusari ędificium potest: si autem fundamentum iterare quis voluerit, totum ędificiū subuertat necesse est. Propterea hoc dicit Hębręis, qui ex nouo Testamento ad sacerdotium vetus declinasse videbātur. Ideoque remittētes, inquit, initio Christi verbum, in consummationem respiciamus, non iterū iacientes fundamētum pœnitentię a mortuis operibus, & fidei in deum lauacri doctrinę, impositionis manus, resurrectionis etiam mortuorum, & iudicij æterni. Ista omnia in baptismo traduntur, quæ negat esse repetēda, vtique in consecrandis fidelibus. Nam in verbi dei tractatione atque doctrina, non iterum tantū, sed sæpius dicenda sunt, sicut rerum de quibus disseritur opportunitas flagitat. An vero iam illud occurret, vt non si quod libet peccatum sciens admiserit, sed si proprie peccatum in spiritum sanctum sciens admiserit, tunc nō habere veniam iudicetur? Quo loco queri potest, vtrum scirent Iudæi per spiritum sanctum operari dominum, quando eū in principe dæmoniorum dæmonia excludere blasphemabant? Miror autem quomodo possent in illo spiritū sanctum cognoscere, cum ipsum dominum filium dei esse nescirent: in illa scilicet cæcitate quę ex parte in Israel facta est, donec plenitudo gentium intraret, de qua opportunius suo loco, domino adiuuante atque permittēte, tractabitur. Deinde si dijudicatio spiritū illa intelligitur, qua quisque diiudicat vtrum in quoquam spiritus sanctus, an fallacię spiritus operetur: hęc autem diiudicatio certo quodam tempore per spiritum sanctum fidelibus datur, sicut alio loco idem Apostolus dicit: quomodo poterant infideles Iudęi sine isto munere diiudicare, vtrum per spiritum sanctum dominus operaretur: & tamen in eis vt iusta pœna ferirentur apertissima indicia maleuolentiæ claruerunt: & cum falsos testes in eum cō parauerunt, & submiserunt simulatores qui eū in verbo caperent: & cum tremenda mirabilia quę in eius resurrectione facta sunt eis renunciarentur, famam falsam disseminare, ac veritatem abscondere custodum corruptione conati sint, & alia malitiosi & venenosi animi signa in eis, quātum Euangelica narratio demonstrat, apparent. Vnde iam velut incepit elucere eum peccare in spiritum sanctum, qui operibus quę per spiritum sanctum fiunt maleuolo animo contradicit. Quanquam enim nesciat, vtrum ille sit spiritus sanctus, tamen qui hoc ani-

Pœnitētia curat ſ3 non renouat.

Hebr.6.

Matth.12.

Rom.11.

1.Cor.12.

Matth.26.

Matth.28.

Qui inuidet opi bus spũsancti, vt eius bonitati cõtrarius, peccat in spũmsanctũ & si egerit poſtea pœnitentiã, nõ ei negan da venia.

mo eſt, vt ea opera quibus inuidet, malit non eſſe ſpiritusſancti, non quia malasunt, ſed quia inuidet eis, quia ipſi bonitati eſt contrarius per malitiam ſuam, recte in ſpiritumſanctum peccare iudicatur. Verumtamen ſi ex eo quoque hominum numero, quibus dominus illud crimen obiecit, veniens ad fidem Chriſti, et pœnitẽdi cruciatibus edomita inuidia ſalutem cũ lachrymis poſcens, ſicut etiam nonnulli eorum fortaſſe fecerunt: quero vtrum quiſquam tãto errore crudeſcat, vt aut neget eos ad Chriſti baptiſmum admitti oportuiſſe, aut fruſtra admiſſos eſſe cõtendat? Nam ſi quis per inuidiam opera diuina blaſphemat, quoniã bonis dei, hoc eſt donis dei malitia ſua reſiſtit, in ſpiritumſanctum peccare, & propterea ſpem veniæ non habere exiſtimandus eſt. Attendamus vtrum ex eo numero fuerit idem

1. Tim. 1. Apoſtolus Paulus, Dicit enim, Qui prius fui blaſphemus & perſecutor, & iniuriosus, ſed miſericordiam conſecutus ſum, quia ignorans feci, in incredulitate. An forte ideo non pertinuit ad hoc genus criminis, quia non

Titum. 3. erat inuidus? Audiamus quid alibi dicat, Fuimus enim, inquit, & nos ſtulti aliquando & increduli, errantes ſeruientes voluptatibus, & deſideriis variis, in malitia & inuidia agentes, abominabiles, inuicem odio habentes. Si ergo nec Paganis, nec Hebrgis, nec hærgticis, aut ſchiſmaticis nondum baptizatis ad baptiſmum Chriſti aditus clauditur, vbi condemnata vita priore in melius commutentur, quanuis Chriſtianitati & eccleſiæ dei aduerſantes antequam Chriſtianis ſacramentis abluerentur, etiam ſpirituiſanctõ quanta potuerunt infeſtatione reſtiterunt: ſi etiam hominibus qui vſque ad ſacramentorum perceptionem veritatis ſcientiam perceperunt, & poſt hæc lapſi ſpiritui ſanto reſtiterunt, ad ſanitatem redeuntibus, & pacem dei pœnitendo quærentibus auxilium miſericordiæ non negatur: ſi denique de illis ipſis quibus blaſphemiam in ſpiritumſanctum ab eis prolatam dominus obiecit, ſi qui reſipiſcẽtes ad dei gratiam confugerunt, ſine vlla dubitatione ſanati ſunt:

Peccatũ in ſpũm ſanctũ eſt pſeuerãtia in negtia, & malignitate. eũ deſperatione idulgẽtię dei. quic aliud reſtat, niſi vt peccatum in ſpiritumſantum, quod neque in hoc ſeculo, neque in futuro dimitti dominus dicit, nullum intelligatur niſi perſeuerantia in nequitia et malignitate cum deſperatione indulgentię dei? Hoc eſt enim gratiæ illius & paci reſiſtere, de quibus nobis ſermo nunc ortus eſt. Nam hinc licet aduerrere etiam ipſius Iudeis, quorum blaſphemiam dominus arguit, non fuiſſe clauſum corrigendi ſe & pœnitendi locum, quod idem dominus in ea ipſa reprehenſione ait illis, aut facite arborem bonã, & fructum eius bonum.

Matth. 12. Aut facite arborẽ malam, & fructum eius malũ. Quod vtique

vtique nulla ratione diceretur eis, ſi propter illam blaſphemiam iam commutare animum in melius, & recte factorum fructus generare non poſſent, aut fruſtra etiã ſine peccati ſui dimiſsione generarent. Ergo quia dominus in ſpiritu dei expellebat demonia, cæterosque humanorum corporum morbos, lãguoresque ſanabat, non ob aliud niſi vt crederetur dicenti ſibi, Agite pœ- Matth. 3. nitentiam, appropinquabit enim regnum cœlorum. Inuiſibiliter enim peccata dimittuntur, cui dimiſsioni fidem miraculis comprobat, quod in illo paralytico manifeſtiſsime oſtenditur. Cum enim primo ei donum viſibile Marci. 2. obtuliſſet, propter quod venerat, non enim iam venerat filius hominis, vt iudicaret ſeculum, ſed vt ſeruaret mundũ. Cum ergo dixiſſet, dimiſſa ſunt tibi peccata: Ioan. 5. murmuratumque eſſet a Iudeæis indignantibus, quod eis tantam poteſtatem ſibi arrogaſſe videretur, Quid eſt, inquit, facilius dicere, Dimiſſa ſunt tibi peccata: An Mar. 2. dicere, ſurge & ambula? Vt ſciatis autem, quia poteſtatem habet filius hominis dimittere peccata, dicit paralytico: Tibi dico ſurge, tolle grabbatum tuum & vade in domum tuam. Quo facto, & quibus dictis, ſatis declarauit, ideo ſe illa facere in corporibus vt crederetur animas peccatorum dimiſsione liberare, id eſt: vt de poteſtate viſibili poteſtas inuiſibilis mereretur fidem. Quia ergo in ſpiritu dei faciebat ille omnia, vt gratiã pacẽq; hominibus largiretur, gratiam in remiſsione peccatorũ, pacem in reconciliatione dei, a quo ſeparant ſola peccata, cum dixiſſent ſud æi ꝙ in Beelzebub eiiceret dæmo- Matth. 12. nia, miſeriorditer eos voluit admonere, ne verbum diterent, & blaſphemiam in ſpiritumſanctum: hoc eſt, ne gratiæ dei pacique reſiſterent, quam per ſpiritum ſanctũ donare dominus venerat. Non quia iam hoc fecerant, quod ſibi neque in hoc ſeculo, neque in futuro dimitteretur, ſed ne deſperando de venia, aut quaſi de ſua iuſtitia præſumendo, & pœnitentiam non agendo, aut perſeuerando in peccatis, hoc facerent: hoc modo enim dicerent verbum, hoc eſt blaſphemiam in ſpiritumſanctum, in quo dominus ſigna illa propter largiendam gratiam pacemque faciebat, ſi perſeuerantia peccatorũ, ipſi gratiæ pacique reſiſterent. Verbum enim dicere, nõ Verbũ in ſpũm ita videtur hicpoſitum, vt tantummodo illud intelligatur, quod per linguã fabricamus, ſed quod corde cõceptũ, etiam opere exprimimus. Sicut. n. non confitetur deum, qui tantũ oris ſono confitentur, non etiam bonis operibus. Nã de his dictum eſt, Confitẽt enim ſe noſſe deum, factis autem negant. Ex quo manifeſtum eſt, dici aliquid factis, ſicut manifeſtum eſt negari aliquid Titum. 1. factis. Et ſicut illud quod ait Apoſtolus, Nemo dicit 1. Cor. 12.

dominus Iesus, nisi in spiritu sancto: non potest recte intelligi, nisi in factis dicere intelligatur. Non enim hoc in spiritu sancto dicere putandi sint quibus ipse dominus dicit, Vt quid mihi dicitis, domine domine, & non facitis quæ dico vobis? Et illud, Non omnis qui mihi dicit, Matt.7. domine domine, intrabit in regnum cœlorum, Sic, etiã qui hoc verbum, quod sine venia vult intelligi dominus, in spiritum sanctum dicit, hoc est, qui desperans de gratia & pace quam donat in peccatis suis perseueran dum sibi esse dicit, ne dicere intelligendus est, si non facit. Vt quomodo illi factis dominum negant, sic isti in factis dicant se mala vita sua & perditis moribus perseueraturos, vt etiã ita faciant, hoc est perseuerẽt. Quod si faciunt, quis iã miretur, aut quis non intelligat, & dominum Iesum Christum per illam comminationẽ ad pœnitentiam vocasse Iudæos, vt in eis se credentibus gratiam pacemque donaret: & huic gratiæ pacique resistentibus, & hoc modo verbum atque blasphemiam in spiritum sanctum dicentibus, hoc est in peccatis suis desperata atque impia mentis obstinatione perseuerantibus, & aduersus deum sine humilitate confessionis atq; pœnitentiæ superbientes neq; in hoc seculo neque in futuro veniam posse concedere? Quæ si ita sunt, oportunitate tractandi de gratia & pace, quæ nobis est a deo patre & domino Iesu Christo, magna & difficilima eodem ipso domino largiente quæstio dissoluta est. Quisquis autem adhuc de re tanta diligentiorem considerationem tractationemque desiderat, in Euangelii tractatio-

In de ỳb. domine, atque in verbis Euangelistarum sibi desideranda est sermone. 11. i se cognoscat. Et meminerit nos nunc Epistolam Pauli T.10. super illa Apostoli ad Romanos suscepisse tractandam, cuius Epi verba Matt.12. stolæ textum consequentem in aliis voluminibus si dominus voluerit, vestigabimus. Vt in huius salutationeiam tandem iste sit modus.

FINIS.

D. AVRELII AVGVSTINI EXPOSITIONIS QVARVNDAM PROPOSITIONVM EX Epistola ad Romanos.

LIBER.



ENSVS hi sunt in Epistola ad Romanos Pauli Apostoli. Primo omnium vt quis intelligat in hac Epistola quæstionẽ versari operum legis & gratiæ. Quod autẽ ait, Secundum spiritũ sanctificationis ex resurrectione mortuorum, id est: quia spiritus donũ acceperunt post eius resurrectionẽ: mortuorũ vero resurrectionem memorat, quia in ipso omnes crucifigimur & resurgimus. Quod autẽ dicit, Vt gratiam vobis spiritalẽ impartiã, dilectionẽ scilicet dei & proximi, vt per charitatem Christi gentibus in Euangeliũ vocatis minime inuiderent. Quod autem dicit, Reuelatur ira dei de cœlo super omnem impietatem: &c. Ait & Salomon de sapientibus mundi. Si enim tantũ potuerunt scire vt possint æstimare seculũ, quomodo ipsius mundi dominũ & creatorem non facilius inuenerunt? Sed quos arguit Salomon, non cognouerunt per creaturam creatorẽ: quos autẽ arguit Apostolus, cognouerunt, sed gratias nõ egerunt, & dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, & ad colenda simulachra deciderunt. Nam sapientes gentium quod inuenerint creatorem, manifeste idem Apostolus cum Athenienſibus loqueretur ostendit. cũ enim dixisset, Quia in ipso viuimus & mouemur & sumus. addidit, Sicut & quidã secundũ vos dixerunt. Hac autem intentione prius arguit impietatem gentiũ, vt ex hoc probet etiam ad gratiam posse pertinere conuersos. Iniustũ est enim vt pœnam subeant impietatis, & præmiũ fidei non accipiant. Quod autem dicit, Cognoscentes dominum non vt deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Hoc caput est peccati, de quo dictum est, Initium omnis peccati superbia. Qui si gratias egissent deo qui dederat hanc sapientiam, non aliquid tribuissent cogitationibus suis. Quapropter in desideria cordis sui traditi sunt a

In hac epistola ỳ sat̃ q̃stio opũ legis et gr̃ę. & i de fide et opib. c.14.15. &.16. i T.4. et i.1.T. ho opu. et i p̃f: ps.31. i T.8. et i To. ho. opus.1. Secũdum ipũm sanctificationis. Rom.1. 2. Vt gr̃az vobis spirialẽ ipartiã Roma.1. 3. Reuelat̃ ira di d'cœlo sup oẽm impietatem. Sap.13.&.14. Si qdẽ q̃ fuit in uitibilia illius, ex creatiõe mũdi, dũ p opa itelligũt̃, puidẽt̃, ip Act.17. sacẽ eius ẽternа potẽtia, ac diuinitas, in hoc, Eccl.10 vt sint ĩexcusabiles: ꝓpterea ꝙ cũ deum cognouerint, ñ vt deũ glorificauerũt, aut gr̃as e-

gerũt,ſz 5 Provani ſũ. Propterea ẽti ſunt tradidit I cogita illos de ciõibus us p cu ſuis, ob pdi ta- tenebra tes cor- tũ ẽiſeſ diũ ſuo pies cor rũ Ro.1 eorũ q 6 Tradi eũ puta dit illos rẽt ſeeẽ Uus i re ſapiẽtes probã ſtulti fa mẽtem ẽtſunt. Rom. 1. Rom.1. 7 Nõ ſo lũ ea fa ciũt,ſz et cõſen- tiũt faciẽtibus Rom.1.

8 Propterea inexcuſabilis es o hõ,q̃ q̃s es q̃ iudicas Rom.2.

9 Theſaurizas tibi iram in die irę.Rom.2.

Sapien,12. Idẽ ſup pſ.5,11.8

10 Cõteſtãte cõſciẽtia illorum. Roma.2. 1. Ioan.3.

11 Spiritu nõ litera Roma,2.

12 Cuius laus ex hoibus, ſed ex deo Rom.2.

13 Non iuſtificabiſ corã illo oĩs caro Rom.3. Idẽ in de ſpũ & Lit.c.9.et.10.& 11.ĩ T.3.ho.op.

Quatuor gradus

domino, vt facerent quæ non oportet. Quod autem dicit, Tradidit, intelligitur dimiſit in deſideria cordis eorũ. Mercedem autem mutuã dicit recepiſſe a deo vt traderentur in cõcupiſcentias cordis eorum. Quod autem denuo dicit, Tradidit illos deus in reprobã mentẽ &c. repletos omni iniquitate, datur intelligi ad nocendum pertinere iſta quæ nunc dicit, id eſt facinora. Superius autem dicebat de corruptelis, quæ flagitia nominantur, ex quibus ad facinora perueniitur, quoniam quiſq; pernicioſm dulcedinem flagitiorum ſequens, dum impedire perſonam remouere conatur, pergit ĩ facinus. Sic diſtinctus eſt etiam ille locus in Sapientia Salomonis, vbi cum enumeraſſet ſuperiora flagitia: ait, circunueniamus pauperem iuſtũ quoniam inutilis eſt nobis: &c. Quod autem dicit, Non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus ſignificat quia quæcunq; fecerũt, non inuiti fecerunt. Nam cum ad mala facta conſentiũt, etiam illa quæ non fecerunt approbant, & ideo de pfectis iã peccatis dicit. Quod autem ait, Propterea inexcuſabilis es o homo oĩs qui iudicas. Omnis autem cum dicit, ſubintrat iam vt mõſtret non ſolum gẽtilẽ, ſed etiã Iudæum, qui ſecundum legem volebat iudicare de gentibus. Quot autem dicit, Theſaurizas tibi irã in diẽ irę. Iram dei vbique loquitur pro vindicta. Idcirco ait, iuſti iudicii dei. Notandum autem, quia ira dei ponitur et in nouo teſtamento, quod cũ in inuetere legunt homines qui legi veteri aduerſantur, culpandam eam putãt, cum deus vtique ſicut nos perturbationis nõ ſubiacet, dicente Salomone, Tu autem dominus virtutũ cum trãquilitate iudicas, Sed ira vt dictum eſt in vindictę ſignificatione ponitur. Quod autẽ dicit, Contenſtante conſcientia illorum: Secundum illum locum loquitur Ioannes Apoſtolus quo ait, Dilectis ſimi, ſi cor noſtrum nos reprehenderit, maior eſt deus conſcientia noſtra: &c. Quod autem dicit, Spiritum non litera: hoc eſt, vt ſecũdum ſpiritum, non ſecundum quod habet litera lex intelligatur, quod cõtingit illis qui circunciſionem magis carnaliter quam ſpiritaliter acceperunt. Quod autẽ dicit, Cuius laus non ex hominibus, ſed ex deo. Illi conuenit quo ait, Qui in ſecreto Iudæus eſt. Quod autem dicit, Quia non iuſtificabitur in lege omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati, & cætera ſimilia, quæ quidam putant in contumeliam legis obiicienda, ſolicite ſatis legenda ſunt, vt neque lex ab Apoſtolo improbata videatur, neque homini arbitrium liberum ſit ablatum. Itaque quatuor iſtos gradus hominis diſtinguamus, ante legem, ſub lege, ſub gratia, in pace, Ante legem, ſequimur concupiſcentiam carnis.

Sub lege, trahimur cum ea. Sub gratia, nec ſequimur eã, nec trahimur ab ea. In pace, nulla eſt cõcupiſcentia carnis. Ante legem ergo non pugnamus, quia non ſolũ concupiſcimus & peccamus, ſed etiam approbamus pecta. Sub lege pugnamus, ſed vincimur. Fatemur enim mala eſſe quæ facimus, & fatendo mala eſſe, vtique nolumus facere: ſed quia nondũ eſt gratia, ſuperamur. In iſto gradu oſtenditur nobis quomodo iacemus, & cũ ſurgere volumus & cadimus, grauius affligimur. Inde hoc dicitur, Lex ſubintrauit vt abundaret delictũ. Inde et quod nunc poſitũ eſt, Per legẽ cognitio peccati. Nõ enĩ ablatio peccati eſt, quia per ſolam gratiam aufertur peccatum. Bona ergo lex, quia ea verat quę vetanda ſunt, & ea iubet, quæ iubenda ſunt. Sed cum quiſquam illam viribus ſuis putat implere, non per gratiam liberatoris ſui, nihil ei prodeſt iſta præſumptio. Imo etiam tantum nocet v. vehementiori peccandi deſiderio rapiatur, & in peccatis etiam præuaricator inueniatur. Vbi enim non eſt lex nec præuaricatio. Sic ergo iacens cum ſe quiſque cognouerit, per ſeipſum ſurgere non valere, imploret liberatoris auxilium. Venit ergo gratia quæ donet peccata præterita, & conantem adiuuet, & tribuat charitatem iuſtitiæ, & auferat metum. Quod cum fit, tamenſi deſideria quædam carnis dũ in hac vita ſumus, aduerſum ſpiritum noſtrum pugnant vt eum ducant in peccatum, non tamen his deſideriis conſentiens ſpiritus, quoniam eſt fixus in gratia & charitate dei, deſinit peccare. Non enim in ipſo deſiderio prauo, ſe in noſtra conſenſione peccamus. Ad hoc valet, quod dicit idẽ Apoſtolus, Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore ad obediendum concupiſcentiis eius. Hic enim oſtendit eſſe deſideria quibus non obediendo peccatum in nobis regnare non ſinimus. Sed quoniam ita deſideria carnis de carnis mortalitate naſcuntur, quam trahimus ex primo peccato primi hominis, vnde carnaliter naſcimur, non finietur hæc niſi reſurrectione corporis immutata illa quæ nobis promittuntur, meruerimus, vbi perfecta pax erit, quam in quarto gradu conſtituimus. Ideo autem perfecta pax, quia nihil nobis reſiſtit, nõ reſiſtentibus deo. Hoc eſt quod dicit Apoſtolus. Corpus quidẽ mortuũ eſt, ꝓpter peccatũ: ſpiritus autẽ vita eſt ꝓp iuſtitiã. Si ergo ſpiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum a mortuis, habitat in vobis, q̃ ſuſcitauit Xp̃m Ieſum, viuificabit et mortalia corpora veſtra p̃ inhabitãtẽ ſpiritũ eius in vobis. Liberũ ergo arbitriũ pfecte fuit in primo homine, in nobis autẽ ante gratiam non eſt liberum arbitriũ ut non peccemus, ſed tamen vt peccare nolimus. Gratia vero efficit vt nõ tantũ velimus recte facere, ſed etiam

hominũ añ legẽ
ſub lege ſub gra
et in pace, idem
ſup. Ioan. tract.
41. in Tom. 9.

14 Lex ſub ín trauit vt abõda ret delictũ Ro.5

15 Per legẽ cognitio peccati. Rom.6.
Sola gra auferet pcã̃. Idẽ in p̃f. pſ.31.et ſup ipſũ pſ.1 To.8.et ĩ.1. To,ho.opuſ.

16 In nouitate vitæ ambulamus Rom.6.

17 Non regnet peccatũ ĩ veſtro mortali corpoř Rom,6.

18 Corpus q̃dẽ mortuum eſt p̃ꝓ pcã̃, ſpũs vero vita ẽ ꝓp iuſtiſi cationẽ. Ro.8.
Liberũ arbitriũ ante gratiã, non eſt vt nõ pecce- mus, ſed tãtũ vt

peccare nolimus, gra xo facit, vt nō peccemus. Idē ī de spū & lit. 27. & 28.i.3. Luc.2. To.ho. op. et ī de gra et lib. arb. ad Val.17 ī isto.2. T.opu. 19 Legē nō euacuamus p fidē, s3 statuimus.

Rom.3. 20 Abra hā si ex opibus ē iustificatus habet gl'iaz, s3 non apud deū Ro.4. 21 Ei q operatur merces nō iputatur scm gra3, s3 secundū debitū Roma.4. In d gra et li. ar. ad Val.6.7.et.8 ifra ī isto. T. op. et ī ps ps 31. ī T. horū opus. 22 Qui iustificat ipiū Rom.4 23 Lex irā operatur Rom.4. 24 Ante dominū cui credidisti. Roma.4. 25 Dans gl'iaz deo. Roma.4. 26 Gloriamur in tribulationibus. Roma.5. 27 Vsque ad legē peccatū ī mūdū fuit. Rom.5. 28 Peccatā nō iputabat cū lex non esset. Roma.5.

etiam possimus, non viribus nostris, sed liberatoris auxilio, qui nobis etiam perfectam pacem in resurrectione tribuit, quę pax perfecta bonam voluntatem consequit. Gloria enim in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Quod autem dicit, Legem euacuamus per fidem? Absit, sed legē statuimus: id est: firmamus. Sed quemadmodum firmanda fuerat lex, nisi per iustitiam? Iustitia autem quæ est ex fide, quia ex ipsa quæ non poterant impleri legem, per fidem impleta sunt. Quod autem ait. Si enim Abraham ex operibus iustificatus est habet gloriam, sed non apud deum. Hoc est quia Abraham sine lege dum non ex operibus legis gloriam conquirit, quasi suis viribus legem impleat. Cum autem ad huc lex ista data non esset, dei illa gloria, non sua est. Non enim merito sui tanquam ex operibus, sed dei gratia fide iustificatus est. Quod autē ait, Ei autem qui operatur, merces nō imputatur secundum gratiam, sed secū dum debitum: dixit quemadmodum homines hominibus reddant mercedem. Nā deus per gratiam dedit, quia peccatoribus dedit, vt per fidem iuste viuerent: id est, bene operarentur. Quod ergo bene operamur iam accepta gratia, non nobis, sed illi tribuendum est qui per gratiam nos iustificauit. Nam si debitam mercedem vellet reddere, et pœnā redderet debitam peccatoribus. Quod autem ait, Qui iustificat impium: hoc est de impio pium facit, vt de cætero in ipsa pietate permaneat atque iustitia, quia ideo iustificatus est vt iustus sit, non vt peccare sibi licere arbitretur. Quod autem ait, Lex enim iram operatur: vindictam significat, ad illum secūdum gradū pertinet, cum est quisque sub lege. Quod autem ait, Ante dominum cui credidisti: significauit fidem in interiore homine esse in conspectu dei, non in ostentatione hominum, sicuti est carnis circuncisio. Quod autem ait de Abraham, Dans gloriam deo: aduersus illos positū est, qui gloriam suam de operibus legis coram hominibus quærebant. Quod autem ait. Non solum autem, sed & gloriamur ī tribulationibus, &c. gradatim producit vsque ad charitatem dei, quā charitatem dicit nos habere per donum spiritus, monstrat illa omnia quæ possimus nobis tribuere, deo esse tribuenda, qui per spiritum sanctū gratiam dare dignatus est. Quod autem ait, Vsque ad legem enim peccatum in mundo fuit. Intelligendum est quousque veniret gratia, Cōtra eos enim dictum est, qui arbitrantur per legem auferri potuisse peccata. Dicit autem Apostolus manifestata esse peccata per legem, nō autem ablata cum dicit, peccatum autem non deputabatur, cum lex non esset. Non enim ait, non erat: sed nō deputabatur. Neque cum lex data est, ablatum est, sed deputari

deputari cœpit, id est, apparere. Non ergo putemus vsq; ad legem ita dictum esse, quasi iam sub lege nō esset peccatum, sed sic dictum est vsq; ad legem, vt totum legis tēpus annumeret vsque ad finem legis, quod ē Christus. Quod autem ait, Sed regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen, et in ijs qui non peccauerunt in similitudinem preuaricationis, Adæ duobus modis distinguitur: aut, In similitudinē prævaricationis Adæ regnauit mors: quia et qui nō peccauerūt, ex origine mortalitatis Adā, mortui sunt, Aut certe regnauit mors & in ijs qui non in similitudinem prævaricationis Adæ peccauerunt, sed ante legem peccauerunt: illi peccasse intelligantur in similitudinem prævaricationis Adæ qui legem acceperunt, quia & Adam accepta peccati lege peccauit. Sane etiā id quod dictum est, ad Moysen: totum tempus legis intelligitur. Forma autem futuri dictus est Adam, sed a cō trario, vt quomodo per illum mors, sic per dominū nostrum vita. Quod autem ait. Sed non sicut delictum, ita est & donatio: Duobus modis donatio præcellit, vel quod multo magis abundet gratia, qua vtique in æternum viuitur, Temporaliter autem per mortē Adę mors regnauit: vel quod vnius delicti condemnatione mors multorum facta est per Adam, per dominum autem nostrum Iesum Christum multorum delictorum donatione data a gratia in vitam æternam. Aliam vero differentiam sic explicans dicit, Et non sicut per vnum peccantem, ita est & donum. Nam iudicium quidem ab vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis ad iustificationem. Ex vno ergo quod dictum est, subauditur delictum, quia sequitur, gratia autē ex multis delictis. Ergo hæc differentia est, quod in Adā vnum delictū damnatum est, a domino autem multa donata sunt. Quod ergo sequitur ambas istas differentias tenet, vt explicetur sic, Si enim ob vnius delictū mors regnauit per vnū multo magis qui abundantiam gratiæ & iustitiæ accipiunt in vita regnabunt per vnum Iesum Christū. Quod autem dixit, Multo magis regnabunt: ad vitam æternā pertinet. Quod autem dixit, Abundantiam gratiæ accipient, ad donationem multorum pertinet delictorum. Post explicatas autem has differentias redit ad formam vnde cœperat, cuius ordinem suspenderat, cum diceret, Sicut enim per vnum hominē peccatum intrauit in hūc mundum, & per peccatum mors: ad quod nunc redit cū dicit, Itaque sicut per vnius delictū in omnes ad condēnationem, ita & per vnius iustificationem omnes homines ad iustificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores cōstituti sunt multi, ita & per vnius obedientiā iusti constituti sunt multi. Hęc

est

29 Sed regnauit mors ab adā vsq; ad Moysen et ī ijs q nō peccauerūt, in similitudinē prævaricationis Adę. Ro. 5

1. Corin. 15.

Sed nō sicut delictū, ta et donatio. Roma. 5.

Sicut. n. p inobedientiā vnius hominis peccato-

res cõstituti sũt multi, ita p vnius obedientiã iusti cõstituti sunt multi. Ro.5.

30 Lex subintrauit vt abũdaret delictũ. Ro.5.

Abũdauit peccatũ, qa cõcupiscẽtia, ex phibitione ardẽtior facta est. Rom.6.

31 Quid ergo dicemus pmanebimus in peccato vt gr̃a abundet absit, q mortui sumus pcto quo viuemus in eo. Ro.6.

Opus gr̃e ẽ, vt moriamur pec cato. Deu.21.

32 Hoc aũt scientes qd vetus hõ nr̃ simul crucifixus ẽ, vt euacuet corpus peccati. Rom.6.

33 Vt nõ seruiamus vltra pctõ Roma.6.

34 Qui mortui sumus cum christo Roma.6.

35 Peccatũ.n.i nobis nõ domina bitur Rom.6.

est forma futuri Adam, de qua superius loqui cœperat, & eius aliquas differentias interponens distulerat ordinẽ, ad quem nunc redeundo concluſit dicens, Itaq; sicut per vnius delictum in omnes homines, &c. Quod autem ait, Lex subintrauit vt abundaret delictum, Ipso verbo satis signicauit nescisse Iudæos, qua dispensatione lex data sit. Non enim data est quę posset viuificare, quia gratia viuificat per fidem, sed data est lex ad ostendendum quantis, quamq; arctis vinculis peccatorũ constricti tenerentur, qui de suis viribus adimplendã iustitiam præsumebant. Sic abundauit peccatum cum & cõcupiscentia ex prohibitione ardentior facta est, & peccantibus contra legem præuaricationis crimẽ accesſit. Quod intelligit qui secundũ gradũ in illis quatuor gradibus consideraꝛat. Quod autem ait, Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato Vt gratia abunder? Absit. Qui mortui sumus peccato, quomodo viuemus in eo? Hinc ostendit de præteritis peccatis factum esse vt donarentur, & in eo superabundasse gratiam vt præterita peccata dimitterentur. Ergo quisquis ad huc querit augmenta peccati, vt augmentum gratiæ, sentiat, non intelligit id se agere, vt nihil in eo gratia operetur, Opus enim gratiæ est, vt moriamur peccato. Quod autem ait, Hoc scientes, qa vetus hõ noster simul crucifixus est, vt euacuetur corpus peccati irrefertur ad illud quod per Moysen dictum est, Maledictus omnis qui in ligno pependerit. Veteris hois crucifixio significata est in cruce domini, sicut noui hois instauratio in resurrectiõe signata est. Manifestũ est aut secundũ eum nos agere veterẽ hominẽ qui maledictus est propter peccatũ, & de domino dictum esse nemo ambigit quod peccata nostra portauit, & peccatũ pro nobis fecit, & de peccato cõdẽnauit peccatũ. Quid est autem euacuare corpus peccati? Ipse exposuit, Vltra nõ seruiamus peccato. Et illud quod ait, Si mortui sumus cũ Christo, hoc est si crucifixi sumus cũ Christo, Dicit enim alio loco, Qui aut Christi Iesu sunt carnẽ suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscẽtiis. Non ergo dominum maledixit Moyses, sed quid ostenderit eius crucifixo, propheraut. Quod autem ait, Peccatum enim in vobis non dominabitur, Non enim estis sub lege, sed sub gratia: vtiq; ad tertium illum gradum iam pertinet, vbi homo iam mente seruit legi dei, quãuis carne seruiat legi peccari, Non enim obaudit desiderio peccati, quãuis ad hoc solicitent concupiscentię, & prouocent ad consensionem, donec viuificetur etiã corpus, & absorbeatur mors in victoriam. Quia ergo non consentimus desideriis prauis, in gratia sumus, & non regnat peccatum in nostro mortali corpore, & om

nino ex illo loco vbi ait, Qui mortui sumus peccato, quomodo viuemus in eo? eum describit, qui est sub gratia constitutus. Cui autem dominatur peccatum, quanuis peccato non resistat, adhuc sub lege est, non sub gratia. Quod autem dicit, Mulier enim sub viro viuo mari to, vincta est legi: si autem mortuus fuerit vir eius, euacuata est lge viri &c. Animaduertendum est, istam similitudinem in hoc differre ab ea re propter quam adhibita est, quod hic virum dicit mori, vt mulier nubat cui volet liberata a lege viri: ibi autem constituat animam quasi mulierem, virum autem quasi passiones peccatorum, quæ operantur in membris, vt fructum ferant morti, id est vt tali coniugio proles digna nascatur, & lex quæ data est non ad auferendũ peccatum, vel ad liberationẽ a peccato, sed ad ostendendũ peccatum ante gratiam. Per quod factum est, vt sub lege positi, & vehementiori desiderio peccandi raperentur, & amplius etiam de præuaricatione peccarent. Cũ ergo & ibi tria sint, anima tanquam mulier, passiones peccatorum tanquam vir, lex tanquã lex viri, non ibi peccatis mortuis tanquam viro mortuo liberari animã dicit, sed ipsam animam mori peccato & liberari a lege, vt sit alterius, id est Christi cum mortua fuerat peccato, quãuis adhuc quasi viuente ipso peccato, quod fit cum adhuc manentibus in nobis desideriis & inuitamentis quibusdam ac peccandum, non obedimus tamen, nec consentimus mente seruientes legi dei, quia mortui sumus peccato. Morietur autem & peccatum, cum reformatio corporis in resurrectione facta fuerit, de qua post dicit, Viuificabit & mortalia corpora vestra propter spiritum manentẽ in vobis. Quod autem dicit, Occasio ne accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam: intelligendum est non omnẽ mãdatũ opatũ ẽ fuisse concupiscentiam antequam prohibitione aucta esset, Augetur enim prohibitione concupiscentia quando piscẽtiã deest gratia liberantis, ideo nondum est omnis antequã prohibeatur, cum autem prohibita fuerit, desistẽte, vt di gr̃a cõcupiscẽximus, gratia, tantũ crescit concupiscentia, vt ita in suo tiã augeat, idẽ & genere omnis, id est consummata fiat, vt etiam contra le fusius i d spũ & gem faciat, et prœuaricatione crimẽ accumulet. Cũ autẽ lit. c. 2. vsq; i fidicit, Sine lege enim peccatũ mortuũ est: Non quia non nẽ li. i 3. ro. ho. est, dixit mortuum est, sed quia latet, quod in consequen opuscul. tibus manifestat cum dicit, Sed peccatum vt appareat Lex sine gr̃a oñ peccatũ, per bonũ mihi operatũ est mortẽ. Bona est enĩ dir̃ peccara & lax, Sed sine gratia ostendit tantummodo peccata, non non tollit. tollit. Quod autem ait, Ego autẽ viuebã aliquando sine lege. Ego aũt vilege intelligendũ est. Viuere mihi videbar, quia ante mã uebã sine lege a datum latebat peccatum. Et quod ait, Aduenientę aliquãdo Ro.7.

36 Nã viro obnoxia mulier, viuẽti viro, alligata ẽ, p legem, qđ si mortuus fuerit vir, libera ta ẽ a lege viri, Rom.7.

37 Occasiõe ac

Universidad de Sevilla Biblioteca

39 Peccatū occasiõe accepta p mãdatū fefellit me, & p illud occidit. Ro.7.

tem mandato, peccatum reuixit, Ego au tem mortuus sum: intelligendum est, peccatum apparere cœpit, ego au tem mortuum me esse cognoui. Quod autem ait, Pecca tum occasione accepta per mandatum fefellit me, & per illud occidit: Ideo dictum est, quia desiderii prohibiti fru ctus dulcior est. Vnde etiam quęcunque peccata occulte fiunt dulciora sunt, quãuis mortifera ista dulcedo sit. Inde est quod apud Salomonem fallacis doctrinę imagine sedens mulier & inuitãs vt ad se veniant insipientes, scribitur dicere, Panes occultos libenter edite, & aquã furtiuam dulcẽ bibite. Ista dulcedo est occasio per mãdatum inuenta peccati: quę cum appetitur vtique fallit, & in maiores amaritudines vertit. Quod aũt ait, Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit, Sed pecca tum vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem. Hic euidenter ostendit quod superius dixerat, Sine lege enim peccatum mortuum est: ideo dixisse, quia later: quando quidem nunc dicit, Non illud bonũ, id est, legẽ factã sibi esse morẽ, sed peccatũ operatũ esse mortem per bonum legis, id est, ut appareret peccatum quod latebat sine lege. Tunc enim se mortuum quisq; cognoscit, cum illud quod rectæ præceptum esse confitetur implere non potest, & præuaricationis crimine amplius peccat, quam si non prohibeatur. Hoc est quod in cõsequẽtibus dicit, Vt fiat supra modum peccator peccans per mandatum, quod ante mandatum minus erat, quia vbi non est lex, nec præuaricatio. Quod autem ait, Scimus quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum. Satis ostendit non posse impleri legem, nisi in spiritalibus quales facit gratia dei: similis enim quisque factus ipsi legi, facile implet, quod præcipit, nec erit sub illa sed cum illa. Is est autem qui iam non capitur temporalibus bonis, nec terretur temporalibus malis. Quod autem ait, Venundatus sub peccato: intelligẽdum est, q̃ vnusquisque peccando animam suam diabolo vendit, accepto tanquam precio dulcedine temporalis voluptatis. Vnde & dominus redemptor noster dictus est, quia hoc modo quo dictum est, venditi eramus. Quod autem ait, Quod enim operor ignoro, Potest videri minus intelligentibus contrarium esse illi sententię qua dixit, Peccatum vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem. Quomodo enim apparet si ignoratur? Sed ignoro, sic dictum est hoc loco, vt intelligatur, non approbo. Quomodo enim tenebræ non videntur, sed lucis comparatione sentiũtur: hoc est autem sentire tenebras, quod est non videre: sic & peccatum, quia non illustratur luce iustitię, non intelligendo dignoscitur, sicuti tenebras dictum est non videndo sentiri. Et

Proverb.9.

40 Qđ ergo bonũ ẽ, mihi factũ ẽ mors? absit, sed peccatũ vt appareat peccatũ, p bonũ mihi operatũ est mortem. Rom.7.

1. Retract.23.

41 Scimus qđ lex spiritalis ẽ, ego aũt carnalis sum. Rom.7.

42 Venũdatus sub pcãto. Ro.7 Prędiũ aĩæ diabolo Traditæ.

43 Qđ.n. operor ignoro. Ro.7.

Similitudo.

ad hoc pertinet quod in Psalmo dicitur, Delicta quis intelligit? Quod autem ait, Non enim quod volo hoc ago, sed quod nolo hoc facio. Si autem quod nolo hoc facio, consentio legi quoniam bona est. Satis quidem lex ab omni criminatione defenditur. Sed cauendũ ne quis arbitretur his verbis auferri nobis liberum voluntatis arbitrium, quod non ita est, Nunc enim homo describitur sub lege positus ante gratiam. Tunc enim peccatis venditur, dum viribus suis iuste viuere conatur sine adiutorio liberantis gratiæ dei. In libero autem arbitrio habet vt credat libere & accipiat gratiam, vt iam illo qui eam donat liberante adiuuante non peccet: atq; ita desinat esse sub lege, sed cum lege vel in lege implens eã charitatem dei, quod timore non poterat. Quod autẽ ait, Video aliam legem in membris meis: & reliqua, legem peccati dicit, qua quisque carnis consuetudine implicitus astringitur. Hanc repugnare, ait, legi mentis suæ, & se captiuare sub lege peccati. Vnde intelligitur ille homo describi qui nondũ est sub gratia: Si enim repugnaret tantum consuetudo carnalis & non captiuaret, non esset damnatio. In eo enim est damnatio q̃ obtẽperamus & seruimus desiderijs prauis carnalibus. Si autem existant, & non desint talia desideria, non tamen his obediamus, non captiuamur & sub gratia iam sumus, de qua loquitur cum exclamauit liberatoris auxilium, vt possit per gratiam charitas, quod per legem timor non poterat. Dixit enim, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et subiecit, Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Deinde incipit describere hominem sub gratia constitutum: qui tertius gradus est illorum quatuor quos distinximus. Ad hunc gradum iam pertinet quod statim subiungit. Igitur ego ipse mente seruio legi dei, carne autem legi peccati: quia licet existentibus desiderijs carnalibus iã non seruit consentiendo ad faciendum peccatum, qui sub gratia constitutus, mente seruit legi dei. Legem autẽ peccati dicit transgressionem, Adę conditionem mortalem, qua mortales facti sumus. Ex hac enim labe carnis concupiscentia carnalis solicitat, & secundum hanc dicit, Fuimus & nos natura filij iræ sicut & cæteri. Quod autem dicit, Nulla ergo condemnatio est nunc his qui sunt in Christo Iesu: satis ostendet condemnationem non esse si existant desideria carnalia, sed si eis ad peccandum obediatur. Quod contingit his qui sub lege constituti sunt, nondum sub gratia. Nam sub lege constituti, non solum repugnantem habent concupiscentiam, sed etiam captiui ducuntur, cum obtemperant: Non autem contingit his qui mente seruiunt legi dei.

Pſal.18.

44. Nõ aũt qđ volo hoc ago, sed quod nolo hoc facio. Si aũt qđ nolo hoc facio, consentio legi quoniam bona est. Ro.7.

Qũo ĩ li. arb. est vt credat, habes ĩfra ĩ đ gra et li. arb ad ual. c.17. & in de p̃ dest. san. 3. et. 7. & in. 1. retract. 23. ĩ. 3. T. hor. opusc.

Idẽ ĩ đ spi. & li. 28. et 29. & 30. & 31. ĩ. To. 3. & in. To. ho. opus.

45. Video aliã legẽ in mẽbris meis Rom.7.

Nũc loquit̃, de hoie sub gratia constituto.

46. Ego mente seruio legi dei, carne autem legi peccati. Rom.7.

Ephe.2.

47. Nulla ergo cõdem natio ẽ Ephe.2. nũc his q̃ sunt ĩ Christo Iesu. Rom.8.

Quod

48 Q. tant ipossibile erat legi in qua infirmabatur per carnem, deus filium suum misit in similitudinem carnis peccati, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Rom. 8.

Quod autem ait, Quod enim impossibile erat legi, in qua infirmabatur per carnem, deus filium suum misit in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum: Manifestissime docet eadem ipsa præcepta legis propterea non impleta, quanuis essent implenda, quoniam quibus data erat lex ante gratiam, dediti erant carnalibus bonis, & ex his beatitudinem acquirere cupiebant, neque metuebant, nisi cum talibus bonis, & ex beatitudinem acquirere cupiebant, neque metuebant, nisi cum talibus bonis imminebat aduersitas, & ideo cum illa temporalia deturbarentur, facile recedebant a præceptis legis. Infirmabatur ergo lex non implendo quod precipiebat, non sua culpa, sed per carnẽ, id est per eos homines qui carnalia bona appetendo nõ amabant legis iustitiam, sed ei temporalia commoda præponebant. Et ideo liberator dominus noster Iesus Christus suscipiendo mortalem carnem, venit in similitudinẽ carnis peccati. Carni. n. peccati, debita mors est. At vero illa mors dñi, dignationis fuit, nõ debiti, & tamen hoc quoq; Apostolus peccatũ vocat suscepționẽ mortalis carnis, quãuis nõ peccatricis, ideo quia immortalis tanquam peccatum facit cum moritur. Sed de peccato, inquit, condemnauit peccatum in carne. Id enim egit mors domini, ne mors timeretur, & ex eo iam non appeterentur temporalia, bona nec metuerentur temporalia mala, in quibus carnali erat illa prudentia, in qua impleri legis præcepta non poterant. Hac autem prudentia in homine dominico extincta & ablata, iustitia legis impletur, cum secundum carnem non ambulatur, vel secundum spiritum. Vnde Verissime dictum est, Nõ veni soluere legem, sed adimplere. Plenitudo ergo legis charitas, & charitas eorum est qui secundum spiritum ambulant, Hæc enim ad gratiam pertinent spiritussancti. Quãdo enim non erat charitas iustitię, sȝ timor, lex

Mors dñi dignationis fuit nõ debiti & potestatis, & ñ necessitatis. super Euan. Io. tract. 37. in Tom. 9.

Matt. 5. Rom. 13.

49 Affectus carnis inimicitia ẽ aduersus deũ. nã legi dei ñ subdit, ñ quidem nec potest. Ro. 8. Vt Manichęi asserũt i hęresi. 46. i. 7. To. ho. opuscul.

noni implebatur, Quando autem ait, Quia prudentia carnis inimica est in deum. Legi enim dei non est subiecta nec enim potest: ostendit quid dixerit, inimica: ne quis putaret tanquam ex aduerso principio aliquam naturam quam non cũdidit deus, inimicitias aduersus deũ exercere. Inimicus ergo dei dicitur, qui legi ipsius non obtemperat, & hoc per carnis prudentiam id est, cum appetit temporalia bona, & timet temporalia mala. Definitio enim prudentiæ in appetendis bonis, vitandis malis explicari solet. Quapropter recte appellat Apostolus carnis prudentiam, qua hæc appetuntur pro magnis bonis quæ non perseuerant cum homine, & ne hęc

Definitio prudẽtiæ in appetẽ

amittantur timetur, quæ quandoque amittenda sunt. Non potest autem talis prudentia legi dei obtemperare. Sed tũc obtẽperatur legi, cũ hæc prudẽtia extincta fuerit, vt ei succedat prudẽtia spiritus, qua nec in tẽpora libus bonis spes nra est, neq; i malis timor. Eadẽ nanq; aĩæ natura & prudẽtiã carnis hȝ, cũ inferiora sectaẽ: & prudentiam spiritus, cum superiora elegit, diligit. Quẽadmodum eadem aquæ natura & frigore congelascit, & calore resoluitur. Sic ergo dictum est, Legi dei non est subiecta prudentia carnis: nec enim potest, quomodo recte diceretur, niuem non posse calefieri, neque enim potest: Sed cũ adhibito calore soluitur, & calescit aqua, iam nemo potest eam niuẽ dicere. Quod autem ait, Corpus quidẽ mortuũ est propter peccatũ, spiritus autẽ vita est propter iustitiã. Corpus mortuũ dicit mortale: ex ipsius enim mortalitate indigentia rerũ terrena rũ solicitat animã: & quædã desideria exercitat, quibus ad peccandum non obtemperat, qui iam mente seruit legi dei. Quod autẽ ait, Si spiritus eius qui suscitauit Iesum Christũ a mortuis habitat in vobis, qui suscitauit Iesum Christũ, v iuificabit & mortalia corpora vestra per inhabitantem spiritum eius in vobis. Iam quartum gradũ demonstrat ex illis quatuor quos superius distinxim us. Sed gradus iste in hac vita non inuenitur. Perinet. n. ad spẽ qua expectamus redẽptionẽ corporis nostri, quando corruptibile hoc induet incorruptionem, & mortale hoc induet immortalitatem. Ibi pax perfecta ẽ quia nihil molestiarũ animą de corpore patietur iã viuificato, & in cœlestẽ qualitatẽ immutato. Cũ autẽ ait, Nõ enim accepistis spiritum seruitutis, sed spiritũ adoptionis filiorũ in quo clamamus, abba pater. Euidentissime duorũ testamẽtorũ distincta sunt tẽpora. Illud enim ad timorẽ pertinet, nouũ autẽ ad charitatẽ. Sed quæritur, quis sit spiritus seruitutis, Nã spiritus adoptionis filiorũ, vtique spiritus sanctus est, Spiritus ergo seruitutis in timore, ille est qui potestatẽ habet mortis, quia in ipso timore per totã vitã rei erãt seruitutis, qui sub lege agebant, non sub gratia. Nec mirandum est cp eum accepe runt per diuinã prouidentiã qui bona tẽporalia secta bantur, non quia ipsius est lex, & mandatũ, Nã lex sancta est & mandatũ sanctũ & iustũ & bonũ. Ille autẽ spiritus seruitutis non vtique bonus est, quẽ accipiunt qui præcepta date legis implere non possunt, dum seruiunt desiderijs carnalibus nũdum gratia liberatoris assumpti in filiornm adoptionẽ, quia & ipse spiritus seruitutis non habet quenquam in potestate, nisi qui ei per ordinem diuinæ prouidentiæ traditus fuerit, dei iustitia sua cuique tribuente, Quam potestatem acceperat Apostolus

dis bonis, & uitãdis malis, explicari solet.

aĩa qũo, carnis & spiritus, prudentiã habeat.

50 Corpus q̃dẽ mortuũ est pp̃ peccatũ, spiritus autẽ vita est pp̃ iustitiã. Ro. 8.

51 Si spiritus eius q̃ suscitauit Iesũ xp̃m a mortuis habitat in nobis, q̃ suscitauit Iesum xp̃m, viuificabit, et mortalia cor

1. Cor. 15 pora uŕa p̃ inhabitantẽ spũm eius in vobis Rom. 8.

Hic d̃ q̃rto agit gradu de pace. Rom. 6

52 Nõ. n. accepistis spiritũ seruitutis iterũ ad timorẽ, sȝ accepistis spiritũ adoptiõis filiorũ, in q̃ clamamus abba, pr̃, Ro. 9.

1 Tim. 1.

1.Cor.5. Qui nõ sũt sub gra, sz sub lege vincunt pecca tis ad obediẽdũ dsiderijs carna libus, idẽ in de gra, et li. arb. ad Val. c. 16, 1 To. 7. & in isto, 2. To. opusc.

lus cum dicit de quibusdam, Quos tradidi Satanæ vt di scant non blasphemare. Et iterum de alio. Iam indicaui, inquit, tradere huiusmodi Satanę in interitum carnis vt anima salua sit. Qui ergo nec dũ sub gratia sunt, sed sub lege, cõstituti vincũtur peccatis ad obediendũ desiderijs carnalibus: & præuaricatione augent reatum criminum suorum: spiritum acceperunt seruitutis, id est, spiritum eius qui potestatem mortis habet. Nam si spiritum seruitutis ipsum spiritum hominis intellexerimus, incipit & spiritus adoptionis ipse intelligi tanquam in melius cõmutatus. Sed quia spiritum adoptionis spiritum sanctum accipimus, quod manifeste ostendit cum dicit, Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro: restat vt spiritũ seruitutis illum intelligamus cui seruiunt peccatores: vt quemadmodum spiritus sanctus a timore mortis vindicat, sic spiritus seruitutis qui potestatem habet mortis, eiusdem mortis terrore eos teneat, vt se ad liberatoris auxilium quisque conuertat, etiam ipso diabolo inuito qui eum semper in potestate habere desiderat. Quod autem ait, Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non sponte: &c. vsque ad id quod ait, Et ipsi in nobis ingemiscimus adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Sic intelligendum est, vt neque sensum gemendi & dolendi opinemur esse in arboribus, & oleribus, & lapidibus & cęteris huiusmodi creaturis: Hic enim error Manichęorum est. Neque angelos sanctos vanitati subiectos esse arbitremur: & de his existimemus cp liberabuntur a seruitute interitus, cum interituri vtique non sint: sed omnem creaturam in ipso homine sine vlla calumnia cogitemus. Non enim creatura vlla esse potest, nisi aut spiritalis quę excellit in angelis, aut animalis, quę etiam in vita bestiarum satis apparet, vt corporalis quæ videri & tangi potest: Omnis autem est etiam in homine, quia homo constat spiritu & anima & corpore. Ergo creatura reuelationum filiorũ dei expectat, quicquid nunc in homine laborat, & corruptioni subiacet, illam scilicet manifestationem de qua idem dicit Apostolus. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo: Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cũ ipso apparebitis in gloria. Dicit enim & Ioannes, Dilectissimi, nunc filii dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cũ apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Hanc ergo reuelationem filiorum dei expectat creatura, quæ in homine nunc vanitati subiecta est, quandiu dedita est temporalibus rebus, quę transeũt tanquam vmbra, Vnde & in psalmis dicitur, Homo vanitati

53. Nã expectatio creaturę reuelationẽ filiorũ dei expectat. Rom.8.

Error Manichæorũ de q̃ fusius in ḋ hęresi. 46. i. 1. T. horũ opusculorum.

Omnis creatura in homine.

Col.3.

1.Ioan.3.

Psal.143.

nitati similis factus est, dies eius velut vmbra prætereunt. De qua vanitate etiam Salomon loquitur cum dicit, Vanitas vanitatium, & omnia vanitas. Quæ abũdantia homini in omni labore suo quem ipse laborat sub sole? De qua item dicitur, Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Non sponte autem dicit esse subiectam vanitati creaturam, quoniã pœnalis est ista subiectio, Non enim homo sicut sponte peccauit, sic etiam sponte damnatus est, quæ tamen damnatio non sine spe reparationis irrogata est naturæ nostræ. Et ideo propter eum, inquit, qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute interitus in libertatem gloriæ filiorum dei, id est etiam ipsa natura, quæ tantummodo creatura est, nondum per fidem aggregata numero filiorum dei: sed tamen in eis qui crediturí erant videbat Apostulus quod dicit, quia creatura liberabitur a seruitute interitus, vt interitui non seruiat, cui seruiunt omnes peccatores. Peccatori enim dictum est, Morte morieris. Liberabitur autem in libertatem glorię filiorũ dei, id est vt & ipsa perueniat ad libertatem gloriæ filiorũ dei per fidem, quæ fides cum in ea non erat, tantummodo creatura dicebatur. Et ad ipsam refert quod sequit, scimus enim quia creatura congemiscit & dolet vsque adhuc, Erant enim adhuc crediturí qui spiritui subiacebant, laboriosis erroribus. Sed ne quis putaret de ipsorum labore tantum dictum esse, subiungit etiam de iis qui iam crediderant. Quanquam enim spiritu, hoc est mente seruirent legi dei, tamen quia carne seruitur legi peccati, quandiu in hac vita molestias & solicitudines mortalitatis nostræ patimur, ideo addidit dicens, Non solum autem ipsi, sed & nos primitias spiritus habentes, & ipsi in nobis ingemiscimus adoptionem expectãtes, redemptionem corporis nostri. Non solum ergo, inquit, ipsa quę tantũmodo creatura dicitur in hominibus qui nondum crediderunt, & ideo nondum in filiorũ dei numero constituti sunt, congemiscit & dolet: sed etiam nosmetipsi qui credimus & spiritus primitias habemus, quod spiritu adhæremus deo per fidem, & ideo non iã creatura, sed filii dei appellamur, tamen & ipsi in nobis ingemiscimus adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Hęc enim adoptio quæ iam facta est in ijs qui crediderunt, in spiritu non corpore facta est. Nõdum enim etiam corpus reformatum est in cœlestem illam mutationem, sicut spiritus iam mutatus est reconciliatione fidei ab erroribus conuersus ad deum, Ergo etiam in ijs qui crediderunt, expectatur adhuc illa manifestatio quę in corporis resurrectione prouenit: quæ pertinet ad quartum illum gradum, vbi ex toto perfecta

Ecclc.1.

Psal.4.

Gene.2.

Scimus cp omnis creatura ingemiscit, & parturit usq; adhuc Rom.8.

Roma.7.

Perfecta pax erit ī patria, & pfecta libertas, nũc ex parte seruitus & ex parte libertas. Au, ī Euag. scđm Io. trac. 41. &. 77. in Tom. 9.

cta pax erit, & requies æterna, nulla nobis ex aliqua parte corruptione existente, aut solicitante molestia.

54 Spūs adiuuat infirmitatē nr̄am, Rom.8 gd.n. oremus sicut oportet nescimus.

Quod autem ait, Similiter & spiritus adiuuat infirmitatem nostram, Quid enim oremus sicut oportet, nescimus. Manifestum est eum de spiritu sancto dicere, quod in consequentibus clarum est, ubi ait, quia secundum deum interpellat pro sanctis. Nos ergo quid oremus sicut oportet, nescimus, Duas ob res, & illud quod futurum speramus, & quo tendimus necdum apparet: & in hac ipsa uita multa possunt nobis prospera uideri quę aduersa sunt, & aduersa quæ prospera. Nam & tribulatio quando accidit seruo dei ad probationem vel emendationem, uidetur nonnunquam minus intelligentibus inutilis: sed si referatur ad illud quod dictum est, Da nobis auxilium de tribulatione, & vana salus hominis intelligitur, quia plerunque de tribulatione, nos adiuuat deus: & frustra salus optatur, quæ aliquando aduersa est, cum delectatione & amore huius vitę implicat animam. Inde est & illud, Tribulationem & dolorem inueni. Cum enim dicit, inueni: significauit vtilem, Non.n. recte gratulamur nos inuenisse, nisi quod quærebamus ergo quid oremus sicut oportet, nescimus. Deus enim nouit, & quid nobis in hac uita expediat, & quid post hanc uitam daturus sit. Sed ipse spiritus interpellat gemitibus inenarrabilibus. Gemere dicit spiritū, quod nos gemere faciat charitate concitans desiderium futuræ vitę, sicut dicit, Tentat vos dominus deus vester vt sciat si diligatis eum, id est vt scire uos faciat, Nō enim deum aliquid latet. Quod autem ait, Quos vocauit, ipsos & iustificauit, Potest mouere & quæri, vtrum omnes qui vocati sunt, iustificentur: sed alibi legimus, multi uocati, pauci autem electi, Tamen quia ipsi quoque electi vtique vocati sunt, manifestum est non iustificatos nisi vocatos: quanquam nō omnes uocatos, sed eos qui secundum propositum vocati sunt, sicuti superius dixit. Propositum autem dei accipiendum est non ipsorum: Ipse autem exponit quid sit secundum propositū, cum dicit, Quoniam quos ante prę̄sciuit & prędestinauit conformes imagines filii dei: Non enim omnes qui vocati sunt, hoc enim propositum ad præscientiam & ad prædestinationem dei pertinet: nec prædestinauit aliquem, nisi quem præscium crediturum & secuturū esse sanctorum vocationem, quos & electos dicit, Multi.n. non ueniunt cum uocati fuerint, Nemo autem venit q̄ vocatus non fuerit. Quod autem dicit, Vt sit primogenitus in multis fratribus. Satis docet aliter intelligē dum deum nostrum vnigenitum, aliter primogenitum: Nam vbi vnigenitus dicitur, fratres non habet, & naturaliter

Psal.59.

Psal.114. Multotiens tribulatio nobis utilis, idē i psa. Ps.29 i T.3 & 11.T.ho.opus. Spūs gemit, qa nos gemere facit, idē.1.de tri. c.12.i T.3.et Due.13 sup Ps.53.& 57 i T.8.& i de bono pseuerantiæ c.23.i T.3 & i 3.T.ho. opus. 55 Quos vocauit illos & iustificauit. Roma.8. Mat.22. Vocati scdm p positū iustificati sunt, & hæc ē certa vocatio, q̄ tm̄ ē electorū, q̄p i Iacob manife 56 Vt statū. ē, sit primū dixe mogenitus in multis fratribus. Quod autem dicit, Vt sit primogenitus eum a mortuis dicit, vt sit in omnibus ipse primatum tenens. Resurrectio enim mortuorum ut iam non moriatur, ante illum nulla, post illum autem multorum sanctorum est, quos fratres non confunditur appellare propter ipsam communicationem humanitatis. Quod autem dicit, Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio an angustia, an persecutio, &c. Ex superiore sententia pendet ubi ait, Si tamē cōpatimur vt & glorificemur, Existimo enim quod nō sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Ad ipsam enim hortationem omnis huius loci intentio directa est, ne illi q̄ bus loquitur persecutionibus frangerentur, si uiuerent secundum prudentiam carnis, qua temporalia bona appetuntur, & timentur temporalia mala. Quod autem ait, Certus sum enim: & non dixit, opinor: plena fide tenuit, quod nec mors vlla, nec uitę temporalis promissa, nec cętera subsequētia possunt credentem a charitate dei deiorquere. Nemo ergo separat, nec qui minatur mortem, quia qui credit in Christo, licet moriatur uiuet: Neque qui pollicetur vitam, quia ille dat uitam ęternam. Nam temporalis vitæ pollicitatio, ęternę uitæ comparatione contēnenda est. Neque angelus separat, quia licet angelus, inquit, de cœlo descendat & annunciet uobis præterquam quod accepistis, anathema sit. Neque principatus, id est contrarius, quia exuit seipsos principatus & potestates triumphans eos in semet ipso. Neque præsentia, neque futura, id est tēporalia vel quæ delectant, vel quæ premunt, vel quæ spem dant, vel quæ incutiūt timorem. Neq; virtus. Et hic virtutē contrariā oportet intelligi secundū quā dicit, Nemo valet fortis diripiet, nisi prius alligauerit fortē. Neq; altitudo neq; ꝓfundū: plerūq; enī inanis curiositas earū rerum quę inueniri nō possunt, aut frustra eriā inueniuntur siue in cœlo siue in abysso, separat a deo: nisi caritas vincat, quæ ad certa spiritaliū non vanitate rerū quæ foris sunt, sed interno volumine iuitat. Neque creatura alia, Quod duobus modis intelligi potest, Aut visibilis creatura, qa & nr̄ę animę creatura sunt, sed iuisibilis: vt hoc dixerit, quod non separet alia creatura a charitate dei, id est amor corporum, Aut certe quia nos non separat

turaliter est filius dei uerbum in principio, per quod facta sunt omnia. Secundum susceptionem autem hominis & incarnationis dispensationem, per quam nos ēt non naturaliter filios in adoptionem filiorum vocare dignatus est, primogenitus dicitur cum adiunctione fratrum. Vbi enim primus dicitur, non vtique solus, sed cōsecuturis fratribus in quo ipse prę̄cessit. Vnde & alio loco primogenitum eum a mortuis dicit, vt sit in omnibus ipse primatum tenens. Resurrectio enim mortuorum ut iam non moriatur, ante illum nulla, post illum autem multorum sanctorum est, quos fratres non confunditur appellare propter ipsam communicationem humanitatis. Quod autem dicit, Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio an angustia, an persecutio, &c. Ex superiore sententia pendet ubi ait, Si tamē cōpatimur vt & glorificemur, Existimo enim quod nō sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Ad ipsam enim hortationem omnis huius loci intentio directa est, ne illi q̄ bus loquitur persecutionibus frangerentur, si uiuerent secundum prudentiam carnis, qua temporalia bona appetuntur, & timentur temporalia mala. Quod autem ait, Certus sum enim: & non dixit, opinor: plena fide tenuit, quod nec mors vlla, nec uitę temporalis promissa, nec cętera subsequētia possunt credentem a charitate dei deiorquere. Nemo ergo separat, nec qui minatur mortem, quia qui credit in Christo, licet moriatur uiuet: Neque qui pollicetur vitam, quia ille dat uitam ęternam. Nam temporalis vitæ pollicitatio, ęternę uitæ comparatione contēnenda est. Neque angelus separat, quia licet angelus, inquit, de cœlo descendat & annunciet uobis præterquam quod accepistis, anathema sit. Neque principatus, id est contrarius, quia exuit seipsos principatus & potestates triumphans eos in semet ipso. Neque præsentia, neque futura, id est tēporalia vel quæ delectant, vel quæ premunt, vel quæ spem dant, vel quæ incutiūt timorem. Neq; virtus. Et hic virtutē contrariā oportet intelligi secundū quā dicit, Nemo valet fortis diripiet, nisi prius alligauerit fortē. Neq; altitudo neq; ꝓfundū: plerūq; enī inanis curiositas earū rerum quę inueniri nō possunt, aut frustra eriā inueniuntur siue in cœlo siue in abysso, separat a deo: nisi caritas vincat, quæ ad certa spiritaliū non vanitate rerū quæ foris sunt, sed interno volumine iuitat. Neque creatura alia, Quod duobus modis intelligi potest, Aut visibilis creatura, qa & nr̄ę animę creatura sunt, sed iuisibilis: vt hoc dixerit, quod non separet alia creatura a charitate dei, id est amor corporum, Aut certe quia nos non separat

nitus in multis fratribus. Quod autem dicit, Vt sit primogenitus eum a mortuis dicit, vt sit in omnibus ipse primatum tenens. Resurrectio enim mortuorum ut iam non moriatur, ante illum nulla, post illum autem multorum sanctorum est, quos fratres non confunditur appellare propter ipsam communicationem humanitatis. Quod autem dicit, Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio an angustia, an persecutio Ro.8 58 Certus sum enī quod neq; mors, neq; Vita Rom.8. Ioan.6. et 11. Neq; angelus. Galat.1. Neque principatus. Col.2. Neque præsentia, neq; futura. Neq; virtus. Matt.22. Neq; altitudo. neq; ꝓfundū. Neq; creatura alia separabit nos a charitate dei. Roma.8.

Col. 1. uni cāre, ut scdm p positus tū, & pri electio mogenitum. neret i de pde. & gra.7. & i de pde.san.16.i T. 7. & i.3.T.horū opusculo. 57 Quis nos separabit a charitate xpi? Tribulatio, an āgustia an persecutio Ro.8

rat alia creatura a charitate dei, ex eo quod nulla creatura est alia inter nos & deum, quæ se opponat & a cõplexu eius excludat: supra humanas enim mentes quæ rationales sunt, iam nulla creatura, sed deus est. Quod autem dicit, Quorum patres & ex quibus Christus secundum carnem; & adiecit, Qui est super omnia deus benedictus in secula: plenissima fide cõmendat quod deũ nostrum secundum susceptionem carnis filiũ hominis confitemur, & secundum æternitatem & verbũ in principio deum benedictum super omnes in secula. Huius autem confessionis Iudæi quoniam partem tenuerunt, refelluntur a domino. Nam cum eos interrogasset, cuius filium dicerent esse Christũ, Responderunt, Dauid. Hoc autem secundum carnẽ est. De diuinitate vero eius quod deus est, nihil responderunt. Ideo dominus ait eis, Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eũ dominum? Vt intelligeret hoc se cõfessos esse tm, quod Christus filius est Dauid, hoc autẽ tacuisse, quod Christus dñs ipsius Dauid. Illud enim est secundum susceptionẽ carnis, hoc secundum æternitatem diuinitatis. Quod autẽ ait, Non dum enim nascentium, neque agentiũ aliquid boni aut mali, vt secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, quia maior seruiet minori: Sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Nonnullos mouet, vt putent Apostolum Paulum abstulisse liberum voluntatis arbitrium, quo promeremur deum bono pietatis, vel malo impietatis offendimus. Dicunt enim, quod ante opera aliqua, seu bona, seu mala, duorũ necdũ nascentium deus vnũ dilexerit, & alterum odio habuerit, Sed respondemus, præscientia dei factum esse, qua nouit etiam de nondum natis, qualis quisque futurus sit. Sed ne quis dicat, Opera ergo elegit deus in eo quem dilexit, quanquam nondum erant, quod erant futura præsciebat. Quod si opera elegit, quomodo dicit Apostolus, non ex operibus sed electionem? Propterea ergo intelligendum est, opera bona per dilectionem fieri, dilectionem autem esse in nobis per donum spiritussancti, sicut idem Apostolus dicit, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctum qui datus est nobis. Non ergo quisquam gloriari debet ex operibus tanquam suis, quæ per donum dei habet, cum ipsa dilectio in eo bonũ operatur. Quid ergo elegit deus? Si enim cui vult donat spiritumsanctũ per quem dilectio operatur bonum, quomodo elegit cui donet? Si enim nullo merito, nõ est electio, æquales enĩ omnes sunt ante meritum, nec potest in rebus omnino æqualibus electio nominari, Sed quoniã spiritussanctus non datur nisi credentibus non quidem deus elegit opera quæ

59 Quorũ patres ex quibus xps secũ carnẽ q̃ est sup oĩa deus benedictus i secula, Roma.9.

Matt.22. Psal.109.

60 Cũ nec̃ boni q̃piã fecissent, nec̃ mali, vt secũdum electionẽ ꝓpositũ dei maneret, nõ ex operib. sed ex vocãte dictũ est ei, q̃a maior seruiet minori, Roma.9. Malach.1.

Rom.5. Nemo glorietur de bonis opibus q̃a ex dono dei dei habet, cum ipsa dilectio in eo bonũ operatur. Quid sunt. idẽ ifra in de gr̃a et lib.ar. ad Val.c.6.7.& 8.& i de fide & opib.14. &.15. et.16. & in psl.

ra, quæ ipse largitur, cum dat spiritũsanctum, vt per charitatem bona operemur, Sed tamen elegit fidẽ. Quapropter nisi quis credat in eum & in accipiendi voluntatẽ permaneat, non accipit donum dei, idest spiritumsanctũ per quẽ infusa charitate bonũ possit operari. Nõ ergo elegit deus opera cuiusquã in præscientia, quæ ipse daturus est, sed fidem elegit in præscientia, vt quẽ sibi crediturum esse præscirit, ipsum elegerit cui spiritũsanctum daret, ut bona operando etiam vitam æternã consequeretur. Dicit enim idem Apostolus, Idem deus qui operatur omnia: & in omnibus. Nusquã autẽ dictũ est, Deus credit oĩa in omnib. Quod ergo credimus, nostrum est: quod autẽ bonum operamur, illius est qui credentibus in se dãt spiritumsanctũ. Hoc autem exemplũ quibusdam Iudæis obiectum est, qui Christo crediderãt, & de operibus ante gratiam gloriabantur, & dicebant se Euangelii gratiã per sua bona opera præcedentia meruisse, cum bona opera in nullo esse possint, nisi qui acceperit gratiam. Est autem gratia, vt vocatio peccatoris prorogetur, cum eius merita nulla, nisi ad dãnationẽ præcesserint: Quod si vocatus vocanti secutus fuerit, quod est iam in libero arbitrio, merebitur & spiritũsanctũ per quem bona possit operari, in quo permanens, quod nihilominus est in libero arbitrio, merebitur etiã vitam æternam, quæ nulla possit labe corrumpi. Quod autem ait, Miserebor cui misertus ero, & misericordiam præstabo cui misericors fuero. Hinc ostenditur non esse iniquitatem apud deũ, quod possint dicere qui audiunt antequam nascerentur: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Miserebor, inquit, cui misertus ꝑstabo, cui misericors fuero, Primo enim misertus est nostri deus, cum peccatores essemus vt vocaret nos. Cui ergo misertus ero, inquit, vt eum vocem, miserebor adhuc eius cum crediderit, Quomodo autẽ adhuc, nisi vt det credẽti & perenti spiritumsanctum? Quo dato misericordiam præstabit cui misericors fuerit, id est, vt faciat eum misericordem quo bona possit per dilectionem operari. Nemo ergo sibi audeat tribuere quod misericorditer operatur: quia deus illi per spiritumsanctum dedit dilectionem, sine qua nemo potest esse misericors. Nõ ergo elegit deus bene operantes, sed credentes potius, vt in ipse illos faciat bene operari. Nostrum enim est credere & velle, illius autem dare credentibus & volentibus facultatem bene operãdi per spiritumsanctum, per quem charitas dei diffundit in cordibus nostris, vt nos misericordes efficiat. Quod autem ait, Igitur non volentis, neque currentis sed misericordis est dei: Non tollit liberum voluntatis arbitrium, sed non sufficere dicit velle nostrum, nisi adiuuet deus,

pſ.31.ĩ.1. Tom: horum opuſ. Hoc idẽ hr̃ ĩ de p̃dest.dei.c.5. in T.7.et in.3.T. ho.op.retractaẽ 1.retra.23.& in de p̃de.san.ca.3. in To.7. & i.3. T.hor.opuſ. 1.Cor.12. 2.ſen.diſt.28.c.ĩ ex.&.1.retra.c. 23.in.3.To.ho. opuſcul.

61 Miserebor cui misertus ero & misericordiam præstabo cui misericors fuero, Roma.9. Malach.1. Gal.5.

62 Igit nõ volẽtis, neq̃ currentis, ſ̃ miserẽtis ẽ Dei Rom.9.

misericordes non efficiendo ad bene operandum per donum spiritussanctū: ad hoc referens, quod superius dixit, Miserebor cui misertus ero, & misericordiam præstabo, cui misericors fuero. Quia necp uelle possumus: nisi uocemur: & cum post uocationem uolumus, nō sufficit uoluntas nostra, & cursus noster, nisi deus & ut res currentibus præbeat, & perducat quo vocat. Manifestum est ergo, non uolentis neque currentis, sed miserentis esse dei quod bene operamur: quanquam ibi sit etiam voluntas nostra, quæ sola nihil posset. Vnde sequitur etiam de Pharaonis supplicio testimonium, cū ait scriptura de Pharaone, Quia ad hoc te excitaui, ut ostendam in te potentiam meam, & ut annuncietur nomen meum in uniuersa terra. Sicut legimus in Exodo, Obduratum est cor Pharaonis, vt tam euidentibus signis non moueretur. Quod ergo tunc Pharao non obtemperabat præceptis dei, iam de supplicio ueniebat. Non autem quisquam potest dicere obdurationem illā cordis immerito accidisse Pharaoni, sed iudicio dei retribuentis incredulitati eius debitam pœnam. Non ergo hoc illi imputatur quod tunc nō obtemperarit, quā doquidem obdurato corde obtemperare non poterat. sed quia dignum se præbuit, cui cor obduraretur priori infidelitate. Sicut enim in ijs quos elegit deus, non opera, sed fides inchoat meritum, vt per munus dei operentur: sic & in ijs quos damnat, infidelitas & impietas inchoat pœnæ meritum, vt per ipsam pœnam etiam male operentur: sicut & superius idem dicit Apostolus, Et quoniam non probauerunt deum in notitia habere, tradidit illos deus in reprobum sensum, vt faciant quæ nō conueniunt. Quapropter ita concludit Apostolus, Ergo cuius vult miseretur, & quē vult obdurat: Cuius.n. miseretur, facit eum bonum operari, & quem obdurat, relinquit eum vt mala operetur. Sic & illa misericordia præcedeuti merito fidei tribuitur, & ista obduratio præcedenti impietati, vt & bona per donum dei operemur, & mala per supplicium: cum tamen homini non auferatur liberum uolūtatis arbitrium, siue ad credendū deo ut consequatur nos misericordia, siue ad impietatem vt consequatur nos supplicium. Qua conclusione illata, infert quæstionem tanquam a contradicente. Ait enim, Dicis itaque mihi: Quid adhuc conqueritur? Nam voluntati eius quis resistit? Cui sane quæstioni sic respondet, ut intelligamus spiritalibus uiris, etiam non secundum terrenum hominem viuentibus patere posse prima merita fidei & impietatis, quomodo deus præscīa eligat credituros, et damnet incredulos: nec illos ex operibus eligens, nec istos ex operibus damnans, sed illorum

1. Retract. 23. Et ī de pde. sanct. 3. hoc confirmat in To. 7. & in T. 3. ho. opus.

Exo. 9.

Exo. 10.

Rom. 1.

Rom. 9. Ergo cui vult misereꝛ, & quē vult indurat.

Rom. 9.

Rom. 9. Quid adhuc cō queritur? volūtati eius qs resistit.

Rom. 9.

illorum fidei prestans vt bene operentur, & istorū impietatem obdurans deserendo vt male operentur. Quoniam intellectus, vt dixi, spiritalibus patet, a carnali autem prudentia longe remotus est, sic refellit inquirentem, vt intelligat se deponere debere prius hominē luti, vt ista per spiritum inuestigare mereamur. Itaque, inquit, O homo tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quare sic me fecisti? An non habet potestatem figulus luti, ex eadem cō sperſione uas facere, aliud quidem in honorem, aliud in contumeliam? Quandiu figmentū es, inquit, & ad massam luti pertines, nondum perductus ad spiritalia, vt sis spiritalis, omnia iudicans & a nemine iudicatus, cohibeas te oportet ab huiusmodi inquisitione, & non respondeas deo. Cuius consilium quisque scire cupiens, oportet vt prius in eius amicitiam recipiatur. Quod cō tingere nisi spiritalibus non potest, iā portantibus imaginem cœlestis hominis, Iam enim, inquit, non vos dicam seruos, sed amicos: Omnia enim quæ audiui a patre meo, nota feci vobis. Quādiu itaque uas figuli es, conterendum est hoc ipsum in te prius uirga illa ferrea, de qua dictum est, Reges eos in uirga illa ferrea, tanquam uas figuli confringes eos: Vt corrupto exteriore homine, interiore innouato, possis in charitate radicatus & fundatus comprehendere latitudinem, longitudinem, altitudinem, & profundum, cognoscere etiam supereminentiam scientiæ charitatis Christi. Nunc itaque cum ex eadem consperſione deus alia uasa in honorem fecit, alia in contumeliam, non est tuum discutere, quisquis secundum eandem cōsperſionem adhuc uiuis, id est, terreno sensu carnaliter sapis. Quod autē ait, Attulit in multa patientia uasa iræ quę perfecta sunt in perditionem: Hinc satis significauit obdurationem illā cordis, quæ in Pharaone facta est, ex merito uenisse occultæ superioris impietatis: quam tamen patienter sustinuit deus, donec ad illud tempus perduceretur, quo opportune ēū vindicta, procederet, ad correctionē eorū, quos ab errore stituerat liberare & ad cultū suū pietate uocādo producere, precibus eorū gemitibus opē præbens. Quod ār ait, Quos & vocauit nos, nō solū ex Iudęis, sz ēt ex gētib. Sicut & Osee dicit, Vocabo nō plebem meā, plebē meā: &c. Totius huius disputationis, proposito ad hoc producit: qm docuit misericordiā dei eē, p bn operamur, nō tanq̄ ex operibus, Iudæi glorienť, q cū Euāgeliū pcepissent tanq̄ meritis suis id tribuēdū existimātes, nolebant gētibus dari: a qua superbia iā debent desistere, intelligentes, quoniā si non ex operibus sed misericordia dei vocamur vt credamus, & credentibus

O hō tu qs es, q respōdeas deo? Nūqd dicit figmētū ei q se finxit, quar sic me fecisti? An non hz ptātē figulus luti, ex eadem massa facer uas aliud ī honorē, aliud in cōtumeliam. Rom. 9. Ioan. 15.

Psal. 2.

Ephe. 3.

63 Attulit ī multa patiētia uasa iræ quę apparata sunt ī ītēritū. Rom. 9.

64 Quos, & vocauit nos, nō solū ex Iudęis, uerū & ex gentib. sicut & Osee dicit, vocabo populū, q meus nō erat ppm meū. Rom. 9. Osee. 2.

1. Retract. 23.

65 Esaias clamat pro Israel, si fuerit numerus filiorū Israel qua si arena maris, Osee.2 reliqꝫ saluꝫ fiēt. Ro.9. Esa.10.

tibus prestatur vt bene operemur: non est gentibus ista inuidēda misericordia, quasi preclaro merito Iudeorū, quod nullū ē. Quod aūt dicit, Esaias autē clamat pro Israel, si fuerint numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquiæ saluæ fient: ostendit quēadmodum sit dominus lapis angularis, vtrunque parietem in se iungēs. Testimonium enim Oseę Prophetæ dictum est pro gentibus, Vocabo nō plebē meā, plebē meā, et nō dilectam meā, dilectā meā: & Esaiæ testimonium dictum est pro Israel, quoniam reliquiæ saluæ fient, vt ipsi deputentur in semen Abrahæ qui crediderunt in Christum. ita concordes ambos populos facit secundum domini testimonium dicentis in Euangelio de gentibus. Habeo alias oues quæ non sunt de hoc ouili, quas oportet me adducere, & erit vnus grex & vnus pastor. Quod aūtē ait. Bona voluntas cordis mei & deprecatio fit pro illis in salutem. Hinc iam incipit de spe Iudæorū loqui, ne etiā gentes superbire audeant aduersus Iudæos. Sicut enim Iudæorum superbia refellenda erat tāquā ex operibus gloriantium, sic & gentibus occurrendum, ne tanquam Iudæis prælati superbiant. Quod autē dicit, Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo: hoc est, verbum fidei quod prædicamus: Quia si confitearis in ore tuo qꝫ dominus est Iesus, & credideris in corde tuo quia deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris: Corde enim creditur ad iustitiā, oris autem confessio fit ad salutem. Totus hic locus ad illud refertur, quod superius dixit, verbum enim consummans & breuians faciet dominus, super terrā. Remotis enim innumerabilibus, & multiplicibus sacramentis, quibus Iudaicus populus premebatur, per misericordiam dei factum est vt breuitate confessionis fidei ad salutem perueniremus. Quod autem dicit, secundum testimonium fidei Moysi, ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem irritabo vos: dicendo, gentem insipientem, exposuit quid dixerit, in non gentem: quasi quod nec gens dicenda sit quæ insipiens est. De cuius tamen fide irritandum dicit populum Iudaicum, quia illi apprehenderunt quod isti respuerunt. Vel certe in non gentem, in gentem insipientem: quia cum esset gens insipiens omnis gens idola colens, tamen gentilitatem credendo deponunt. Vnde etiā illud est, Si igitur præputium iustitias legis custodiat, nō ne præputium eius in circuncisione deputabitur? Vt sit hic sensus, Ego in emulationē vos adducam in eam gentem, quæ non gens facta est, deponēdo gentilitatem per fidē Christi, cū fuisset gens insipiēs colēdo idola. Quod autem ait, Nunquid repulit deus plebem suam? Absit: Nam & ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Beniamin:

Ioan.10.

66 Bona voluntas cordis mei, et deprecatio fit p illis in salutē. Rom.10.

67 Prope ē ỹbū i ore tuo, et i corde tuo, ỹbū fidei qđ pdicamus, qꝫ si cōfitearis i ore tuo, qꝫ dñs est Iesus, & credideris i corde tuo qꝫ deus illū suscitauit a mortuis, saluus eris: corde.n. creditur ad iustitiā, oris aūt cōfessio fit ad salutem. Roma.10.

68 Ego ad æmulationē vos adducā, i nō gētē, i gētē insipētē irritabo vos. Ro.10

69 Nunqd deus repulit plebē suam? Absit. Nā et ego Israelita sū, ex semie Abraham, de tribu Beniamin Ro.11. Roma.9.

Beniamin: Ad hoc refertur, quod superius dixit, Nō potest autem excidere verbum dei: Non enim omnes qui sunt ex Israel, hi sunt Israelitæ, neqꝫ qui sunt semē Abraham, omnes filii: sed in Isaac vocabitur tibi semē, vt de ipso scilicet populo Iudæorum illi deputentur in semen, qui domino crediderunt. De hoc item dicit superius, reliquiæ saluæ fient. Quod autem dicit, Ergo nunquid deliquerunt vt caderent? Absit: Sed illorum delicto salus gentibus est. Non ideo dicit, quia non ceciderunt, sed quia casus ipsorum non fuit inanis, quoniam ad salutem gentiū, pfecit. Nō ergo ita deliquerūt vt caderent: idest vt tātūmodo caderēt, quasi ad pœnā suā solū, sed ut hoc ipsum qđ ceciderūt, pdesset gentibus ad salutē. Deinde incipit ex hoc loco Iudæorū populum cōmendare, de ipso casu infidelitatis, vt non superbiant gentes, qui etiam casus Iudæorum tam pręciosus extitit pro salute gentium: sed magis debent cauere gentes ne dum superbiunt similiter cadant. Quod autem dixit, Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc faciens, carbones ignis cōgeres super caput eius: Multis videri potest repugnare illi sententiæ, qua dominus præcepit, vt diligamus inimicos nostros, & oremus pro iis qui nos persequuntur: vel huic etiam, quam idem Apostolus superius dixit, Benedicite persequentes vos: benedicite & nolite maledicere: Et iterum, Nulli malum pro malo reddentes. Quomodo enim quisque diligit eū cui propterea cibum & potum dat, vt carbones ignis cō gerat super caput eius, si carbones ignis hoc loco aliquem grauem pœnam significant? Quapropter intelligendum est ad hoc dictum esse, vt eum qui nos læserit, nuocemus ad pœnitētiā facti, suis cū ei nos bene faciamus. Isti. n. carbones ignis ad exustionē, id est, contribu lationem, spiritus valent, qui est quasi caput animæ, in sūt urētes pœ- qua exuritur omnis malitia, cū homo in melius per pœnitētiæ gemitus nitentiam commutatur: vt sunt illi carbones, de quibus i. 3. de doct. chr. dicitur in Psalmis, Quid detur tibi, & quid apponatur c. 16. in To. 3. et tibi ad linguam dolosam? Sagittę potentis acutę cū car- i. 1. T. ho. opus. bonibus vastatoribus. Quod autem ait, Omnis ani- Psal. 119. ma potestatibus sublimioribus subdita sit: Non est enim 72 Ois anima potestas nisi a deo: Rectissime admonet ne quis ex eo potestatibus sub quod a domino suo in libertatē vocatus est, factus Chri limioribus subius vitæ itinere seruandum esse ordinem suum, vt pote- potestas nisi a statibus sublimioribus quibus pro tempore rerum tem deo, Ro. 13. poralium gubernatio tradita est, existimet non se esse Pro ista obedi subdendum: Cum enim constemus ex anima & corpo- tia vide Au. i de re, quandiu in hac vita temporali sumus, etiam rebus ỹb. dñi in Bus. temporalibus ad subsidium degendæ huius vitæ vta- secm Mat. ser. 6.

mur,

qđ deus maior parẽtib. principibus, et patria, nã si parẽtes cõtra patriã iubẽt, nõ sũt audiẽdi, et si pria, vł prĩci- pes contra deũ, nõ sũt audiẽdi, nã si aliqđ pcõsul iubeat, et aliđ iubeat imator, i patori ẽ obediẽ dũ, ergo si alicui

Qñ obedimus poteſtati, deo obſeqũ exhibemus.

recte: cole ida, prohibet ꝺus, nã minaꝛ, ideo non obedio tibi, ſed deo.

73 Vis nõ timere poteſtatẽ? bonũ fac et habebis laudẽ ex ea.

74 Ideoque neceſſitati ſubditi eſtote. Rom.13.

Non ſolũ ꝓpter irã ſꝫ et ꝓp ſciẽtiam Ro.13.

1. Tim. 2.

mur, oportet nos ex ea parte quæ ad hanc vitam pertinet ſubditos eſſe poteſtatibus, id eſt, hominibus res humanas cum aliquo honore adminiſtrantibus. Ex illa vero parte qua credimus deo & in regnum eius vocamur, non nos oportet eſſe ſubditos cuiquam homini, id ipſum in nobis euertere cupienti quod deus ad vitam eternam donare dignatus eſt. Si quis ergo putat quoniã Chriſtianus eſt, non ſibi eſſe vectigal reddendum, aut tributum, aut non eſſe exibendum honorem debitum eis qui hæc curant poteſtatibus: in magno errore verſatur. Itẽ ſi quis putat ſe eſſe ſubdendũ vt etiam in ſuam fidem hñe poteſtatẽ arbitretꝛ eũ qui rẽporalibus adminiſtrãdis aliqua ſublimitate ꝓcellit: in maiorẽ errorẽ labit. Sed modus iſte ſeruãdus eſt quẽ dñs ipſe pſcribit, vt reddamus Cęſari quę Cęſaris ſunt, et deo quæ dei ſunt. Quanquã enĩ adillud regnũ vocemur vbi nulla erit poteſtas huius modi, in hoc tamẽ itinere dũ agimus, donec ꝙueniamus ad illud ſeculum vbi ſit euacuatio omnis principatus & poteſtatis, conditionem noſtram pro ipſo rerum humanarũ ordine toleremus, nihil ſimulate facientes, & in eo ipſo non tam hominibus quam deo qui hæc iubet obtẽperantes. Quod autem ait, Vis non timere poteſtatẽ? bonum fac & habebis laudem ex ea: Poteſt mouere aliquos cum cogitauerint ab iſtis poteſtatibus perſecutionem ſe paſſos fuiſſe: Chriſtiani ergo non faciebant bonum, qui non ſolum non ſunt laudati ab iſtis poteſtatibus, ſed & pœnis affecti & necati ſunt. Conſideranda ergo ſunt ỹba Apoſtoli. Non.n.ait, Bonum fac & laudabit te poteſtas: ſed ait, Bonum fac & habebis laudem ex illa. Siue enim probet factum tuum bonum, ſiue perſequatur, laudem habebis ex illa: vel cum eam in obſequium dei lucratus fueris, vel cum eius perſecutione coronam meruerís. Hoc etiam in conſequentibus intelligitur, cum dicit, Dei enim miniſter eſt, tibi in bonum, etiam ſi ſibi in malum. Quod autem ait, Ideoque neceſſitati ſubditi eſtote: Ad hoc valet ut intelligamus quia neceſſe eſt propter hanc vitam ſubditos nos eſſe oportere, non reſiſtente ſi quid illi auferre voluerint, in quo ſibi poteſtas data eſt de temporalibus rebus: Quæ quoniam tranſeunt, ideo & iſta ſubiectio non in bonis quaſi per manſuris, ſed in neceſſariis huic tempori conſtituenda eſt. Tamen quoniam dixit. Neceſſitati ſubditi eſtote: ne quis non in egro animo & pura dilectione ſubditus fieret huiuſmodi poteſtatibus, addidit dicens, Nõ ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiã: id eſt, non ſolum ad iram euadendam, quod poteſt etiã ſimulate fieri, ſed ut ĩ tua cõſcientia certus ſis, illius dilectione te facere cui ſubditus fueris iuſſu domini tui, quomnes

omnes vult ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Et hoc enim cum diceret Apoſtolus de ipſis poteſtatibus aiebat. Hoc eſt, quod ſeruis alio loco ſua det. Non ad oculum ſeruientes quaſi hominibus placen Ephe.6.
75 Qui.n. diligit proximũ legẽ ĩplet. Ro.13.
dit conſummationem legis in dilectione poſitam, id eſt in charitate. Vnde & dominus in illis duobus præceptis totam legem pendere dicit, & omnes Prophetas, id eſt in dilectione dei & proximi. Vnde & ipſe qui legem venit implere, dilectionem donauit per ſpiritum ſanctũ, vt quod antea timor implere non poterat, charitas poſt modum impleret. Inde eſt & illud eiuſdem Apoſtoli, Ple- nitudo autem legis charitas. Et illud, finis autem præcepti eſt, charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Quod autem ait, Et hoc ſcientes tempus quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere: Illuc ſpectat qđ dictum eſt, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Tempus enim Euangelii ſignificatur, & illa opportunitas ſaluos faciendi credentes in deum. Roma.12.
76 Et hoc ſcientes tẽpus ꝙ ẽ iam nos de ſomno ſurgere. Rom.13.
Quod autem ait, Carnis prouidentiam ne feceritis in concupiſcentiis: Oſtẽdit nõ eſſe culpandam carnis prouidẽtiã ne fieri- dentiam, quando ea prouidentur quæ ad neceſſitatem tis in cõcupiſcẽ ſalutis corporalis valent. Si autem ad ſuperfluas delecta- tiones atque luxurias, vt quiſque in his gaudeat quæ carne cupit, recte reprehenditur, quia prouidentiam carnis in concupiſcentiis facit. Quoniã qui ſeminat in carne ſua, de carne meret corruptionem: id eſt, qui delectatur in ſatisfactionibus carnalibus gaudet. Quod autem dicit, Infirmum autem in fide recipite, non in diiudicationibus cogitationum: Hoc dicit, vt eum qui infirmus in fide eſt cogitationũ recipiamus, & noſtra firmitate infirmitatẽ eius ſuſtinea- mus, nec ꝓ diiudicemus cogitatiões eius: id eſt, quaſi ferre audeamus ſententiam de alieno corde, quod non videmus. Ideo ſequitur & dicit, Et alius quidem credit manducare omnia: Qui autem infirmus eſt, olus manducet: Quia illo tempore multi iam firmi in fide, & ſcientes ſe oĩa, q aũt infirmum ſecundum ſententiam domini, quod non maculant ea quę in os intrant, ſed quę ex eunt, indifferenter ſumebãt cibos ſalua cõſcieẽtia: Quidã ỹo infirmiores abſtinebãt a carnibus et vino, ne vel neſciẽtes inciderẽt ĩ ea q̃ idolis ſacrificabanꝫ. Ois enĩ tũc ĩmolatitia caro in macello venũdabaꝫ, et de primitiis vini libabant gentes ſimulachris ſuis, et quędã in ipſis torcularibus ſacrificia faciebãt. Iubet ergo Apoſtolus et his q ſaluabãtur nõ ſpernerẽ infirmitatẽ illoꝝ q ſe a talibus cibis et potu abſtinebãt. Et illis infirmis, ne eos q carnibus
77 Carnis ꝓuidentiam ne feceritis in concupiſcentiis. Rom.13.
78 Infirmũ in fide recipite non in diiudicationibus cogitationũ. Rom.14.
79 Et aliquis quidẽ credit manducare omnia: Qui autem infirmus eſt olus manducet. Rom.14.

nibus vescebantur & vinum bibebant, tanquam polluti iudicarent. Ad hoc valet, quod consequenter dicit, Qui manducat, nō manducantē nō spernat: & qui non māducat māducātē nō iudicet. Firmi enim infirmiores contumaciter contemnebant, & infirmi firmos temere iudicabant. Quod autem dicit, Tu quis es qui iudicas alienū seruū? ad hoc dicit, vt in his rebus, quę possunt & bono animo fieri & malo, iudiciū deo dimittamus, nec audeamus de alterius corde, quod non videmus ferre sententiam: In his enim rebus quę ita comprehendūtur, vt eas bono & casto animo non posse fieri manifestum sit, non improbatur si iudicemus. Itaque hoc quod de cibis dicit, quia ignoratur quo animo fiat, non vult nos esse iudices, sed deū. De illo autem nefario stupro, vbi vxorem patris sui quidam habuit, præcepit debere iudicari. Non enim poterat ille dicere, bono animo se tāmmane flagitium commisse. Ergo quæcunque facta ita manifestantur, vt non possit dicere, Bono animo feci, iudicanda sunt a nobis: quęcunq; autem ita fiunt, vt quo animo fiant incertum sit, non sunt iudicanda, sed seruanda iudicio dei: sicut scriptum est, Quę occulta sunt, deo: quæ autem palam sunt, vobis & filijs vestris. Quod autem ait, Alius quidē iudicat alternos dies, alius autem iudicat omnem diem, Sequęstrata interim meliore consideratione, non de duobus hominibus mihi videtur dictum, sed de homine & deo. Qui enim alternos dies iudicat, homo est: potest enim hodie aliud, cras aliud iudicare: id est, vt quem hodie malum conuictum cōfessumque damnauerit, cras bonum inueniat & correctum: vel contra, cum aliquem iustum hodie laudauerit, cras inueniat deprauatum. Qui autem iudicat omnem diem, deus est, quia non solum qualis quisque sit, sed etiam qualis omni die futurus sit, nouit. Vnusquisque in suo intellectu abundet, inquit, id est, quantum humano intellectui, vel vnicuique homini concessum est, tantū audeat iudicare. Qui sapit, inquit, diem, hoc dño sapit: id est, quia, ip sum ad præsentem diem bene iudicat, domino sapit. Hoc est autem bene iudicare ad diem, vt noueris non esse de correctione eius desperandum in futurum, de cuius culpa manifesta in præsentia iudicaueris. Quod autē ait, Beatus q̄ nō iudicat semetipsum in quo ꝓbat: ad id potissimū referendum est, quod superius dixit, Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Hoc est etiam q̄ nunc ait ante istam sententiam: Tu fidem quam habes penes temetipsum, habe coram deo: Vt quomodo bona est hęc fides, qua credimus omnia munda mundis, & in ea fide nos probamus, bene vtamur ipso bono nostro: ne forte cū ad offendiculum infirmorum fratrum eo bono abusi

fuerimus

79 Tu q̄s es qui iudicas alienum seruū? Rom. 14.

1. Cor. 5.

Facta q̄ ita fiūt, q̄d nobis icerū manifestantur, vt non possit dicere, Bono animo feci, iudicanda sunt a nobis: quę q̄ ꝙ aīo fiāt nō sūt a nobis iudicāda, q̄ ꝙ o nō possunt excusari q̄ quæ autem palam sunt, vobis & filijs vestris. Quod autem ait, Alius quidē iudicat alternos dies, alius autem iudicat omnem diem, Sequęstrata interim meliore consideratione, non de duobus hominibus mihi videtur dictum, sed de homine & deo. Qui enim alternos dies iudicat, homo est: potest enim hodie aliud, cras aliud iudicare: id est, vt quem hodie malum conuictum cōfessumque damnauerit, cras bonum inueniat & correctum: vel contra, cum aliquem iustum hodie laudauerit, cras inueniat deprauatum. Qui autem iudicat omnem diem, deus est, quia non solum qualis quisque sit, sed etiam qualis omni die futurus sit, nouit. Vnusquisque in suo intellectu abundet, inquit, id est, quantum humano intellectui, vel vnicuique homini concessum est, tantū audeat iudicare. Qui sapit, inquit, diem, hoc dño sapit: id est, quia, ip sum ad præsentem diem bene iudicat, domino sapit. Hoc est autem bene iudicare ad diem, vt noueris non esse de correctione eius desperandum in futurum, de cuius culpa manifesta in præsentia iudicaueris. Quod autē ait, Beatus q̄ nō iudicat semetipsum in quo ꝓbat: ad id potissimū referendum est, quod superius dixit, Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Hoc est etiam q̄ nunc ait ante istam sententiam: Tu fidem quam habes penes temetipsum, habe coram deo: Vt quomodo bona est hęc fides, qua credimus omnia munda mundis, & in ea fide nos probamus, bene vtamur ipso bono nostro: ne forte cū ad offendiculum infirmorum fratrum eo bono abusi

So Vnusquisq; in suo intellectu abūdet Rom. 14.

Qui sapit diē domino sapit. Rom. 14.

81 Beatus q̄ nō iudicat semetipsum in quo ꝓbat, Rom. 14.

fuerimus, peccemus in fratres, & in eoipso bono nos iudicemus cū scādalizamus infirmos, in quo bono nos ꝓbamus, cum ipsa fides nobis placet. Quod autem ait, Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem dei ad cōfirmandas promissiones patrum, gentes super misericordia glorificare deum. Ad hoc dicit, vt intelligant gentes, dominum Christum ad Iudæos esse missum, & non superbiant. Iudęis enim repellentibus quod ad ipsos missum est, factum est vt gentibus Euangelium prædicaretur, quod & in actibus Apostolorum manifeste scribitur, cum dicunt Apostoli Iudæis. Vobis primum oportuit prædicari verbum, sed quoniam indignos vos iudicastis, ecce conuertimus nos ad gentes. Secundum ipsa etiam domini testimonia, cum dicit, Nō sum missus nisi ad oues perditas domus Israel. Et iterū, Non est bonum panem filiorum mittere canibus. Quod gentes si bene considerent, intelligant ista fide qua iam credunt, omnia munda mundis, non se debere insultare his si qui forte infirmi ex circuncisione fuerint, qui propter communicationem idolorum nullas omnino audeant carnes attingere. Quod autem dicit, Vt ministrem Christo Iesu in gentibus consecrans Euangelium dei, vt fiat oblatio gentium acceptabilis, sanctificata in spiritusancto. Hoc intelligitur, ut offerantur gentes deo tanquam acceptabile sacrificium, cum in Christum credentes per Euangelium sanctificantur: sicut & superius dicit, Obsecro itaq; vos fratres per misericordiam dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuam, sanctam, deo placentem. Quod autem ait, Obsecro vos fratres, vt intendatis in eos qui dissensiones & scandala, præter doctrinam quam vos didicistis, faciunt. De his intelligitur dicere, quibus ad Timotheum scripsit dicens, Sicut rogaui te vt sustineres me cum irem in Macedoniam, vt denunciares quibusdam ne aliter docerent, neque intenderent fabulis & genealogiis interminatis, quæ quęstiones magis præstant quam ædificationem, quę est in fide. Et ad Titum: Sunt enim multi non subditi, vaniloqui & mente seductores qui maxime ex circuncisione sunt, quos oportet refelli, qui vniuersas domos subuertunt docētes quæ non oportet, turpis lucri gratia: Dixit quidā ex ipsis proprius eorū Propheta, Cretenses semper mendaces, malæ bestię ventres pigri. Ad hoc enim refertur quod & hic ait, Hi enim Christo domino non seruiunt, sed suo ventri: De quibus alio loco dicit, Quorum deus venter est,

82 Xpm Iesum ministrū fuisse circūcisiōis ꝓ veritatē dei ad cōfirmādas promissiones patrū, Act. 13 gētes su ꝓ miseri cordia glorifica re deū. Ro. 15. Matth. 13.

83 Vt ministrē xpo Iesu i gentibus cōsecrans Euan. dei, vt fiat oblatio gētiū acceptabilis in spiritusancto. Roma. 15.

84 Obsecro uos fratres vt itēdatis i eos q̄ dissēsionē & scādala ꝓter doctrinam quā didicistis faciūt cap. 16, Tit. 1.

1. Ti. 1

D. AVRELII AVGVSTINI IN LIBRVM EXPOSITIONIS EPI. STOLAE PAVLI ad Galatas, PRAEFATIO.

Cã, quare Paulus ad Gal. scribit.



CAVSA, propter quam scribit Apostolus ad Galatas hæc est, vt intelligant gratiam dei id secum agere, vt sub lege iam non sint. Cum enim prædicata eis esset Euangelij gratia, non defuerunt quidam ex circuncisione, quanuis Christiani nomine, nõdum tamen tenentes ipsum gratiæ beneficium, & adhuc volentes esse sub oneribus legis quæ dominus deus imposuerat, non iustitiæ seruientibus, sed peccato, iustam scilicet legem iniustis hominibus dando ad demonstranda peccata eorum, non auferenda: Nõ enim aufert peccata nisi gratia fidei, quæ per dilectionem operatur. Sub hac ergo gratia iam Galatas constitutos illi volebant constituere sub oneribus legis, asseuerantes nihil eis prodesse Euangelium nisi circunciderentur, & cæteras carnales iudaici ritus obseruationes subirent. Et ideo Paulum Apostolum suspectũ habere cœperant, a quo illis Euangelium prædicatum erat, tanquam non tenentem disciplinam cæterorũ Apostolorum, qui gentes cogebant Iudaizare. Cesserat enim talium hominum scandalis Apostolus Petrus & in simulationem ductus erat, tanquam & ipse hoc sentiret, nihil prodesse gentibus Euangelium, nisi onera legis implerent: A qua simulatione idem Apostolus Paulus eum reuocat, sicut in hac ipsa epistola docet. Talis quidem quæstio est & in epistola ad Romanos: Veruntamen videtur aliquid interesse, ꝙ ibi contentionem ipsam dirimit, litemq; componit, quę inter eos qui ex Iudæis & eos qui ex gentibus crediderant orta erat: Cum illi tanquam ex meritis operum legis sibi redditum Euangelij præmium arbitrarentur, quod præmium incircuncisis tanquam immeritis nolebant dari, illi contra iudęis sese præferre gestirent, tanquã interfectorib. domini. In hac vero epistola ad eos scribit, qui iam commoti erant auctoritate illorũ qui ex Iudæis erant, & ad obseruatiõem legis cogebãt: cœperãt enim eis credere, tanquã Paulus Apostolus non vera prædicasset ꝙ eos circũcidi noluisset. Et ideo sic cœpit: Miror ꝙ tã cito trãsferimini, ab eo qui vos vocauit in gloriam Christi, in aliud Euangeliũ. Hoc ergo exordio causæ quæstionẽ breuiter insinuauit, quanquam & in ipsa salutatione, cũ dicit se Apostolum, nõ ab hominibus neque per hominem, qđ in nulla alia epistola dixisse inuenitur, satis ostendit & illos qui talia persuadebant nõ esse a deo, sed ab hominibus, & cęteris Apostolis, quantum ad authoritatẽ testimonij Euãgelici pertinet, imparẽ haberi non oportere: quandoquidẽ non ab hominibus neque per hominẽ, sed per Iesum Christũ & deum patrem se Apostolum nouerit. Singula igitur ab ipso epistolæ vestibulo, permittente domino & adiuuante studium nostrum, sic conliderãda & tractanda suscepimus. Paulus Apostolus non ab hominibus neq; per hominem, sed per Iesum Christum & deum patrem qui suscitauit illum a mortuis, & qui mecũ sunt omnes fratres, ecclesiis Galatiæ. Qui ab hominibus mittitur mendax est, qui per hominem mittitur potest esse verax, quia & deus verax potest per hominẽ mittere. Qui ergo neque ab hominibus, neq; per hominem, sed per deum mittitur, ab illo verax est, qui etiam per hominem missos veraces facit. Priores ergo Apostoli veraces, qui non ab hominibus, sed a deo per hominem missi sunt, per Iesum Christum scilicet adhuc mortalem. Verax etiam nouissimus Apostolus, qui per Iesum Christum totum iam deum post resurrectionẽ eius missus est. Priores sunt cętert Apostoli per Christũ adhuc ex parte hominem, id est mortalem: Nouissimus est Paulus Apostolus per Christum iam totũ deũ, id est, omni ex parte immortalem. Sit ergo testimonii eius æqualis autoritas, in cuius honorẽ implet clarificatio domini, si quid habebat ordo temporis minus. Ideo enim cũ dixisset, Et deum patrem: addidit, Qui suscitauit illum a mortuis: vt etiam ex hoc modo breuiter iam clarificato missum se esse commemoraret. Gratia vobis & pax a deo patre & domino Iesu Christo. Gratia dei est qua nobis donantur peccata vt reconciliemur deo, pax autem qua reconciliamur deo. Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eximeret nos de presenti seculo maligno. Seculum præsens malignũ, propter malignos homines qui in eo sunt intelligẽdũ est: sicut dicimus etiã malignam domũ: propter malignos inhabitantes in ea. Secũdũ voluntatẽ dei & patris nostri, cui est gloria in secula seculorũ, Amẽ. Quãto igit magis hoies nõ debẽt arrogãter ad seipsos referre si qd opant boni, qñ & ipse dei filius in Euãgelio, nõ gloriã suã se quærere dicit, neq; volũtatẽ suã venisse facere, sed volũtatẽ eius qui eũ misit.

Lex demõstrabat pcã, & nõ auferebat, idẽ i de gra. & lib. arb. ad Val. 16. infra i. ist. 2. T. opus. & i de spi. & lit. 29. et. 30. & 31. in. T. 3. & i. 3. To. ho. opu.

Gal. 2

Hoc idẽ i princ expos. epis. ad Ro. inchoa. & i præmium arbitrarentur, quod prãmium incircuncisis prin. exp. quarũ dã ꝓpõnũ. epi. ad Ro. in. T. 4. & in prin. huius 2. Tom. opu.

Expositio capituli primi.

Discrimẽ itermitti ab hoibus per hominẽ & a deo.

1. Retrac. c. 24.

2. Cor. 1. Ephe. 1.

1. Retrac. c. 24.

cra nobis donãtur pcã, pace dõ reconciliamur idẽ i pricipio ex posit. ichoatę in Epist. ad Ro. in T. 4. & i pn. hu ius. 2. Tom. op. & i pf. 1. Pe. 1. Ioan. 3 psa. 31. et i exp. psal. i T. 8. & i fine. 1. To mi hoꝝ opuscu.

Gal.1.

fit. Quam voluntatem gloriamque patris nunc comme morauit Apostolus, vt ipse quoq; domini exemplo, a quo missus est, non se quærere gloriã suam significaret, nec facere voluntatem suam in prædicatione Euãgelii: sicut paulo post dicit, Si hominibus placerem, Christi seruus nõ essem. Miror q; sic tã cito transferimini, ab eo qui vos vocauit in gloriam Christi, in aliud Euangeliũ, quod non est aliud, Euangelium enim si aliud est præter id quod siue per se siue per aliquem dominus dedit, iam nec Euangelium recte dici potest. Vigilanter autem cũ dixisset, trãsferimini ab eo qui vos vocauit in gloriam Christi: quam volebant illi euacuare, quasi frustra venerit Christus si iam circuncisio carnis atque huius modi opera legis tantum valebant, vt per illa homines salui fierent. Nisi aliqui sunt conturbantes vos & volentes conuertere Euangelium Christi. Non quemadmodũ istos conturbant, ita etiam conuertunt Euãgelium Christi, quia manet firmtissimum: sed tamen conuertere volũt qui ab spiritalibus ad carnalia reuocãt intentionem credentium: Illis enim ad ista conuersis, manet Euangelium non conuersum. Et ideo cum dixisset, cõturbantes vos: non dixit, & conuertentes: sed, volentes, inquit, cõuertere Euangelium Christi. Sed licet si nos, aut angelus de cœlo vobis euangelizauerit, præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Veritas propter seipsam diligenda est, non propter hominẽ, aut propter angelum per quem annunciatur. Qui enim propter annũciatores diligit eam, potest etiam mendacia diligere, si qua forte ipsi sua protulerint. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico, si quis vobis euangelizauerit, præterquam quod accepistis, anathema sit. Aut præsens hoc prædixerat, aut quia iterauit quod dixit, propterea voluit dicere, sicut prædixtmus. Tamen ipsa iteratio salubertime intentionem mouet ad firmitatẽ retinendi eam quę sic commendatur fidem. Modo ergo hominibus sua deo, an deo? Aut quęro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerent, Christi seruus non essem. Nemo deo suadere potest, quia manifesta sunt illi omnia: sed hominibus ille bene suadet, qui non se illis placere vult, sed ipsam quam suadet veritatem. Qui.n. placet hominibus non ab ipsis suã gloriam quærens, sed dei vt salui fiant, non iam hominibus, sed deo placet: aut certe iam cum & deo placet simul & hominibus, non vtique hominibus placet: Aliud est enim placere hominibus, aliud & deo & hominibus. Item qui hominibus propter veritatẽ placet: nõ ipse illis, sed veritas placet: placere autẽ dixit quantum in seipso est, quantum ad eius voluntatem attinet; ac si diceret, placere vellem. Non enim si hoc eo non

Si ꝙs aliud ꝓdicauerit anathema sit. i. contrariũ, & nõ de addition cũ debita cõformitate Euã. vt habes a Magistro sen. I. 1. dist. 11. cap. nos autẽ. et lib. 17. cõtra faustũ cap. 3. i 1. To. 6.

Veritas ꝓp seipsam diligẽda, & seipsam diligenda, non ꝓp hominẽ vel angelum.

Aliud hoĩbus, et aliud ꝺo & hominibus placeꝛ.

eo non agente placeat alicui, quasi propter seipsum & non propter deum atque Euãgelium quod annunciat, superbię ipsius potius, quã errori eius cui peruerse placet, tribuendum est. Iste itaque sensus est, Modo ergo hominibus suadeo, an deo? Aut qa hominibus suadẽdo quęro hominibus placere: si adhuc hominibus quęrerẽ placere, Christi seruus non essem. Iubet enim ille seruis suis, vt discãt ab eo mites esse & humiles corde: Quod nullo modo potest, qui propter seipsum: idest propter suam quasi priuatam & propriam gloriam placere hominibus quęrit. Dicit autem & alibi: Hominibus suademus, deo autem manifesti sumus: vt intelligas quod hic ait, Hominibus suadeo, an deo? non utique deo, sed hominibus suadendum. Non ergo moueat, quod alibi dixit, Sicut & ego omnibus per omnia placeo. Addidit enim, Non quærens quod mihi prodest, sed quod multis, vt salui fiãt. Nulli autem prodest, vt saluus fiat, si homo ei propter seipsum placeat: Qui non placet utiliter, nisi cum propter deum placet: id est, vt deus placeat & glorificetur, cum dona eius attenduntur in homine, aut per ministerium hominis accipiuntur. Cum autem sic homo placet, non iam homo, sed deus placet: Vtrunque ergo recte dici potest, & ego placeo, & non ego placeo. Si enim assit bonus intellector, piusque pulsator, patebit vtrunque, & nulla inter se repugnantia repellet intrantem. Notum enim vobis facio fratres Euangelium, quod euangelizatum est a me, quia non est secundum hominem: Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Euangelium quod secundum hominem est, mendacium est: Omnis enim homo mendax: quia quicquid veritatis inuenitur in homine, nõ est ab homine, sed a deo per hominem. Ideo iam quod secundum hominem est, nec Euangelium dicendum est: quale illi afferebant qui in seruitutem ex libertate attrahebant eos quos deus ex seruitute libertatem uocabat. Audistis enim cõuersationem meam aliquando in Iudaismo, quia supramodum persequebar ecclesiam dei, & vastabam illam, & proficiebam in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum. Si persequendo & vastando ecclesiam dei proficiebat in Iudaismo, apparet contrarium esse Iudaismum ecclesiæ dei, non per illam spiritalem legem quam acceperunt Iudęi, sed per carnalem cõuersationem seruitutis ipsorum. Et si æmulator, id est, imitator paternarum suarum traditionum, persequebatur Paulus ecclesiam dei, paternę ipsius traditiones contrariæ sunt ecclesię dei. Non autem legis il

Pſal.115. Quõ hõ vt homo mẽdax i tra. 1. Euã. secundũ Ioan. in Tom. 9. Act. 9. Rom. 7.

lius culpa est; Lex.n. spiritalis est, nec carnaliter se cogit intelligi: sed illorum vitium est, qui & illa quę acceperunt, carnaliter sentiunt, & multa ēt sua tradiderūt, dissoluētes, sicut dominus dicit, mandatum dei propter
Mat.15. traditiones suas. Cum autem placuit deo, qui me segregauit de ventre matris meæ, & vocauit per gratiā suā, reuelare filium suum in me, vt annunciarem eum in gētibus, continuo non acquieui carni & sanguini. Segregatur quodammodo de ventre matris, quisquis a carnalium parentum cōsuetudine cæca separatur: Acquiescit autem carni & sanguini, quisquis carnalibus propinquis & consanguineis suis carnaliter suadentibus assentitur. Neque ueni in Hierosolymā ad præcessores meos Apostolos, sed abij in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum, Deinde post annos tres, ascendi Hierosolymam videre Petrum, & mansi apud illum diebus quindecim. Sic cum euangelizasset Paulus in Arabia, postea uidit Petrum, non ideo vt per ipsum Petrū discerer Euangelium, nam ante eum utique vidisset, sed vt fraternam charitatem etiam corporali notitia cumularet. Alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem domini. Iacobus domini frater, vel ex
Iacobus ff dñi, vel ex filiis Ioseph d aliaꝝ uxore, vel ex cognatione Mariæ matris eius debet intelligi. filijs Ioseph de alia vxore, vel ex cognatione Mariæ matris eius debet intelligi. Quæ autem scribo vobis, ecce coram deo, quia non mentior. Qui dicit, Ecce corā deo, quia non mentior, iurat vtique: Et quid sanctius hac iurare? sed non est contra præceptum iuratio quæ a malo est, non iurantis, sed incredulitā is eius cui iura
Matt.5. re cogitur: Nam hinc intelligitur ita dominum prohibuisse a iurando, vt quantum in ipso est quisque non iuret, quod multi faciunt, in ore habentes iurationem tanquam magnum aut suaue aliquid. Nam vtique Apostolus nouerat præceptum domini, & iurauit tamē: Nō enim audiendi sunt qui has iurationes esse non putant.
1.Cor.15. Quid enim facient de illa, Quotidie morior, per gloriā vestram fratres, quam habeo in Christo Iesu domino nostro: quam Greca exemplaria manifestissimam iurationem esse conuincunt. Quantum ergo in ipso est, nō iurat Apostolus: Non enim appetit iurationem cupiditate, aut delectatione iurandi: amplius est enim quam
Matt.5. est: non, non: & ideo a malo est, sed infirmitatis aut incredulitatis eorū, q non aliter mouent ad fidē. Deinde ueni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram aūt ignotus facie ecclesiis Iudęę quę in Christo sunt: Animaduertendum,
Paulus hoībus placebat, vt in illo magnificaretur deus. nō in sola Hierosolyma iudęos in Christo credidisse, nec tā paucos fuisse, vt ecclesiis gētiū miscerent, sed tā multos vt ex illis ecclesiæ fierēt: Tantū aūt audientes erāt, qa q aliquādo nos persequebaſ, nūc euāgelizat fi

dē quā aliquādo vastabat, & in me magnificabāt deū: Hoc est q dicebat nō se placere hoībus vtiq per seipsum, sed vt in illo magnificaretur deus: Hoc est qd' eiā dñs dicit, Luceant opera vestra corā hoībus ut videāt bona facta vestra, & glorificent patrē uestrū qui in cœlis est. Deinde post annos quatuordecim iterū ascendi Hierosolymā cū Barnaba, assumpto ēt Tito: Tanq̄ testimonijs pluribus agit, cū ēt istos nominat. Ascendi aūt scdm reuelationē: Ne moueret eos quare vel tunc ascēderit quo tādiu nō ascenderat. Quapropter si ex reuelatione ascēdit, tūc proderat vt ascēderet. Et exposui illis Euangeliū quod prædico in gentibus seorsum his qui videbantur. Quod seorsum exposuit Euāgeliū eis qui eminebāt in ecclesia, cū iā illud exposuisset corā omnibus, non ideo factum est, quod aliqua falsa dixerat, vt seorsum paucioribus vera diceret, sed aliqua tacuerat, quę adhuc paruuli portare nō poterant. Quā
1.Cor.3. libus se ad Corinthios lacdicit dedisse, non escam. Falsum enim dicere nihil licet. Aliquando aūt ēt aliqd vert tacere utile ē. Perfectionē ipsius opus erat vt scirēt cæteri Apostoli: Nō enim sequebatur vt si fidelis esset, veramque & rectā teneret fidē, tā ēt Apostolus esse deberet. Illud aūt quod subiungit, Ne forte in vacuum curram aut cucurri: non ad illos cum quibus seorsum contulit Euangelium, sed ad istos quibus scribit quasi per interrogationem dictum intelligendum est: ut ex eo appareret non eum in vacuum currere aut cucurrisse, quia iam etiam attestatione cæterorum nihil ab Euangelii veritate dissentire approbatur. Sed neque Titus qui mecum erat, inquit, cum esset Grecus compulsus est circuncidi. Quanuis Titus Grecus esset, & nulla eū consuetudo aut cognatio parentum circuncidi cogeret sicut Timotheum, facile tamen etiam istum circuncidi permisisset Apostolus: Non enim tali circūcisione salutē docebat auferri: sed si in ea constitueretur spes salutis, hoc esse contra salutem ostendebat. Poterat ergo ut superfluam æquo animo tolerare, secundum sententiā quā alibi dixit, Circuncisio nihil est, & præputiū nihil
1.Cor.7. est, sed obseruatio mādatorū dei. Propter subintroductos aūt falsos fratres nō est cōpulsus Titus circūcidi, i. nō ei potuit extorqueri vt circūcideret: qa illi q sub introierūt dicit prosecutare libertatē eorū, vehementer obseruabāt & cupiebāt circūcidi Titū, vt iā circuncisionē ēt ipsius Pauli attestatione & cōsensione, tanquā saluti necessariā prædicarēt. Et sic eos, vt ait, in seruitutē redigerēt, i. sub onera legis seruilia reuocarent. Quibus se nec ad horā, i. nec ad tempus cessisse dicit subiectioni, vt veritas Euangelij permaneret ad gentes.

Mat.5. & expohēs ab Au. i de 5. hæresib. c.7. in Tom.6. Expositio capituli secundi.

1.Cor.3. Nō is falsū dicere, is verū tacer aliqñ vtile, ut si qs forte ad istā visibilē mortē nō vult hoīes, p dere, paratus eē debet verū occultare, nō falsū dicere, ut ne que mētiat, ne occidat aīa, suā p corpe alterius i expo. ps. 5. i T. 8. & 3. sen. dis. 38. c. 1. & 22 q. 2. si q̄liber, & ca. ne quis.

1.Cor.7.

Denotabant autem suspectum q̄ haberi volebant inuidi apostolum Paulum, quod aliquando persecutor Ecclesiarum fuerit: & ideo dicit, De his autem qui videntur esse aliquid, quales aliquando fuerint, nihil mea interest: Quia & qui videntur esse aliquid carnalibus hominibus videntur esse aliquid: Nam non sunt ipsi aliqd: Et si enim boni ministri dei sunt, Christus in illis est aliquid, non ipsi per se. Nam si ipsi per se essent aliquid, semper fuissent aliquid: quales aliquando fuerint: id est, quia & ipsi peccatores fuerunt, nihil sua dicit interesse. Quia deus hominis personam non accipit: id est, sine personarum acceptione omnes ad salutē uocauit, non reputans illis delicta eorum. Et ideo absentibus illis qui priores facti erant Apostoli, Paulus a domino perfectius est: vt quando cum eis contuli, nihil esset qđ perfectioni eius adderent: sed potius viderent, eundem dominum Iesum Christum, qui sine personarum acceptione saluos facit, hoc dedisse Paulo vt ministraret gētibus, quod etiam Petro dederat, vt ministraret Iudæis. Non ergo inuenti sunt i aliquo dissentire ab illo, vt cū ille se perfectum Euangelium accepisse diceret, illi negarent & aliquid uellent tanquam imperfecto addere, sed e contrario pro reprehensoribus imperfectionis, approbatores perfectionis fuerunt. Et dederunt dexteras societatis: id est, consenserunt in societatem, & paruerunt voluntati domini cōsentientes, vt Paulus & Barnabas irent ad gentes, ipsi autem in circuncisionē, quæ præputio: id est, gentibus contraria videtur. Nam etiā sic potest intelligi, quod ait, e cōtrario, vt ordo iste sit, Mihi enim qui videntur nihil apposuerunt, sed e contrario, vt nos quidem in gentes iremus, quæ sunt contrariæ circunci sioni, ipsi autem in circuncisionem, consenserunt mihi & Barnabæ: hoc est, dexteras societatis nobis dederunt. Neque in contumeliam præcessorum eius putet quis ab eo dictum. Qui videntur esse aliqd, quales aliquando fuerint, nihil mea interest. Et illi. n. tanquam spirituales viri volebant resisti carnalibus, qui putabant aliquid ipsos esse, & non potius Christum in eis, multumque gaudebant cum persuaderetur hominibus & seipsos præcessores Pauli sicut eundem Paulū ex peccatoribus iustificatos esse a domino, qui personam hominis non accipit, quia dei gloriam quærebāt, non suam. Sed quia carnales & superbi homines si qđ de uita ipsorum præterita dicitur irascuntur & in contumeliam accipiunt, ex animo suo coniciunt Apostolos. Petrus autem & Iacobus & Ioannes honoratiores in Apostolis erāt, qa ipsis tribus se in monte dominus ostendit in significatione regni sui, cū ante sex dies dixisset.

In hōis ministris xps ē aliqd & si ipsi i se, id est super To. trac. 1. & 2. i To. 9. & q sibi ali qđ tribu it ē igratus illi q præstitit: & nō p̄co, sed iudex vult dici, nā p̄co nō loquitur nisi quod audita iudice.

Act. 10 Ro. 2. Eph. 6 Col. 3. 2. Pe. 1 1. Ti. 2

xisset. Sunt hic quidam de circunstantibus qui non gustabunt mortē donec uideā t filiū hominis in regno patris sui. Nec ipsi erant columnæ, sed videbantur, Nouerat enim Paulus sapientiam ædificasse sibi domū, & nō tres columnas constituisse, sed septem: Qui numerus vel ad vnitatem ecclesiæ refertur: solet enim pro vniuerso poni, sicut in Euāgelio dictū est, Accipiet in hoc seculo septies tantum: ac si diceret, Quasi nihil habentes, sed omnia possidentes. Vnde etiam Ioannes ad septem scribit Ecclesias, quæ utique vniuersitatis ecclesiæ personā gerunt: Vel certe ad septenariam operationem spiritus sancti magis refertur septenarius numerus columnarū: sapientię & intellectus, consilii & fortitudinis, sentitur & pietatis & timoris dei, quibus operationibus domus filii dei, hoc est, Ecclesia continetur. Quod autē ait, Tātum vt pauperem memores essemus, quod et studui hoc ipsum facere. Communis cura erat oibus Apostolis de pauperibus sanctorū qui erāt in Iudea, q rerū suarū vēditarū pcia ad pedes Apostolorū posuerāt. Si ergo ad gētes missi sūt, Paulus et Barnabas, vt ecclesię gētiū quę hoc non fecerant, ministrarent oratione ipsorum eis q hoc fecerant: sicut ad Romanos dicit, Nunc autem pergam Hierusalem ministrare sanctis, placuit enim Macedoniæ & Achaię communionem aliquam facere ī pauperes sanctorum qui sunt in Hierusalem. Placuit enim illis, & debitores eorum sunt. Si enim spiritalibus eorū communicauerunt gentes, debent & in carnalibus ministrare eis. In nulla ergo simulatione Paulus lapsus erat, quia seruabatur ubique qđ congregari uidebat, siue ecclesiis gentium, siue Iudæorum, vt nusquam auferret consuetudinem, quæ seruata non impediebat ad obtinendum regnum dei: tantum admonens, ne quis in superfluis poneret spem salutis, etiam si consuetudinem in eis propter offensionem infirmorum custodire uellet. Sicut ad Corinthios dicit, Circuncisus quis uocatus est, non adducat præputiū: in p̄putio quis vocatus est, non circuncidatur. Circuncisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum dei: Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea p̄maneat. Hoc enim ad eas consuetudines vel conditiones vitæ retulit, quę nihil obsunt fidei bonisque moribus: Non enim si latro erat quisque cum vocatus est, debet in latrocinio permanere. Petrus autem cum uenisset Antiochiam obiurgatus est a Paulo, non quia conseruabat consuetudinē Iudæorū in qua natus atque educatus erat, quanquam apud gentes eam non seruaret, sed obiurgatus est, quia gentibus eam volebat imponere. Cum vidisset quosdā venisse ab Iacobo, id est Iudæa: Nam ecclesiæ Hierosolymitanæ

Mat. 16. Prouerb. 9. Mat. 19. Colūnę septem quid. Esa. 11. Act. 4. & 5. Roma. 15. 2. Cor. 9. 1. Cor. 7.

Iacobus præfuit ecclesiæ hierosolymytanæ.

lymitanæ Iacobus præfuit. Timens ergo eos qui adhuc putabant in illis obseruationibus salutem constitutam segregabat se a gentibus & simulate illis consentiebat ad imponenda gentibus illa onera seruitutis, quod in ipsius obiurgatione verbi satis apparet. Nō enim ait, Si tu cum iudeis sis gentiliter & non Iudaicæ viuis, quem admodum rursus ad consuetudinem Iudeorum reuerteris: sed quemadmodum, inquit, gentes cogis Iudaizare. Quod autem hoc ei corā omnibus dixit, necessitas coegit, vt omnes illius obiurgatione sanarentur. Non enim vtile erat errorem qui palam noceret, in secreto emendare. Huc accedit q̄ firmitas & charitas Petri cui ter a domino dictum est, Amas me? Pasce oues meas, obiurgationem talem posterioris pastoris pro salute gregis libentissime sustinebat: Nam erat obiurgatore suo ipse qui obiurgabatur mirabilior, & ad imitādum difficilior: Facilius est enim videre quid in alio corrigas, atque id vituperando vel obiurgando corrigere, quam videre quid in te corrigendum sit, libenterque corrigi, vel per teipsum nedum per alium, adde posteriorem, adde corā omnibus. Valet autem hoc ad magnum humilitas exēplum, quæ maxima est disciplina Christiana: humilitate enim conseruatur charitas. Nam nihil eam citius violat quam superbia. Et ideo dominus non ait, Tollite iugū meum & discite a me, quoniam quatriduana de sepulchris cadauera exuscito, atque omnia dæmonia de corporibus hominum morbosq̄ depello, & cætera huiusmodi: sed, Tollite, inquit, iugum meum, & discite a me quia mitis sum & humilis corde: Illa enim signa sunt rerum spiritalium, mitem autem esse & humilem charitatis conseruatio est. Res ipsę spiritales sunt, ad quas per illa ducuntur, qui oculis corporis dedti fidem inuisibilium qua iam de notis vltatisq̄ non possunt, de nouis & repentinis visibilibus querunt. Si ergo & illi qui cogebant gentes iudaizare, didicissent mites esse & humiles corde, quod a domino Petrus didicerat, salutē correcto tanto viro ad imitandum inuitarentur, nec putarent Euangelium Christi iustitiæ suę tanquam debitum redditum. Sed scientes, quoniam non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Christi Iesu vt impleat opera legis adiuuantem infirmitatem suam, non merito suo, sed gratia dei, non exigerent de gentibus carnales legis obseruationes, sed per ipsam gratiam dei, spiritalia opera legis eos implere posse cognoscerent. Quoniam ex operibus legis, cum suis viribus ea quisque tribuit, non gratiæ miserantis dei, non iustificabitur omnis caro: id est, omnis homo siue omnes carnaliter sentientes. Et ideo illi qui cum iam essent sub

Vtile non erat errorē q̄ palam noceret, in secreto emendare ob id publice paulus petrū redarguit idē contra Crescō grāmati cū lib. 2. c. 32. in Tom. 7.

Charitas violat̄ superbia & cōseruat̄ humilitate. Matth. 12. Ioan. 13. Mat. 12.

Rom. 3.

Rom. 3. Hæc authoritas exponitur ab Aug. in de gra.

sub lege Christo crediderunt, non quia iusti erant, sed vt iustificarentur, venerunt ad gratiam fidei. Peccatorum autem nomen gentibus imposuerant iudæi iam vetusta quadam superbia, tanquam ipsi iusti essent, videndo stipulam in oculo alieno, & non trabem in suo. Secundum eorum morem locutus Apostolus ait, Nos natura Iudæi & nō ex gentibus peccatores: id est, quos appellant peccatores cum sint & ipsi peccatores. Nos ergo, inquit, natura Iudæi, cum gentiles non essemus, quos nisi peccatores appellāt, tamē et nos peccatores in Christo Iesu credimus, vt iustificemur per fidē Xpi. Nō autē quererēt iustificari nisi essent peccatores. An forte ga in Christo voluerūt iustificari peccauerūt, quia si iam iusti erant, aliud quęrēdo vtiq̄ peccauerūt: sed, si ita est, inquit, ergo Christus peccati minister est. Quod vtiq̄ nō possunt dicere, quia & ipsi qui nolebāt nisi circuncisis gentibus tradi Euangeliū, in Christo credidērāt. Et ideo quod dicit, Absit: non solus, sed cū ipsis dicit. Destruxit autē superbiā gloriantē de operibus legis quę destrui & deberet & posset, ne gratia fidei videretur non necessaria, si opera legis etiā sine illa iustificari crederentur: Et ideo prævaricator est si rursus illa ædificat, dicens quod opera legis etiā sine gratia iustificant, vt Christus peccati minister inueniatur. Posset ergo illi obiici, Si enim quę destruxi hæc eadē rursus ædifico, prævaricatorem meipsum constituo, Quid ergo, ga fidē Christi oppugnabas antea, quā nunc ędificas, prævaricatorē te constituis. Sed illam non destruxit, quia destrui non potest. Hanc autē superbiam vere destruxerat, cōstanterque destruebat, ga destrui poterat: et ideo non ille prævaricator est qui rem veram cū conaretur destruere, & postea veram esse ac destrui non posse cognosceret, tenuit eā vt in ea ædificetur. Sed ille prævaricator est qui cū destruxerit rē falsam quia destrui potest, eam rursus ædificat. Mortuum autē se legi dicit vt iam sub lege non esset, sed tamen per legē, Siue quia Iudæus erat, & tanquam pedagogum legem acceperat: sicut postea manifestat, Hoc autem agitur per pedagogū, vt non sit necessarius pedagogus: sicut per vbera nutritur infans vt iam vberibus non indigeat, & per nauem peruenitur ad patriā, vt iam naui opus non sit: Siue per legem spiritaliter intellectam legi mortuus est, ne sub ea carnaliter viueret. Nam hoc modo per legem legi vt morerentur volebat, cum eis paulo post ait, Dicite mihi sub lege volentes esse, legem non legistis? Scriptum est enim, quod Abraham duos filios habuit & cætera vt per eandem legem spiritaliter intellectam morentur carnalibus obseruationibus legis. Quod autem ad-

& li. 1. ad Val. c. 10. i To. 7. & in isto 2. T. opu. Mat. 7.

Prævaricator quis.

Gal. 3.

Gal. 4.

Peccator viuit sub lege, iustus ẏo ẽ i lege. Idẽ infra i ex. c.5. hu- ius Epist. 1.Ti.1

iungit, ut deo viuam. Deo viuit qui sub deo est, legi autem qui sub lege est. Sub lege autẽ viuit inquantũ quisq; peccator est: id est, inquantũ a vetere homine nõ est mutatus sua enim vita viuit, & ideo supra illum est: quia qui eam nõ implet infra illam est. Nam iusto lex posita non est, id est imposita, vt supra illum sit: in illa enim potius quam sub illa, quia non sua vita viuit, cui coercendę lex imponitur. Vt enim sic dicam, ipsam quodammodo legem viuit qui cum dilectione iustitiæ iuste viuit, non proprio ac transitorio, sed communi ac stabili gaudens bono: Et ideo Paulo non erat lex imponenda, qui dicit, Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus. Quis ergo adeat Christo legem imponere qui viuit in Paulo? Non enim audet quis dicere Christum nõ recte viuere, vt ei coercendo lex imponenda sit. Quod autem nunc viuo, inquit, in carne, quia non posset dicere Christum adhuc mortaliter viuere; vita autem in carne mortalis est. In fide, inquit, viuo filij dei: vt etiã sic Christus viuat in credente habitando in interiore homine per fidem, vt postea per speciem impleat eum cũ absorptum fuerit mortale a vita. Vt autẽ ostenderet quod viueret in illo Christus, & quod in carne viuens in fide viuit filii dei, non meritis sui esse, sed gratiæ ipsius: Qui me, inquit, dilexit, & tradidit seipsum pro me. Pro quo vtique, nisi pro peccatore, vt eum iustificaret? Et dicit hoc qui Iudæus natus & educatus erat, abundantius æmulator exiterat paternarum suarum traditionũ. Ergo si & pro talibus se tradidit Christus, etiam ipsi peccatores erant. Non ergo meritis iustitiæ suę datum dicant, quod non opus erat iustis dari. Non enim veni vocare iustos, ait dominus, sed peccatores: ad hoc vtiq; ne sint peccatores. Si ergo Christus me dilexit & tradidit seipsum pro me, non irritam facio gratiam dei vt dicam per legem esse iustitiam: Nam si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est: id est, sine causa mortuus est, quia do per legem: id est, per opera legis quibus Iudæi confidebant, posset esse iustitia in hominibus. Gratis autem mortuum Christum nec illi dicant quos refellit: quoniam Christianos se volebant haberi. Nõ ergo recte per illa legis opera Christianos iustificari persuadebãt, qui bus recte dicit. O stulti Galatæ quis vos fascinauit? Quod non recte diceretur de his qui nunquam professi sent, sed de his qui ex professu defecissent. Ante quorũ oculos Christus iesus proscriptus est, crucifixus: hoc ẽ, quibus videntibus Christus Iesus hæreditatem suã possessionemque suam amisit: his vtique auferentibus eã, dominũque inde expellentibus, qui ex gratia fidei per quam Christus possidet gentes, ad legis opera eos qui

In bene viuẽte xp̃s viuit, qũo bñ viuẽs viuit, q̃ ẏo male viuit, de sua mala, et iniqua voluntate male viuit, sup E- uang. Ioan. 1.Cor.13 1.Co.15

tra.22 i T.9. Paulus ĩ fide xp̃i viueret nõ erat meriti sui, s3 gr̃ę dei, vt fusius posteà videri ĩ d̃ epa et li.ar. ad Val. c.5.et.6. et.7.ĩ T. 7.& ĩ isto.1. T. opuscul. Mat.6

Si ex lege iustitia Xps gratis ẽ mortuus, i. sine cã. Vide exo. huius autori. ab Aug. ĩ epist.95. i.2.T.q̃ ẽ epi.5. epis. et hr̃ ĩ isto 2.T.op. et cõtra duas Pelag.epi. li.3.c.5.ĩ T.7.et hr̃ ĩ isto.2.T.op. et in de Eccles. dog.c. 48.i To.3.et hr̃

credidérant

credidérant reuocabant, Christo auferendo possessionẽ suã: id est, eos quibus iure gratiæ fideique inhabitabat. Quod in ipsis Galatis accidisse vult videri Apostolus. Nam ad hoc pertinet, quod ait, Ante quorum oculos: Quid enim tam ante oculos eorum contigit, quã quod in ipsis contigit? Cum autem dixisset Iesus Christus pro scriptus est: addidit, crucifixus: vt hinc eos maxime moueret, cum considerarent quo pretio emerit possessionẽ quã in eis amittebat: vt parũ esset gratis eum mortuũ, quod superius dixerat, illud enim ita sonat tanquã nõ peruenerit ad possessionẽ pro qua sanguinẽ dedit. Proscriptio autẽ quę tenebatur auferetur. Sed hęc proscriptio non obest Christo, qui etiã per diuinitatẽ dominus est omnium, sed ipsi possessioni, quæ eius gratię cultura caret. Hinc iam incipit demonstrare quẽadmodum gratia fidei sufficiat ad iustificandũ sine operibus legis, ne quis diceret non se quidẽ operibus legis tantum totam hominis iustificationem tribuere, sed neque tantum gratię fidei, ex vtroq; autem perfici salutẽ. Sed hęc quęstio vt diligenter retractetur, ne quis fallatur ambiguo, scire prius debet opera legis bipertita esse: Nam partim in sacramentis, partim vero in moribus accipiũtur. Ad sacramenta pertinent, circuncisio carnis, sabbatum temporale, neomenię, sacrificia, atque omnes huiusmodi innumerę obseruationes. Ad mores autem. Non occides, non mœchaberis, non falsum testimonium dices, & talia cętera. Nunquid nam ergo Apostolus ita potest nõ curare vtrum Christianus homicida aut mœchus sit, an castus atque innocens, quemadmodum non curat vtrũ circuncisus carne an præputiatus sit? Nunc ergo de his operibus maxime tractat quę sunt in sacramentis, quan quã & illa interdum se admiscere significet. Prope finẽ autem epistolę de his speratim tractauit, quæ sunt in moribus: & illud breuiter, hoc autem diutius. Hæc enim onera potius imponi gentibus, quorum vtilitas intellectu est: nam hæc omnia exponũtur Christianis, vt quid valeant, tantum intelligant, etiam facere non cogantur: in obseruationibus autem si non intelligantur, seruitus sola est: qualis erat in populo Iudæorum, & vsque adhuc. Si autem obseruẽtur illa, & intelligantur, nõ modo nihil obsunt, sed etiam prosunt aliquid, si tempori congruant. Sicut ab ipso Moyse Prophetisque obseruata sunt, congruentibus illi populo, cui adhuc talis seruitus vtilis erat, vt sub timore custodiretur. Nihil enim tam pie terret animam quam sacramentum non intellectum: intellectum autem, gaudium pium parit, & celebratur libere, si opus est tempori: si autem nõ est opus, cum suauitate spiritali tantũmodo legitur & tractatur. Omne autem

i.1.T.ho. opus. et ĩ cõcil. Arau. can.21.ĩ.1. To. concil.

Expositio capituli tertij.

Opa legis ptim in sacramẽtis, et partim in moribus accipiãtur.

Exod.20.

Nihil tã pie terret animã, quã sacramẽtũ nõ intellectũ, intellectũ aũt gaudiũ pium parit.

Contẽplatio veritatis.

Boni mores.

Matt.19. & 22.

autẽ sacramẽtũ cum intelligitur, ad contẽplationẽ veritatis referẽ, aut ad bonos mores. Contẽplatio veritatis in solius dei dilectione fundata est: boni mores in dilectione dei & proximi, in qbus duobus p̃ceptis tota lex pender & Prophetę. Nũc igitur quẽadmodũ circũcisio carnis, &c. huiusmodi legis opera, vbi iam gratia fidei est, nõ sint necessaria, videamus. Hoc solum, inquit, volo discere a vobis, ex operibus legis spiritũ accepistis, an ex auditu fidei? Respondetur, Vtiq; ex auditu fidei. Ab Apostolo enim prędicata est eis fides, in qua prędicatione utique aduentũ & præsentiã sancti spiritus senserãt: sicut illo tẽpore in nouitate inuitationis ad fidem etiã sensibilibus miraculis p̃sentia sancti spiritus apparebat: sicut in actibus Apostolorũ legitur. Hoc autem factum erat apud Galatas, antequã isti ad eos peruertendos & circuncidendos venissent. Iste ergo sensus est, Si in illis operibus legis esset salus vestra, non vobis spiritus sanctus nisi circũcisis daretur. Deinde intulit. Sic stulti estis, vt cum spiritu cœperitis, nunc carne consumemini. Hoc est, quod superius in exordio dixerat, Nisi aliqui sunt conturbantes vos, & volẽtes conuertere Euãgeliũ Christi. Cõturbatio enim ordini contraria est. Ordo est autẽ a carnalibus ad spiritalia surgere, nõ ab spiritalibus ad carnalia cadere, sicut istis acciderat. Er hęc est Euãgelii conuersio retrorsus, quod qã bonũ nõ est, nõ est Euãgelium cum hoc annunciatur. Quod autẽ dicit, Tanta passi estis: Multa iam pro fide tolerauerant, non timore tanquam sub lege positi, sed magis in ipsis passionibus charitate timorem vicerant. Quoniã charitas dei diffusa est in cordibus eorum per spiritum sanctum, quẽ acceperant. Sine causa ergo, inquit, tanta passi estis, qui ex charitate, quæ in vobis tãta sustinuit, ad timorẽ relabi vultis. Si tamen sine causa tanta passi estis. Quod enim sine causa factũ est, dicit superfluũ, nec prodest nec nocet. Hoc vero videndũ est: ne ad pernicię valeat: non enim hoc est non surgere, quod cadere: quãuis isti nondũ cecidissent, sed iã inclinarentur vt caderent. Nã Vtiq; adhuc in eis spiritus sanctus operabatur, sicut cõsequẽter dicit, Qui ergo tribuit vobis spiritũ, & virtutes operatur in vobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei? Respõdetur, Vtiq; ex auditu fidei, sicut superius tractatũ est. Deinde adhibet exẽplũ patris Abrahã, de quo in epistola ad Romanos vberius apertiusq; disserũ est. Hoc. n. maxime in eo victoriosũ est, q̃ anteq; circũcideretur, deputata est fides eius ad iustitiã, et ad hoc rectissime refertur, quod ei dictũ ẽ, Quia benedicent in te oĩs gẽtes: imitatione vtiq; fidei eius, qua iustificatus est etiã ante sacramẽtũ circũcisionis, quod fidei signaculum

Cõturbatio ordini cõtraria ẽ.

Roma.5.

Ro.4. et ĩ de fide ad Petrũ ca. 14. et ĩ p̃f. ps. 31 hęc q̃stio ptrac. ẽ, i th fide et opi. c.14. et.15. et.16 i.1. T.ho. opus.

lũ accepit, & ante omnẽ seruitutẽ legis, quæ multo post data est. Quod autẽ ait, Quicunq;.n. ex operibus legis sunt, sub maledictio sunt legis, Sub timore vult itelligi, nõ in libertate: vt scilicet corporali p̃sentiq; vindicta vindicaret in eos, qui nõ permanerẽt oĩbus quę scripta sunt in libro legis, vt facer t ea. Huc quoq; accedebat, vt in ipsa corporũ pœna etiã maledicti ignominia formidarẽt. Ille autẽ iustificatur apud deũ, qui eũ gratis: nõ scilicet cupiditate appetẽdi aliquid ab ipso p̃ter ipsum aut timore amittẽdi. In ipso enĩ solo vera nostra beatitudo atq; perfecta est, & quoniã inuisibilis est oculis carneis, fide colitur quãdiu in hac carne viuimus: sicut supra dixit, Quod autem nunc viuo carne, in fide viuo filii dei: & ipsa est iustitia, quo pertinet quod dictum est, Quia iustus ex fide viuit. Hinc enim ostendere voluit, quia in lege nemo iustificatur: quia scriptum est iustum ex fide viuere. Quare intelligendum est in lege, quod nunc ait, in operibus legis dictum esse: & hoc istis, qui in circuncisione carnis, & talibus obseruationibus continentur: in quibus qui viuit, ita in lege est, vt iub lege viuat. Sed legem, ut dictum est, pro ipsis operibus legis nunc posuit, quod de posteribus manifestatur. Ait enim, Lex autem non ex fide, sed qui fecerit ea, viuet in illis. Non ait, qui fecerit eam, viuet in ea: vt intelligas legem in hoc loco pro ipsi operibus posita. Qui autem viuebant in his operibus, timebant vtique ne si nõ ea se cissent, lapidationem, vel crucem, vel aliquid huiusmodi paterentur. Ergo qui fecerit ea, inquit, viuet in illis: id est, habebit præmium, ne in ista morte puniatur. Non ergo apud deum, cuius fide si quis in hac uita vixerit, cum hinc excesserit, tunc eum magis habebit p̃fectissimum præmium, Non itaque ex fide viuit, quisquis præ entia quæ videntur, vel cupit vel timet. Quia fides dei ad inuisibilia pertinet, quæ post dabuntur. Nã est ista quædam in operibus legis iustitia, quando sine suo præmio relicta non est: vt qui fecerit ea, viuat ĩ eis: Vnde & ad Romanos dicit, Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non ad deum. Aliud est ergo non iustificari, aliud non iustificari apud deum: Qui omnino non iustificatur, nec illa seruat, q̃ tẽporale habẽt præmiũ, nec illa q̃ æternũ: q̃ autẽ in operibus legis iustificatur, nõ apud deũ iustificatur: quia tem poralem inde expectat uisibilẽq; mercedẽ. Sed tamẽ est etiam ista, vt dixi, quædam, vt sic dicam, terrena carnalisque iustitia, nam & ipse Apostolus eam iustitiam vocat, cum alibi dicit, Secundum iustitiam quæ in lege est conuersatus, qui fuerim sine querela. Propterea dominus Iesus Christus iam libertatem daturus credẽtibus, quędam

Ille iustificat apud deũ, q̃ illuz gratis colit, ñ. s. cupiditate appetẽdi aliqd ab ipso p̃ter ips ũ, idẽ et fusius ĩ. 2. eõciõe de ps. 30. in 1. T. ho. Gal. 2. op. et ĩ Abac. 2 ex. ps. Ro. 1. 52. & Heb. 10. 53. et Leu. 18. ĩ To. 8. et ĩ Euã. secũd ũ Io. ser. 49 ĩ T. 10 et a Beda super 3. ca. ad Roma. Idẽ in. 19. de ciuitate dei. c. 4. ĩ T. 5. et. li. 1. contra duas pelag. epist. c. 3. ĩ T. 7. et ĩ. 3, T. ho. op.

Roma. 4.

Quĩ ĩ opibus legis iustificaẽ, nõ apud deum iustificatur.

Philip. 3.

quædam earum obseruationum nõ seruauit ad literam. Vnde etiam cum sabbato esurientes discipuli spicas euellissent, respondit indignantibus, dominum esse filiũ hominis etiam sabbati. Itaque illa carnaliter non obseruãdo, carnalium conflagrauit inuidia: & suscepit quidem pœnã, ꝓposità illis, q eã nõ obseruassent, sed vt crederent ĩ se talis pœnæ timore liberaret: quo ptinet qđ adiũgit, Christus nos redemit de maledicto legis, factus, ꝓ nobis maledictũ: ga scriptũ est, Maledictus omnis q pẽdet in ligno. Quę sententia spiritaliter intelligentibus sacramentum est libertatis, carnaliter autem sentientibus, si Iudæi sunt, iugum est seruituris: si Pagani aut hæretici, velamentum est cæcitatis. Nam q̃ quidam nostri minus in scripturis eruditi, sententiam istam nimis timentes, & scripturas veteres debita pietate approbantes, non putant hoc de domino esse dictum, sed de Iuda traditore eius, Aiunt enim propterea non esse dictum, Maledictus omnis qui figitur in ligno: sed, qui pendet in ligno; quia non hic dominus significatus est, sed ille qui se laqueo suspendit. Nimis errant, nec attendunt se contra Apostolũ disputare, qui ait, Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictũ: quia scriptum est, Maledictus omnis qui pendet in ligno. Qui ergo pro nobis factus est maledictum, ipse vtique pependit in ligno: id est, Christus, qui nos liberauit a maledicto legis: vt non iam timore iustificaremur in operibus legis, sed fide apud deum: quæ non per timorem, sed per dilectionem operatur. Spiritus enim sanctus, qui hoc per Moysen dixit, vtrunq; præuidit: vt & timore visibilis pœnæ custodirent, qui nondum poterant ex inuisibilium fide viuere: & ipse timorem istum solueret suscipiendo quod timebatur, qui timore sublato donum dare poterat charitatis. Nec in hoc ꝙ maledictus est appellatus, si pendet in ligno, contumelia in dominum putãda est: ex parte quippe mortali pependit in ligno: mortalitas autẽ vnde sit, notum est credentibus. Ex pœna quippe est, & maledictio peccati primi hominis, quam dominus suscepit, & peccata nostra pertulit corpore suo per lignum. Si ergo diceretur, mors maledicta est: nemo exhorresceret. Quid autem nisi mors domini pependit in ligno, vt mortem moriendo superaret? Eadem igitur maledicta, quę victa est. Item si diceretur, peccatum maledictũ est: nemo miraretur. Quid autem pependit in ligno, nisi peccatum veteris hominis, quod dominus pro nobis in ipsa carnis mortalitate suscepit? Vnde nec erubuit nec timuit Apostolus dicere, peccatum eum fecisse pro nobis: addens, vt de peccato condemnaret peccatum. Nõ enim & vetus homo noster simul crucifigeretur, sicut Apostolus alibi dicit, nisi in illa morte domini, peccati nostri figura penderet, vt euacuaretur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato. In eius peccati & mortis figura etiam Moyses in eremo super lignum exaltauit serpentem. Persuasione quippe serpentis homo in damnationem mortis ceciderat. Itaque serpens ad significationẽ ipsius mortis, conuenienter in ligno exaltatus est: in illa enim figura mors dñi pendebat in ligno. Quis autẽ abhorreret si diceret, Maledictus serpens qui pendet in ligno? & tamen mortem carnis domini prefigurans serpens pendebat in ligno, cui sacramento ipse dominus attestatus est, dicens, Sicut exaltauit Moyses serpentem in eremo, ita & exaltari oportet filium hominis super terram. Non enim & hoc in contumeliam domini Moysen feciſſe aliquis dixerit, cum tantam in ea cruce salutem hominum esse cognoscerat, vt non ob aliud ad eius iudicium serpentem illum erigere iuberetur, nisi vt eum intuentes, qui morsi a serpentibus, morituri erant, continuo sanarentur. Nec propter aliud ille serpens æneus factus erat, nisi vt permansuræ passionis domini fidem significaret. Etiam vulgo quippe dicuntur ænea, quorũ numerus etiã, si.n. oblivi essent homines, & obliteratũ esset de memoria temporis, ꝙ Christus pro hominibus mortuus est, vere moreretur, nunc autem tanquam ænea permanet crucis fides, vt cum alij moriantur, alij nascantur, ipsam tamen sublimem permanere inueniant, quam intuendo sanentur. Non igitur mirum, si de maledicto vicit maledictũ, qui vicit de morte mortem, & de peccato peccatum, de serpente serpentẽ. Maledicta autem mors, maledictum peccatum, maledictus serpens: & hæc omnia in cruce triumphata sunt. Maledictus igitur omnis qui pendet in ligno. Quia ergo non ex operibus legis, sed ex fide iustificat Christus credentes in se, timor maledictionis crucis ablatus est: charitas benedictionis Abraę propter exemplum fidei permanet ad gentes: vt annunciationem, inquit, spiritus per fidem accipiamus: id est, vt non quod timeat in carne, sed quod spiritu diligitur, crediturus annũcietur. Vnde etiã testamenti humani mentionem facit: quod vtique multo est infirmius quam diuinum. Tamen hominis confirmatum testamentum, inquit, nemo irritum facit, aut superordinat: quia cum testatur mutat testamentum, non confirmatũ mutat: testatoris enim morte confirmatur. Quod autem mors testatoris valet ad confirmandum testamentum eius, quia consilium mutare iam non potest: hoc incommutabilitas promissionis dei valet ad cõfirmandam hereditatem Abrahę, cuius fides deputata est ad iustitiam. Et ideo semen Abrahę, cui dictæ sunt promissiones.

Matth.12.

Qđ xps ꝓ nobis factus sit maledictũ, fidelibẽ sacramẽtũ libertatis, et Iudęis iugum; serui tutis, & paganis velamẽtum Cęcitatis. Nam maledictum factus ẽ ga ꝓ nobis mortuus ẽ. cũ mors ex maledicto, hoc est ex pcõ venerit

Deu.12

cõtra faustũ manichæũ li.14.c.4. & cõtra fœlicẽ manichęũ li.2.ca.11. ĩ T.6.

13.de trin.c.14. in Tom.3.

Rom.8.

Rom.6.

Numer.21.

Figura serpẽtis ęnei a Moyse ĩ eremo erecti sup ligneã colũna. q̃ adhuc exponit ab Aug. sup Ioa.tract.12. in To.9. Ioa.30.

Maledicta mors maledictã peccatũ, et maledictus serpẽs. q oĩa xps superauit ac vicit

Deu.21. Rom.3. contra faustũ, & fœlicẽ. Vbi supra.

Heb.5. Testamentũ hominis nemo irritũ facit.

Promissio dei immutabilis.

Roma.4.

promissiones, Christum dicit Apostolus, hoc est omnes Christianos fide imitantes Abraham: quod ad singularitatem redigit, commendando q̃ non dictum est, & semi nibus: sed semini tuo: quia & vna est fides, & non possunt similiter iustificari qui viuunt ex operibus carnaliter, cũ his qui viuunt ex fide spiritaliter. Inuincibiliter autem infert, quod lex nõdum data erat: nec posset post tantos annos ita dari, vt antiquas Abrahæ promissiones irritas faceret. Si enim lex iustificat, non iustificatus Abraham, qui multum ante legem fuit. Quod quia dicere non possunt, coguntur fateri non legis operibus iustificari hominem, sed fide. Simul etiam nos cogit intelligere omnes antiquos, qui iustificati sunt, ex ipsa fide iustificatos. Quod enim non ex parte præteritum, id est primum aduentum domini: ex parte futurum, id est, secundum aduẽtum domini credendo salui efficimur: hoc totum illi, id est, vtrunque aduentum futurum credebãt reuelante sibi spiritu sancto, ut salui fierent. Vnde est etiam illud, Abraham concupiuit diem meum videre, et vidit & gauisus est. Sequitur quæstio satis necessaria. Si enim fides iustificat, & priores sancti, quia apud deũ iustificati sunt, per ipsam iustificati sunt, quod opus erat legem dari? Quam quæstionem tractandam sic intulit, interrogans, & dicens, Quid ergo? Hucusque enim interrogatio est. Deinde infertur responsio. Lex transgressionis gratia posita est, donec veniret, inquit, semẽ, cui promissum est, dispositum per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius non est, deus vero vnus est. Mediatorem Iesum Christum secundum hominem dicit, ex illa eiusdẽ Apostoli sententia sit planius, cũ ait, Vnus enim deus, vnus & mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Mediator ergo inter deum & deum esse non potest, quia vnus est deus: mediator autem vnius non est, quia inter aliquos medius est. Angeli porro, qui non lapsi sunt a conspectu dei, mediatore non opus habent, per quem reconcilientur. Item angeli qui nullo suadente spontanea prœuaricatione sic lapsi sunt, per mediatorem non reconciliantur. Restat ergo, vt qui mediatore superbo diabolo, superbia persuadente deiectus est, mediatore humili Christo humilitatem persuadente erigatur. Nam si filius dei in naturali æqualitate patris manere vellet, nec se exinaniret, formam serui accipiens, non esset mediator dei & hominum. Quia ipsa trinitas vnus deus est, eadem in tribus patre & filio & spiritu sancto deitatis æternitate & æqualitate constante. Sic itaque vnicus filius dei mediator dei & hominum factus est, cum Verbum dei deus apud deum, & maiestatem suam vsque ad humana depositi, & humilitatem humanam

Si lex iustificat, Abrãã si fuit iustificatus q̃a multo tempore fuit ante lgem.

Oẽs antiq iustificati ex fid, idẽ i d fid ad Petr ũ c.14.i.T.4.& i p̃f.psal. 31. et in exp.eiusdẽ spal. in To.8. q̃ oĩa habenẽ i 1. To. ho.opus. & sup Euã.lo.tra.41. &.45.in.To.9. 1.Retra,c.24.

1.Tim.2.

Mediator inter deũ,et deũ eẽ ñ p̃t,ꝫ iter hoĩes & deũ idẽ in.1. To.ho.op.i p̃f. psal.29.

Angeli q̃ ñ sunt lapsi mediatore opus nõ hñt. & lapsi p ipsũꝫ mediatorẽ non reẽciliantur.

manam vsque ad diuina subuexit, vt mediator esset inter deum & homines, homo per deum vltra homines: Ipse enim speciosus forma præ filijs hominum, & vnctus oleo exultationis præ participibus suis. Sanati sunt ergo ab ipietate superbię, vt reconciliarentur deo, quicunq; homines humilitatem Christi, & per reuelationem ante quam fierẽt, & post Euangelium posteaquam facta est, credendo dilexerunt, diligendo imitati sunt. Sed hæc iustitia fidei, quia non pro merito data est hominibus, sed pro misericordia & gratia dei, non erat popularis antequam dominus homo inter homines nascereturꝫ Semen autem, cui promissum est, populum significat: non illos paucissimos, qui reuelationibus ea futura cernẽtes, quãuis per eandem fidem salui fierent, populum tamen saluũ facere nõ poterãt. Qui populus sane, si per totum orbem consideretur, nam de toto orbe ecclesiam Hierusalem cœlestem cõgregat, pauci sunt, quia via angusta paucorum est: in vnũ tamen congregati, quotquot existere potuerunt, antequam Euangeliũ prędicabatur: & quotquot existere potuerunt, ex quo Euangelium prædicatur: & quotquot poterunt vsque in finem seculi per omnes gentes, adiunctis sibi etiã illis, quanuis paucissimis, qui ex fide domini fidei prophetica ante ambos aduentus eius salutem gratiæ perceperunt, implent sanctorum beatissimum ciuitatis sempiternæ statum. Superbienti ergo populo lex posita est vt quando gratiam charitatis nisi humiliatus accipere non posset, & sine hac gratia nullo modo præcepta legis impleret, transgressione humiliaretur vt quæreret gratiam, nec se suis meritis saluum fieri, quod superbum est, opinaretur: vt esset nõ in sua potestate & viribus iustus, sed in manu mediatoris iustificantis impium. Per angelos autem ministrata est omnis dispensatio veteris Testamenti, agente in eis spiritu sancto, & ipso verbo veritatis, nondum incarnato: sed nunquam ab aliqua veridica administratione recedentes. Quia per angelos dispositi est ipsa dispensatio legis, cum aliquando suam, aliquando dei personam, sicut Prophetarum mos est, agerent: perque illam legem morbos ostendentem, non auferentem etiam prœuaricationis crimine contrita est superbia. Dispositum est per angelos, sed in manu mediatoris, vt ipse liberaret a peccatis, tam per transgressionem legis coactos confiteri opus sibi esse gratiam & misericordiam domini: vt sibi peccata dimitterentur, & in noua vita per eum, qui pro se sanguinem fudisset reconciliarentur deo. In istis enim erat per transgressionem legis confringenda superbia, qui gloriantes de patre Abraham, quasi naturalem se iactabant habere iustitiã, et me

Pſal.44.

Gen.22.

Matth.7.

De superbienti ppõ legẽ dedit, q̃ sine eius gra seruaꝛ ñ posset, vt humiliareẽ, et gr̃aꝫ peteret, q̃ illã seruaꝛ posset, idẽ ab Au.ĩ de grat.& li.ar. ad val.ca.16.in To.7.et ẽ i isto 2.To.opu.& in p̃f.psal.31.in.1. To.ho.opu.& super.psal,56.in Tomo.8.

Matth.3. Roma.9.

rita

rita sua circuncisione, cæteris gentibus tanto pernicio-
sius, quanto arrogantius præferebant, Gentes autem fa-
cillime etiam sine huiusmodi legis trangressione humi-
liarentur. Homines enim nullam ex parentibus originē
iustitię se trahere præuidens simulachrorum etiam ser-
uos inuenit Euangelica gratia. Non enim, sicut istis dici
poterat, non fuisse illam iustitiam parētum eorum in co
lendis idolis, quam esse arbitrabantur: ita etiam Iudęis
Matth.3. dici poterat falsam fuisse iustitiam patris Abraham. Ita-
que illis dicit, Facite ergo fructum dignum pœnitentię:
& ne dixeritis vobis, patrem habemus Abraham: po-
Ephe.2. tens est.n.deus de lapidibus istis suscitare filios Abra-
ham. Istis autem dicitur, Propter quod memores esto-
te, quia vos aliquando gentes eratis in carne, qui dicimi
ni preputium, ab ea quæ dicitur circuncisio in carne ma
nufacta, qui eratis illo tempore sine Christo, alienati a
societate Israel, & peregrini testamentorum, & promis-
Roma.11. sionis spem non habētes, & sine deo in hoc mundo. De
nique illic in fideles de oliua sua fracti, hic autem fideles
Roma.3. de oleastro in oliuam illorum inserti esse monstrantur.
Illorum ergo erat de legis transgressione conterenda su
perbia, Sicut ad Romanos cum scripturarum verbis
peccata eorum exaggerasset. Scitis autem, inquit, quo-
niam quęcunque lex dicit, his qui in lege sunt loquitur:
vt omne os obstruatur, & reus fiat omnis mundus deo.
Roma.11. Iudæi scilicet de transgressione legis, & gentes de impie
tate sine lege. Vnde & iterum ait, Conclusit enim deus
omnia in cerdulitatem, vt omnibus misereatur. Hoc &
nunc dicit, refricans ipsam quæstionem. Lex ergo ad-
uersus promissa dei? Absit. Si enim data esset lex quæ
posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia: sed cōclu
sit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Ie
su Christi daretur credentibus. Non ergo lex data est vt
peccatum auferret, sed vt sub peccato omnia concludē
Lex nō aufere bat peccatū, sed ret. Lex enim ostendebat peccatum esse, quod illi per
oīa sub pcō cō consuetudinem cęcati, possent putare iustitiam: vt hoc
cludebat, & sic modo humiliati, cognoscerent non in sua manu esse salu
iubēdo et minā tem suam, sed in manu mediatoris. Maxime quippe hu
do, & neminem militas reuocat, vnde nos deiecit superbia. Et ipsa hu
iustificādo, iudi militas est accomodata percipiendæ gratię Christi, qui
cat fide(q̄ donū singulare humilitatis exēplum est, Ne quisquam hic tā
z ℔) iustificari imperite dixerit, Cum ergo non profuit Iudeis, quod
hoiem i ℔ spū et per angelos legem ministrante, in manu mediatoris di-
lit.9. in 3. Tom. spositi sunt? Profuit enim quantum dici non potest. Quę
horum opuscul. enim gentium ecclesię venditarum rerum suarum pre-
Act.2.&.4. cia ad pedes Apostolorum posuerunt, quod tot milia
hominum tam repente fecerunt? Nec turbæ infidelium
considerandę sunt omnis enim area multis partibus am

pliorem

pliorem habet paleam, quam frumentum. Vnde etiam
illa eiusdem Apostoli uerba ad Romanos, nisi de sancti Roma.11.
ficatione Iudæorum. Quid ergo? Nunquid repulit deus
plebem suam? Absit, nam & ego Israelita sum ex semi-
ne Abraham de tribu Beniamin. Non repulit deus ple-
bem suam quam præscuit. Cum autem laudaret præ cæ
teris ecclesiis gentium ecclesiam Thessalonicensium, si
miles eos factos ecclesiis Iudęæ, quia multa a contribu
libus suis pro fide passi erant, quomodo & illi a Iudęis.
Hinc est & illud quod paulo ante commemoraui, quod
ait ad Romanos. Si enim spiritalibus eorum communi Roma.15.
cauerunt gētes, debent & in carnalibus ministrare eis.
De ipsis ergo Iudęis etiam consequenter dicit, Prius au
tem quam veniret fides, sub lege custodiebamur, cōclu
si in eam fidem, quæ postea reuelata est. Vt enim tam p
pe inuenirentur, etiam de proximo ad deum venditis
suis rebus accederent, quod dominus eis præcepit qui Mat.19. &.22.
vellent esse perfecti, lege ipsa factum est, sub qua custo-
diebantur, concluſi in eam fidem, id est in aduentū eius
fidei, quæ postea reuelata est, cōclusio enim eorum erat
tum timor vnius dei. Et quod pręuaricatores ipsius le
gis inuenti sunt, non ad perniciem, sed ad vtilitatem ua
luit eis qui crediderunt, cognitio enim maioris ægritu-
dinis, & desiderari medicum vehementius fecit, & dilt
gi ardentius. Cui enim plurimum dimittitur, plurimū Luc.7.
diligit. Ita lex, inquit, pędagogus noster fuit in Chri-
sto, hoc est quod ait, Sub lege custodiebamur concluſi
in ea. Postea quam uenit fides, iā nō sumus sub pædago
go. Eos ergo nunc reprehendit, qui faciunt irritam gra
tiam Christi, quasi enim nondum venerit, qui vocaret
in libertatem, sic adhuc volūt esse sub pędagogo. Quod
autem filios dei dicit esse omnes per fidem, quia indue-
runt Christum, quicunque in Christo baptizati sunt, ad
hoc valet, ne gentes de se desperarent, quia non custo-
diebantur sub prędagogo, & ideo se filios non putarēt,
sed per fidem induendo Christum, omnes fiunt filii, nō
natura sicut unicus filius, qui etiam sapientia dei est:
neque præpotentia & singularitate susceptionis ad ha-
bendam naturaliter & agendam personam sapientiæ, si
cut ipse mediator, Vnum cum ipsa suscipiente sapientia
sine interpositione alicuius mediatoris effectus: sed filii
fiunt participatione sapientiæ, id præparante atq; prę-
stante mediatoris fide: quam fidei gratiam nunc indu- Gra fidei ē indu
mentum vocat, vt Christum induti sint, qui in eum cre mētū xpianorū.
diderunt: & ideo filii dei fratresque eius mediatoris esse
cti sunt. In qua fide non est distantia Iudæi neq; Græci:
non serui, neq; liberi: non masculi & fœminæ: in quan-
tum enim omnes fideles sunt, omnes unū sunt in Chri- Oēs fideles unū

sunt i xpo Iesu, ga i illo os hō unus hō, & unitas Xpianorū vnus hō i.2. expo. ps. 29. & i cōcio. 1. de ps. 30. i T. 8. q oia hñr i. 1. To. ho. opus. & sup euā. Io. trac. 26. & 27. i Tom. 9.

1. Co. 13. Rom. 8.

sto Iesu, & hoc facit fides, per quā in hac vita iuste ambulatur, quāto perfectius atq; cumulatius id speciesipsa factura est, cū videbimus facie ad faciē? Nā nūc quā uis primitias habētes spūs, q vita est, propter iustitiā fi dei, tamē quia adhuc mortuū est corpus propter peccatū, differentia ista vel gentium, vel conditionis, vel sexus iam quidem ablata est ab vnitate fidei, sed manet in conuersatione mortali, Eiusque ordinem in huius uitæ itinere seruandum esse & Apostoli precipiunt, qui etiam regulas saluberrimas tradunt, quemadmodum se cum viuant pro differentia gentis Iudæi & Græci, & p differentia conditionis domini & serui, & differentia sexus viri & vxores, vel si quæ talia cætera occurrūt.

Matt. 22. Et ipse prior dominus, qui ait, Reddite Cesari quę Cæsaris sunt, & deo quæ dei sunt. Alia sunt enim quæ seruamus in vnitate fidei sine vlla distantia: & alia in ordine vitę huius tanquam in via, ne nomen dei & doctrina blasphemetur. Et hoc non solum propter iram, vt effugiamus offensionem hominum, sed etiam propter conscientiam: vt non simulate, quasi ad oculos hominum ista faciamus: sed pura dilectionis conscientia propter deum, qui omnes homines vult saluos fieri, & in

2. Tim. 2. agnitionem veritatis venire. Omnes ergo, inquit, uos vnum estis in Christo Iesu. Et addidit, Si autem, vt hic subdistinguatur, & subaudiatur, vos vnum estis i Christo Iesu: ac deinde inferatur, Ergo Abrahæ semen estis:

Gen. 22, in isto 3. cap. vt iste sit sensus, Omnes ergo vos vnum estis in Christo Iesu. Si autem vos vnum estis in Christo Iesu, uos ergo Abrahæ semen estis. Superius enim dixerat, Non dicit & seminibus, tanquam in multis, sed tanquam in vno, & semini tuo qui est Christus. Hic ergo ostendit vnum semen Christum, non tantum ipsum mediatorem intelligendum esse, verum etiam Ecclesiam, cuius ille corporis caput est, vt omnes in Christo vnum sint, & capiant secundum promissionem hereditatem per fidē: in quam conclusus erat: id est, in cuius aduentu tanquā sub pædagogo custodiebatur populus vsque ad ætatis opportunitatē: quia in libertatē vocādi erāt, q in eodē populo scdm propositum vocati sunt: id est, qui in illa area frumentum inuenti sunt. Ad hoc enim subiungit:

Ephe. 1. Dico autem, Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt a seruo, cum sit dominus omnium: sed sub procuratoribus & actoribus est vsque ad præfinitum tempus a patre. Sic & nos cum essemus paruuli, sub elementis huius mundi eramus seruiētes. Quęri autem potest, quo modo scdm hāc similitudinē sub elementis huius mundi

Gen. 1. fuerint Iudæi, cū illis p legē, quā acceperūt, unus deus

Exo. 20. q fecit cœlū & terrā, colendus cōmendaret, Sed potest

Expositio capituli quarti.

esse alius exitus capituli huius, vt cū superius legē pædagogū fecerit, sub quo erat ille populus Iudeorū: nūc procuratores & actores dicat elementa mūdi, sub quibus seruiebant gentes: vt filius ille paruulus, id est populus propter vnā fidē ad vnū semē Abrahæ pertinens, qm & de Iudæis & de gentibus cōgregatus est: partim fuerit sub pædagogo legis, tpe pueritiæ suę. i. ex ea parte, qua de Iudæis cōgregatus est: partim sub elementis huius mūdi, quibus sdā tanquā procuratorib. & actoribus seruierit, ex ea parte, qua de gētibus cōgregatus est: vt p immiscet Apostolus personā suā, nō dicēs, cū essetis paruuli, sub elemētis huius mūdi eratis seruiētes: sed dicēs, Cū essemus paruuli, sub elemētis huius mundi eramus seruiētes: nō ptineat ad significationē Iudæorū, ex quibus Paulus originē ducit, sed magis ad gentium, hoc duntaxat loco: quoniam & eorum personę decenter se potest annectere, quibus ad euangelizandum missus est. Deinde iam dicit, Veniente plenitudine tpis, deum misisse filium suum ad liberandum paruulum hæredem, seruientem ex parte legi, tanquam pædagogo: ex parte elemētis huius mūdi, tā quā procuratorib. & actoribus: Misit deus, inquit, filium suum factum ex muliere. Mulierem pro fœmina posuit, more locutionis Hebręorū. Non enim quia de Eua dictū est, Formauit eā in mulierem: iam passa erat concubitus viri, quos non scribitur passa, nisi cū dimissi erant de paradiso. Factū aūt dixit, propter susceptionē creaturæ: quia qui nascuntur ex fœminis, non tunc ex deo nascuntur, sed tamen deus illos facit: vt sic nasci possint, vt omnis creatura. Factum autem sub lege dixit, quia & circuncisus est, & hostia pro illo legitima oblata est. Nec mirum si & illa legis opera sustinuit: ex quibus liberaret qui eis seruiliter tenebantur, qui etiam mortem sustinuit, vt ex ea liberaret eos qui mortalitate tenebantur. Vt adoptionē, inquit, filiorum recipiamus. Adoptionem propterea dicit, vt distinguę intelligamus vnicum dei filium. Nos enim beneficio & dignatione misericordiæ eius, filii dei sumus: ille natura est filius, qui hoc est qd' pr̄. Nec dixit accipiamus, sed recipiamus, vt significaret hoc nos amisisse in Adā ex quo mortales sumus, Hoc ergo qd' ait, Vt eos q sub lege erāt redimeret, & ad liberādū eū populū ptinet, qui paruulus sub pædagogo seruiebat: & referr̄ ad id qd' dixit, factū sub lege. Illud aūt qd' ait, vt adoptionē filiorum recipiamus, refertur ad id quod dixit, factum ex muliere. Hinc enim adoptionem recipimus, quod ille vnicus non dedignatus est participationem naturę nostræ, factus ex muliere, vt nō solū vnigenitus esset ubi fratres non habet, sed etiam primogenitus in multis

Act. 9. Deus in plenitudine tpis misit filiū suū ad liberādū hęredē paruulū idē i de gra noui tepsti ad honoratus ca. 3. i. 1. T. horū opu. & 2 d trin. c. 5. & 4. d trin. c. 19 i T. 3. & li. 23. cōtra faustū, c. 7. i T. 6. & i symbolo ad Cathecumenos li. 4 c. 3. i T. 9. & sup euā. Io. trac. 8. et 28. & 31 i To. 9.

Gen. 2. Eua nō ē passa cōcubitus viri nisi post quā dimissi sunt de paradiso.

Quo ad optiōe sumus filii, & qd, psit talis filiatiō, sup euā gel. Io. trac. 1. i T. 9

fratribus esset. Duo enim proposuit, factum ex muliere factum sub lege: sed mutato ordine respondit. Iam illũ populum adiungens qui paruulus sub procuratoribus & actoribus seruiebat: id est, elementis huius mundi: ne putarent se non esse filios, quia non erant sub pedagogo. Quoniam autem filii estis, inquit, misit deus spiritũ filii sui in corda vestra clamantem, abba pater. Duo sunt verba quę posuit, vt posteriore interpretaretur primum. Nam hoc est abba, quod pater. Eleganter autem intelligitur non frustra duarum linguarum verba posuisse idem significantia, propter vniuersum populum qui de Iudæis & de gentibus in vnitatem fidei uocatus est: vt Hebræum verbum ad Iudęos, Græcũ ad gentes, vtriusque tamen verbi eadem significatio ad eiusdẽ fidei spiritusque vnitatem pertineat. Nam & ad Romanos, vbi similis quæstio de pace in Christo Iudæorum gentiumque tractatur, hoc dicit, Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater. Recte autem de præsentia & de dono spiritussancti probare voluit gentibus, quod pertineant ad promissionem hæreditatis. Non enim euangelizatum est gentibus, nisi post ascensum domini & aduentum spiritussancti. Cœperant enim iam Iudæi credere cum in terris ad huc filius dei mortalem hominem gereret, sicut in Euangelio scriptum est, Vbi quanquam & Chananeæ mulieris fidem ipse laudauerit, & illius Centurionis, de quo ait, Non se inuenisse talem fidem in Israel: tamen, priusquam Iudæis esse euangelizatum, verbis ipsius dominicis satis clarum est: cum ad ipsius Chananææ deprecationẽ dixit, non se esse missum nisi ad oues quæ perierunt domus Israel: & discipulos cum mitteret, ait, In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis, sed ite primum ad oues quę perierunt domus Israel. Gentium autem aliud ouile appellauit cum diceret, Habeo alias oues quæ nõ sunt de hoc ouili: quas tamen se adducturum ait, vt esset vnus grex, & vnus pastor. Quando autem, nisi post clarificationem suam? Post resurrectionem autem ad gentes discipulos misit, cum eos interim Hierosolymę manere iussisset, donec eis secundum promissionem suã spiritũsanctũ mitteret. Cum ergo dixisset Apostolus, Misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum recipiamus, restabat vt etiam gentes, quæ non erant sub lege, ad eãdem tamen adoptionem filiorum pertinere ostenderet: quod de sancti spiritus dono, qui omnibus datus est docet. Vnde se etiam Petrus de baptizato incircunciso

Rom. 8.

Idẽ & fusius in fra ĩ lib. de li. ar bi. ca. 11.

Mat. 15.

Matth. 8.

Mat. 15.

Matt. 10.

Ioan. 10.

Act. 1.

Centurione Cornelio defendit apud Iudęos qui crediderant, dicens, Nõ se potuisse aquam negare illis, quos sanctum spiritum accepisse clarue rat. Nam ipso grauissimo documento etiam superius vsus est Paulus cum diceret, Hoc solum volo discere a vobis, ex operibus legis spiritũ accepistis, an ex auditu fidei? Et paulopost, Qui ergo tribuit vobis spiritum & virtutes, operatur ĩ vobis ex operibus legis, an ex auditu fidei? Sic & hic, Quoniam, inquit, filii dei estis, misit deus spiritum filii sui in corda vestra clamantem, abba pater. Deinde manifestissime ostendit, de his etiam se dicere qui ex gentibus ad fidem venerant, ad quos etiam epistola scribit, Ita iam, inquit, non est seruus, sed filius: propter id qđ dixerat. Quandiu hæres paruulus est, nihil differt a seruo. Si autem filius, inquit, & hæres, per deum: id est, per misericordiam dei, non per promissiones patrum: de q bus quanquam carnaliter sicut Iudęi natus non es, es tamẽ filius Abrahę secundum imitationem fidei, cuius fidei gratiam per misericordiam domini meruisti. Sed tunc quidem, inquit, ignorantes deum, his qui naturaliter non sunt dii seruistis. Nunc certe quia non Iudæis scribit sed gentibus, nec, ait, seruiuimus: sed, seruistis: satis probabile est etiam superius de gentibus dictum, q sub elementis huius mundi erant seruientes tanquam sub procuratoribus & actoribus. Nam ipsa elementa vtique non sunt naturaliter dii, siue in cœlo, siue in terra, quemadmodum multi dii, & domini multi, sed uobis vnus deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso, & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Cum autem dicit, His qui naturaliter non sunt dii seruistis, satis demõstrat vnum verum deum natura esse deum, quo nomine trinitas fidelissimo & catholico gremio cordis accipitur. Eos autem qui natura non sunt dii, propterea superius procuratores actoresque appellat, quia nulla creatura est, siue quę in veritate manet, dans gloriam deo, siue quæ in veritate non stetit, quærens gloriam suam, Nulla ergo creatura est, quæ nõ, velit nolit: diuinę prouidentiæ seruiat: sed uolens facit cũ ea quod bonum est, de illa vero, quę hoc non vult, fit quod iustum est. Nam si etiam ipsi prœuaricatores angeli, cum principe suo diabolo non recte dicerentur procuratores vel actores diuinæ prouidentię, nõ dominus magistratum huius mundi diabolum diceret, nec vtiquam ille ad correptionem hominum ipsa potestas Apostolica, eodem Paulo alibi dicente, Quos tradidi Satanæ, vt discant non blasphemare, & alio loco ad salutẽ, ait enim, Ego quidem sicut absens corpore, præsens spiritu, iudicaui quasi præsens, eum qui sic operatus est, in

Act. 10. Gal. 3.

Sup. 13. & 14.

Ro. vi.

Io. 8.

1. Tim. 1. 1. Cor. 5.

nomine domini Iesu Christi congregatis vobis & meo spiritu, cū potentia domini nostri Iesu Christi, tradere huiusmodi hominē Satanæ in interitū carnis, vt spiritus saluus sit in die domini Iesu. Sed magistratus sub tanto imperatore nō facit, nisi quantū illi permittitur: & procuratores actoresque huius mundi nihil faciūt, nisi quātum dominus sinit: non enim latet eum aliquid sicut homines, aut in aliquo est minus potens: vt procuratores atque actores, qui sunt in eius potestate, aliquid ipso siue non permittente, siue nescīēte in subiectis sibi pro gradu rebus efficiant: non eis tamen repēditur quod de ipsis iuste fit, sed quo animo ipsi faciunt: quia neque liberā voluntatē rationali creaturæ suę deus negauit, & tamen potestatem, qua etiā iniustos iuste ordinat, sibi retinuit. Quem locum latius & vberius in libris aliis tractauimus. Siue ergo solem & lunam & sidera &, cœlum & terram, ceteraque huiusmodi gentes colebāt siue dæmonia, recte sub procuratoribus & actoribus fuisse intelliguntur. Veruntamen ea quę sequūtur, iam quasi explicatam quæstionem rursus implicant. Cum enim per totam epistolam non ab aliis ostendat solicitam fuisse Galatarum fidem, nisi ab eis qui ex circuncisione erant, & ad carnales obseruationes legis tanquā in eis salus esset, adducer e cupiebant: hoc tantum loco ad eos loqui videtur, qui da gentilīū superstitiones redire tentarent. Ait enim, Nunc autem cognoscētes deum, imo cogniti a deo, quomodo reuertimini ad infirma & egena elementa, quibus rursus vt antea seruire vultis? In eo enim quod dicit, Reuertimini, quando non circūcisis, sed gentibus loquitur, sicut in tota epistola apparet, non vtique ad circuncisionem dicit eos reuerti, in qua nunquam erant, sed ad infirma, inquit, & egena elementa, quibus rursus ut antea seruire vultis. Quod de gentibus intelligere cogimur: his enim supra dixerat. Sed tunc quidem ignorantes deum, his qui natura non sunt dii, seruistis. Ad quam seruitutem reuerti eos velle significat, cum ait, Quomodo reuertimini ad infirma & egena elementa, quibus rursus vt antea seruire vultis? Quod autem adiungit, Dies obseruatis, & menses, & annos, & tempora: Timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis: magis hanc sententiam confirmare videri potest. Vulgatissimus est enim error gentilium iste, vt vel in agendis rebus vel in expectandis euentibus vitę ac negociorū suorum, ab Astrologis & Chaldęis notatos dies, et mēses, & annos, & tempora obseruent. Fortasse tamen nō opus est, vt hoc de gentiliū errore intelligamus, ne intētionē causę, quam ab exordio susceptam ad finem vsque perducit, subito in aliud temere detorque-

Procuratores et actores huius mundi nihil faciūt, contra nisi quātum fideles dñs sinit, vt ad pœnam vel ad pbationem vel ad coronā, vt ĩgt Aug. i p̄. ps. 29. ī T. 8. et in 1. To. ho. opus. Sap. 13, &, 14.

Idē i de trinitate, et vnitate dei c. 10. in T. 4.

Gētiles nōtatos ab astrologis dies, menses & ānos seruā. Idē i epi. ad ĩgsitio

re velle videamur, sed de his potius de quibus cauendis eum agere per totam epistolam apparet. Nam & Iudeis seruiliter obseruant dies & menses & annos & tempora in carnali obseruatione sabbati & neomeniæ & mense nouorum, & septimo quoque anno, quē vocant sabbatū sabbatorū. Quę quoniam erant vmbræ futurorum, iam aduenientę Christo in superstitione remanserunt. Cum tanquam salutaria obseruarentur a nescienti bus quo referenda sint: vt tanquam hoc dixerit Apostolus gentibus. Quid prodest vos euasisse seruitutem qua tenebamini, cum seruiretis elementis mundi, quando rursus ad talia reditis, seducti ab eis qui nondum agnoscentes libertatis suæ tempus, inter cætera opera legis quę carnaliter sapiunt, etiam tēporibus seruiunt: quibus & vos rursus vt antea seruire vultis, & obseruare cum eis dies & menses & annos & tempora, quibus seruiebatis antequam Christo crederetis? Manifestum est enim volumina temporum per elementa huius mundi, hoc est, cœlum & terram & motus atque ordinem syderum administrari. Quæ infirma appellant ex eo quod infirma & instabili specie variantur. Egena vero ex eo quod egent summa & stabili specie creatoris, vt quoquomodo sunt esse possint. Ergo eligat lector vtram volet sententiam, dummodo intelligat ad tantum periculum animæ pertinere superstitiosas temporū obseruationes, huic loco subiecerit Apostolus, Timeo vos ne forte sine causa laborauerim in vobis. Quod cum tanta celebritate atque authoritate per orbem terrarum in ecclesiis legatur, plena sunt conuenticula nostra hominibus qui tempora rerum agendarum a mathematicis accipiunt. Iam vero ne aliquid inchoetur, aut ędificiorum aut huiusmodi quorūlibet operum diebus quos Aegyptiacos vocant, sæpe etiam nos monere non dubitant, nescientes, vt dicitur, vbi ambulant. Quod si locus iste de ludorū superstitiosa obseruatione intelligendus est, quam spem habent, cum Christianos se dici velint, ex ephemeridis vitam naufragam gubernantes: quādo de diuinis libris, quos deus adhuc carnali populo dedit si more Iudæorum tempora obseruarent, diceret eis Apostolus, Timeo vos ne forte sine causa laborauerim in vobis: & tamen si deprehendatur quisquam vel catechumenus Iudaico ritu sabbatum obseruans, tumultuatur ecclesia. Nunc autem innumerabiles de numero fidelium cum magna cōfidentia in faciem nobis dicunt, die post calendas nō proficiscor. Et vix lente ista prohibemus arridentes, ne irascantur, & timentes ne quasi nouum aliquid mirentur. Væ peccatis hominum, quæ sola inusitata exhorrescimus.

nes Ianuarij. c. 7. in. To. 2.

Iudæi adhuc & ipsi carnaliter tēpora seruant.

Superstitiosę tēporum obseruationes, ad magnū piculū afę pertinēr, et vid sc̄d m d doc. chr. c. 22. et 23. et 24. ī T. 3. et 1. T. ho. op. et ī epist. 119. in Tom. 2.

Dies Aegy.

Sola inusitata peccata exhorrescimus.

Vsitata vero pro quibus abluendis filii dei sanguis effusus est, quamlibet magna sint, et omnino claudi contra se faciant regnum dei, sæpe videndo omnia tolerare, sæpe tolerando nonnulla etiã facere cogimur, atque vtinam o domine nõ omnia quę nõ potuerimus prohibere faciamus. Sed iã videamus quę sequũtur, Sane prę terieramus quod dictũ est, Nunc autem cognoscentes deum, imo cogniti a deo. Videtur enim certe hoc loco etiã Apostolica locutio congruere velle infirmitati hominum. Neque tantũmodo in veteris Testamenti libris vsque ad terrenas hominũ cogitationes nodus diuini eloquii descẽdisse videatur, Nam quoniã correxit quod dixerat, cognoscẽtes deũ: nihil nos mouere debet. Manifestum est enim quãdiu per fidem ambulamus nõ per ipe ciẽ, nondum nos cognouisse deũ, sed ea fide purgari vt opportuno tẽpore cognoscere valeamus. Sed quod in ipsa correctione ait, imo cogniti a deo: si proprie accipi tur, putabitur deus quasi ex tẽpore aliquid cognoscere quod ante nõ nouerat. Translate ergo dictũ est, vt oculos dei accipiamus ipsã dilectionẽ eius, quã cõmendauit mittendo pro impiis vnicum filium: sic enim de iis qui diliguntur dicere solemus, quod ante oculos habeã tur. Hoc est ergo cognoscentes deũ, imo cogniti a deo. Quod & Ioãnes dixit, Nõ quod nos dilexerimus deũ, sed quoniam ipse dilexit nos. Dicit autem, Estote sicut & ego: Qui vtique cum Iudæus natus sim, iã ista carnã lia spirituali diiudicatione contẽno. Quoniam & ego sicut vos: id est, homo sum. Deinde opportune ac decenter facit eos recolere charitatem suam, ne tanquam inimicum illum deputent. Dicit enim, Fratres precor vos nihil me læsistis, Tãquã si diceret, ne ergo putetis quod ego lædere vos cupiam. Scitis quia per infirmitatẽ carnis iampridem euangelizaui vobis: id est, cum persecutionem paterer. Et tentationem vestram in carne mea non sprenistis neque respuistis. Tentati sunt enim, cum persecutionem pateretur Apostolus, vtrum timore deserent eum, an charitate amplecterentur. Et neque sprę uistis, inquit, tanquam vtilem istam tentationem: neque respuistis, vt nõ susciperetis communionẽ periculi mei. Sed sicut angelum dei excepistis me, sicut Christum Iesum. Deinde admirans, opus eorum spiritale commendat, vt hoc intuentes, in carnalem timorẽ non decidãt. Quæ ergo fuit, inquit, beatitudo vestra? Testimonium vobis perhibeo, quoniam si fieri posset, oculos vestros eruissetis & dedissetis mihi. Ergo inimicus factus sum vobis, verum prædicãs? Respondetur vtique, non, Sed quid verum prædicans, nisi vt non circuncidantur. Et ideo vide quid adiũgit, Aemulantur vos non bene: id est, in-

2.Cor.5. 2.Cor.13.

Per oculos dĩ, illius dilectionẽ ĩtelligere debemus.

1.Ioan.4.

Galatę tẽtati ex Apost. psecutione, cũ hoc illum receperũt, vt angelũ dei, et sicut xp̃m Iesũ, iusta illius p̃ceptũ q vos recipit, me recipit, et q recipit me, recipit illũ q me misit, nã q recipit, phetã nomie, p

est, inuident vobis, qui vos carnales de spiritalibus volunt facere: hoc est æmulantur non bene, sed excludere, inquit, vos volunt, vt illos æmulemini, hoc est imitemini. Quomodo, nisi vt seruituris iugo attineamini, sicut ipsi attinentur. Bonũ autẽ est, ait, æmulari in bono semper. Vult enĩ vt ipsi ipsum imitẽtur, propter hoc addidit, Et nõ solum cũ præsens sum apud vos. Cum enim præsenti oculos suos dare vellent, vtique ipsum conabant imitari, quem ita diligebant. Ad hoc dicit etiam, Filioli mei, vt tanquã parentẽ vtique imitẽtur. Quos iterum, inquit, parturio, donec Christus formetur in vobis. Magis hoc ex persona matris ecclesiæ locutus est: nã & alibi dicit, Factus sum paruulus in medio vestrũ, tanquam si nutrix foueat filios suos. Formatur autem Christus in credente per fidem in interiore homine, vocato in liber tatẽ gratiæ: mitti & humili corde, non se iactante de operum meritis, quæ nulla sunt, sed ipsa gratia meritum aliquod inchoante, quo possit dicere minimus sum: id est, ipse sum ille, qui ait, Cum. n. feciſtis vni ex minimis meis, mihi feciſtis. Formaſ. n. Christus in eo, qui formã accepit Christi: formam autẽ accipit Christi: qui adhęret Christo dilectione spirituali. Ex hoc. n. fit, vt huius imitatione sit quod ille, quantũ gradu suo sinitur. Qui enim dicit se in Christo manere, ait Ioãnes, debet quomodo & ille ambulauit & ipse ambulare. Sed cum homines a matribus cõcipiãtur vt formẽtur, iã formati autẽ partu riãtur vt nascãtur, potest mouere ep dictũ ẽ. Quos iterũ parturio, donec Christus formetur in vobis. Nisi parturi tionem hanc pro curarum angoribus positam intelligamus, quibus eos parturiuit vt nascerentur in Christo: & iterum parturit propter pericula seductiõis, quibus eos conturbari videt. Sollicitudo autem talium de illis curarum, qua se quodãmodo parturire dicit, tandiu esse poterit, donec perueniant in mensuram ætatis plenitudinis Christi, ut iam non moueantur omni vento doctrinæ. Non ergo propter initium fidei, qua nati erant, sed propter robur perfectionis dictũ est, Quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis. Hanc parturitionem aliis verbis etiam alibi cõmendat, vbi dicit, Incursus in me quotidianus, sollicitudo omniũ ecclesiarũ. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Quod vero subiecit, Vellem autẽ nunc adesse apud vos, & mutare vocem meam, quia cõfundor in vobis, quid aliud intelligit, nisi quia filiolos suos esse dixerat, parcens eis fortasse per literas, ne seueriore obiurgatione commoti, facile in eius odium traducerentur a deceptoribus illis, quibus absens nõ posset resistere. Vellem ergo, inquit, nunc adesse apud vos, & mutare

phetæ, mercedẽ phetę accipiet et qui recipit iustum ĩ noĩe iusti mercedẽ iusti accipiet. Mat.10. Lu.10. et Ioa.13.

Idẽ contra fautã mani. li.24. ca.1.in Tom.6.

1.Thes.2.

Merita nulla sũt vt nra, ĩ de grã Mat.25. & lib. ar. ad Val.6.7.et.8.et ĩ de fide ad Pe. 14.et ĩ ẽf.ps.31. in T.8. 1.Io.2. & i T. 1.ho.opusc.& si aliqd sũt dona Christi dicũtur.

Bphe.4. 1.Cor.14.

2.Cor.11.

parẽtes ne ꝺ malis filijs erubescant, illos abdicant.
Gene,21.
Roma.9.

& mutare vocem meam:id est, negare vos filios, quia confundor in vobis. Malos enim filios ne de his erubescant,etiam parentes abdicare solent. Deinde subiungit, Dicite mihi sub lege volentes esse, Legem non audistis? Et de duobus quidem filiis Abrahæ quod dicit,facile intelligitur:nam ipse interpretatur hanc allegoriã: Hos enim duos filios habebat Abraham,cum duo testamenta significata sunt. Post mortem autem Saræ, quos de alia vxore genuit, non pertinent ad hanc significationẽ,Et ideo multi legentes Apostolũ, librum autem Geneseos ignorantes,putant solum duos filios habuisse Abraham. Hos ergo solos commemorat Apostolus, quia solos adhuc habebat cum hæc significarẽtur,quę consequenter exponit. Quod ille de ancilla, quæ Agar uocabatur, vetus testamentum significat,ideſt populum veteris Testamenti,propter iugum seruile carnaliũ obseruationũ,& promissa terrena, quibus irretiti & quæ tantummodo sperantes de deo,non admittuntur ad hæreditatem spiritalem cœlestis patrimonii. Nõ autem sufficit qđ de libera vxore natus est Isaac,ad significandũ populum hæredem noui Testamenti:sed plus hic valet quod secundum promissionem natus est. Ille autem & de ancilla secundum carnem & de libera nasci potuit secundum carnem, sicut de Cethura quam postea duxit Abraham,non secundum promissionem, sed secundum carnem susceperit filios. Isaac enim mirabiliter natus est ꝓ repromissionem cum ambo parentes senuissent. Quod si data per Apostolum fiducia,quod duos illos allegorice accipiendos apertissime ostendit, voluerit aliquis etiam Cethuræ filios in aliqua rerum figura futurarũ inspicere;non enim frustra de talibus personis administratione spiritussancti hæc gesta conscripta sunt, inueniet fortasse hæreses & schismata significari. Qui filii de libera quidem sicut isti de ecclesia sed tamen secundum carnem nati sunt,non spiritaliter per repromissionẽ. Quod si ita est,, nec ipsi ad hæreditatem inueniuntur ptinere, id est ad cœlestem Hierusalem,quam sterilem uocat scriptura quandiu filios in terra non genuit. Quæ deserta etiam dicta est cœlestem iustitiam deserenti hominibus terrena sectantibus tanquam virũ habente illa terrena Hierusalẽ,quia legẽ acceperent. Et ideo cœlestẽ Hierusalem Sara significat, quę diu deserta est a concubitu viri Abrahã nõ exꝓpter cognitam sterilitatẽ, Non.n.tales homines quaꝓplẽdã libidinem lis erat Abraham ad ex plendã libidinẽ vtebantur fœvtebaꝫ fœminis minis,sed ad successionẽ prolis. Accesserat autem steriꝭ ad successiolitati etiã senectus, vt ex omni desperatione diuina proꝓnẽ ꝓlis de hoc missio magnũ meritum credentibus daret. Certus ergo fusius in,3.li, de de promissione dei,officio gignendi accessit ad ætatem iam

Roma.9.
Gene,25.
Isai.54.

iam grauem,quam in annis vegetioribus corporali copulatione deseruerat. Non enim ob aliud Apostolus adiuncta earum mulierũ figura interpretatur,quod ꝓ Prophetam dictum est, Quoniam multi filii desertæ magis quam eius quæ habet virum,Cum & marito prior Sara fit mortua, neque inter eos vllum extitisset diuortium, Vnde ergo illa deserta, aut illa habens virum, nisi quod Abraham propagandæ prolis operã ad Agar ancillæ fœcunditatem ab vxoris Saræ sterilitate transtulerat:ipsa tamẽ permittente & vltro offerente vt maritus eius de ancilla susciperet filios. Antiqua enim iusti regula est, quam commendat ad Corinthios idem Apostolus, Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir, Similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet,sed mulier. Et huiusmodi enim debita, sicut cætera,in eorum quibus debentur potestate consistunt, Cui potestati qui fraudem non facit,ille castitatis cõiugalis iura custodit. Senectus autem parentum Isaac ad eam significationem valet,quoniam noui testamenti populus quanuis sit nouus,predestinatio tamen eius apud deum,& ipsa Hierusalem cœlestis antiqua est, Vnde & Ioannes ad patres dicit. Scribo vobis patres, quoniam cognouistis quod erat ab initio. Carnaliter autem qui sunt in Ecclesia ex quibus hæreses & scismata fiunt, ex Euangelio quidem occasionem nascẽdi acceperunt, sed carnalis error quo concepti sunt & quem secum trahunt,nunc refertur ad antiquitatẽ veritatis. Et ideo de matre adolescentula,& de patre sene sine repromissione nati sunt, Quia & dominus non nisi ob antiquitatẽ veritatis in Apocalypsi albo capite apparuit. Nati sunt ergo tales ex occasione antiquæ veritatis nouitio temporal ꝙ mẽdacio. Dicit ergo nos Apostolus secundum Isaac promissionis filios esse, Et sic persecutionem passum Isaac ab Hismaele,quemadmodum hi qui spiritaliter viuere cœperãt,a carnalibus Iudeis ꝓsecutionẽ patiebant:frustra tamẽ,cũ secũdũ scripturã eiiciatur ancilla et filius eius,nec hęres esse possit cum filio liberæ. Nos autẽ,inqt,fratres nõ sumus ancillę filii,sed liberę. Ea.n. libertas nũc maxime opponẽda ẽ seruitutis iugo,quo in opibus legis tenebant,q ad circũcisionẽ istos trahebãt. Cũ autẽ dicit, State ergo:significat eos nõdũ cecidisse:ac cõmodatius.n,diceret,surgite. Sed qđ addidit,Et ne iterũ seruitutis iugo attineamini,Q uãdoqdẽ hic nullũ aliud iugũ põt intelligi ꝙ eos attineri nolit,nisi circũcisionis taliũꝙ obseruationũ Iudaicarũ,Ita.n.et sequtur,Ecce ego Paulus dico vobis,qa si circũcidamini,Xps vobis nihil ꝓderit:quo acceꝓturi sumus qđ ait,ne iterũ seruitutis iugo attineamini:cũ ad eos scribat ꝙ Iudęi nũ ꝙꝑ fuerãt:Nã

doc. chr.ca. 18.
Esa.54. vsq; ad 23.i clu
siue i.1, To. ho.
Gen.21. op. & i de ci
uit.dei li.15.c.2.
huius figurę habes ex.i T.5.et
ꝙ plures sint deserte filii habes
Ge.16. i đ cõ
1.Cor.7 sen.E-
uã.li,1 c.31.et i de Cor
rect.donatistarũ ad bonifaciũ.c.
8.i T.2. & quo
carnalis spũalẽ
ꝓsequebat. supꝓ
Euã.Io. 1,1o,2. trac.11.
ancillã cũ filio suo eiiciẽda,supꝓ
genẽ,21. in T.5
Veritas Antiq
Apoc,1.
Gen,21,
Expositio capi tuli quinti.
Act.15.

hoc agit vtique, ne circundantur: Sed nimirum hic declaratur & confirmatur illa sententia, de qua superius disputauimus. Quid enim aliud hoc loco gētibus dicat, non inuenio, nisi vt prosit illis quod a seruitute superstitionis suæ per fidem Christi liberati sunt, ne iterum seruiesse velint sub iugo obseruationum carnalium, quanuis sub lege dei, tamen carnalem populum seruiliter alligantium. Christum autem nihil eis profuturum esse dicit, si circūcidantur. Sed illo modo, quo eos isti volebāt circuncidi, id est, vt in carnis circuncisione ponerent spem salutis. Nō enim Timotheo non profuit Christus, quia Paulus ipse illum iam Christianum iuuenem circūcidit: fecit autem hoc propter scandalum suorum nihil simulans omnino, sed ex illa indifferētia, qua dicit, Circuncisio nihil est, & præputium nihil est: nihil enim ob est ista circuncisio ei, qui salutem in illa esse non credit. Secundum hanc sententiam etiam illud addit, Testificor autē omni hoi circuncidenti se, id est, tanquā salutarem istam circuncisionem appetenti, quia debitor est vniuersę legis faciendæ. Quod ideo ait, vt vel terrore innumerabilium obseruationum, quæ in legis operibus scriptæ sunt, ne omnes implere cogerentur: quod nec ipsi Iudæi, nec parentes eorum implere potuerunt, sicut Petrus in actibus Apostolorum dicit: abstinerent se ab his, quibus eos isti subiugare cupiebant. Euacuati, inquit, estis in Christo, qui in lege iustificamini. Hæc est illa proscriptio, qua Christum proscriptum superius dixerat, vt cum isti euacuarentur a Christo, id est, Christus ab eis tanquam a possessione, quam tenebat, abscedit, opera legis in eam possessionem tanquam in vacuam inducantur: quod quia nō Christo, sed illis obest, addidit, a gratia excidistis. Cum enim hoc agat gratia Christi, vt illi qui debitores erāt operū legis, liberētur hoc debito isti ingrati tātę gratię, debitores esse volūt vniuersæ legis faciendæ. Nondum autem erat factum, sed quia voluntas tā moueri cœperat, ita plerisque locis loquitur quasi factum sit. Nos enim, inquit, spiritu ex fide spem iustitię expectamus, in quo demonstrat ea pertinere ad fidē Christi, quæ spiritaliter desiderantur & expectantur, nō quæ carnaliter; quibus promissionibus seruitus illa tenebatur, sicut alio loco dicit, Non respicientibus quæ videntur, sed quæ non videntur. Quę enim videntur tēporalia sunt: quæ autem non videntur, ęterna sunt. Deinde subiunxit, In Christo enim Iesu neque circuncisio quicquam valet, neque præputium: vt illā indifferentiā declararet, nihilq; perniciosum esse in hac circuncisione ostēderet, nisi ex illa salutem sperare. Nihil ergo valere dicit in Christo circuncisionē aut præputiū, sed fidē quæ per

1.Cor.7: Circūcisio nihil obest ei, q̄ salutē in illa esse non credit.

Act.15.

Grā nos liberat a debito legis sine q̄ positus sub lege tātūmō erit legis auditorī d̄ gra. & liar. ad val. c. 12. et. 13. & 14. ī T. 7. & ī isto. 2. T. op. & in epi. 95 ī T. 2. q̄ē. 5. eporū, & ē etiā ipsa ī isto. 2. To. op. sup Euā. Io. trac. 4. ī. To. 9.

1.Cor.7.

per dilectionem operatur. Et hic illud tetigit, quia sub lege seruitus p timorē operatur. Currebatis bene, inquit, quis vos impediuit veritati non obedire? Hoc est quod superius ait, Quis vos fascinauit? Suasio, inquit, vestra nō ex eo est, qui vocauit vos. Hęc enim suasio carnalis est, ille autem in libertatem vocauit. Suasionem autem eorum dixit, quod eis suadebatur. Eos autem paucos, qui ad illos veniebant, vt ista suaderent, quia in comparatione multitudinis credētium Galatarum exiguo numero erant, fermentum appellat. Recipient autem isti fermentum, & tota massa, id est tota eorum Ecclesia, in corruptione carnalis seruitutis quodammodo fermētabitur, si tales suasores tanquam iustos & fideles recipiē tes honorauerint. Ego, inquit, confido de vobis in domino, q̄ nihil aliud sapietis. Hinc vtiq; manifestum est nōdū illos fuisse possessos a talibus. Qui autem conturbat vos, inquit, portabit iudiciū, quicunq; ille fuerit. Hęc est illa cōturbatio contraria ordini, vt de spiritalibus carnales fiant. Et quoniā intelligendum est fuisse quosdam, qui cum vellent eis istam seruitutem persuadere, & videbrent eos Pauli Apostoli authoritate reuocari, dicerent etiam ipsum Paulum id sentire, sed non eis facile aperire voluisse sentētiā suam, opportunissime subiecit, Ego autem fratres, si circuncisionē adhuc prędico, q̄d adhuc persecutionem patior? Etiā ab ipsis enim patiebatur persecutionē, qui talia persuadere moliebantur, cū iā Euangelium suscepisse viderentur. Quos tāgit alio loco, vbi ait, Periculis in falsis fratribus: & hic in capite epistolę, vbi dicit, Propter subintroductos autē falsos fratres, q̄ subintroierunt proscultare libertatem nostram, quā habemus in Christo Iesu, vt nos in seruitutem redigerent. Ergo si circuncisionem prędicabat, desinerent eum persequi. Qui tamen ne timerentur ab eis quibus Christiana libertas annunciabatur: aut ne ab ipso Apostolo timeri putarentur, propterea superius libera plenus fiducia nomen suum etiam professus est dicēs, Ecce ego Paulus dico vobis, quia si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit: tanquam si diceret, Ecce me imitamini vt non timeatis, aut in me causam refundite si timetis. Quod autem dicit, Ergo euacuatum est scandalum crucis: sententiam illā repetit, di ex lege iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Sed hic quoniam scandalum nominat, in memoriā reuocat: propterea maxime in Christo passos esse scandalum Iudæos, quia istas carnales obseruationes quas pro ipsa salute se habere arbitrabantur eū sępe animaduertebant prætorire atque contēnere. Hoc ergo ita dixit, ac si diceret, Sine causa ergo Christum, cum ista contemneret scandalizati Iudęi crucifixe

2.Corin.11. Gal.2.

Gal.2.

runt

runt, si adhuc eis pro quibus crucifixus est, talia persuadentur, Et adiecit elegantissima ambiguitate quasi sub specie maledictionis benedictionē dicens, Vtinā & abscindantur qui vos cōturbant. Nō tantū, inquit, circūcidant, sed abscindantur. Si enim sunt spadones propter regnū cœlorum, & carnalia seminare cessabunt. Vos. n. inquit, in libertatē vocati estis fratres, Quia illa contur batio a spiritalibus ad carnalia reuocans in seruitutem trahebat. Sed iam hinc opera illa legis tractare incipit, de quibus eū supra dixerat in fine epistolę tractaturū, quę ad nouum quoq; testamentū pertinere nemo ambigit, sed alio fine: quo liberos ea facere decet: id est charitatis ęterna sperātis hinc prēmia, et ex fide expectātis. Non sicut Iudęi, qui timore ista implere cogebantur, nō illo casto permanente in seculū seculi, sed quia timebāt

Matth.19.

Si hō nō occidit ne et ipse occidatur, nō implet pceptū iustitiæ, sz si nō occidat qa iniustū ē, & si ipu ne id agere possit, oē pceptū iustitiæ implet.

1.Reg.24 &.26.

presenti vitę suæ: & ideo quedam opera legis implebāt quę in sacramentis sunt, illa vero quæ ad bonos mores pertinet omnino non poterant. Non enim implet ea nisi charitas. Quia & hominem si propterea non occidit aliquis, ne & ipse occidatur, non impler pręceptū iustitię: sed si ideo non occidat, quia iniustum est, etiā si id possit facere impune, non solū apud homines, sed etiam apud deū. Sicut Dauit cum diuinitus accepisset in potestatē regē Saul, impune vtiq; occideret: nec hominibus in se vindicaturis, quia multum ab eis diligebatur idem Dauid: nec deo qui hāc ipsam potestatē dedisse se dixerat, vt omnino ei faceret quod vellet. Pepercit ergo diligens proximum tanquam seipsum, non solum persecutum, sed etiam persecuturum, qui eum corrigi quam interfici maluit: homo in veteri testamento, sed non homo de veteri testamento, quem fides futuræ hereditatis, Christi reuelata & reddita saluum faciebat, & ad imitandum vocabat: ideo nunc dicit Apostolus, In libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem carnis detis: id est, ne audi eo nomine libertatis impune vobis peccandum esse arbitremini. Sed per charitatem, inquit, seruite inuicem. Qui enim per charitatem seruit, libere seruit, & sine miseria obtemperans deo, cum amore faciendo quod docetur, non cum timore quod cogitur. Omnis enim lex, inquit, in vno sermone impleta est, in eo quod diliges proximum tuum tanquam teipsum. Omnem ergo legem, nunc dicit ex his operibus quæ ad bonos mores pertinent, Quia & illa quæ sunt in sacramentis, cum bene a liberis intelliguntur, nec carnaliter obseruantur a seruis, ad illa duo præcepta referantur necesse est, dilectiōis dei & proximi. Recte itaque accipitur, ad hoc pertinere quod etiam dominus ait, Nō veni legem soluere, sed implere: quia erat

Universidad de Deusto Biblioteca

ablaturus timorem carnalem, Spiritalē autem charitatem daturus qua sola lex impleri potest. Plenitudo enim legis, charitas, vt quando fides impetrat spiritū sanctū, per quem charitas dei diffusa est in cordibus operātium iustitiam, nullo modo quisquā ante gratiam fidei de bonis operibus glorietur. Quapropter istos iactantes se de operibus legis ita refellit Apostolus, dū ostendit opera vetusta sacramentorum vmbras futurorum fuisse, quas iam aduentu domini libere hæredi necessarias non esse mōstrauit. Opera vero ad bonos mores pertinentia nō impleri nisi dilectione, per quam fides operatur. Vnde si opera legis quędā post fidē superflua, quędam ante fidē nulla sunt, viuat iustus ex fide: vt & onus graue seruitutis abiciat, leui sarcina Christi vegetatus, & iustitię metas nō trāsgrediat, leui iugo charitatis obtēperās. Queri autem potest, cur Apostolus & hic solam commorauit proximi dilectionem, quā lege dicit impleri, & ad Romanos cum in eadem quęstione versaretur, Qui enim diligit alterum: inquit, legē impleuit. Nā nō adulterabis, non homicidium facies, non furaberis, nō cōcupisces, & si quod est aliud mandatū, in hoc sermone recapitulatur. Dileges proximum tuum tanquā teipsum. Dilectio proximi malum non operatur, Plenitudo autē legis charitas. Cum ergo in duobus præceptis dilectionis dei & proximi perfecta sit charitas, cur Apostolus & in hac & in illa epistola solā proximi dilectionem cōmemorat, nisi quia de dilectione dei possunt mentiri homines, quia rariores tētationes eam probant: in dilectione autem proximi facilius conuincuntur eam non habere, dum inique cum hominibus agūt? Consequens est autem vt qui ex toto corde, ex tota anima, ex tota mēte deum diligit: diligat & proximum tanquam seipsum. Quia hoc iubet ille quem ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente diligit: item diligere proximū id est, omnem hominem tāquam seipsum, quis potest, nisi deū diligat, cuius præcepto & homo dilectionem proximi possit implere? Cum ergo vtrunque præceptum ita sit, vt neutrum sine altero possit teneri, etiam vnum horum commemorare plerunq; sufficit, cum agitur de operibus iustitiæ: sed opportunius illud de quo quisq; facilius cōuincitur. Vnde Ioannes dicit, Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, deum quem non videt quomodo potest diligere? Mentiebantur enim quidam dilectionem se dei habere, & de odio fraterno eam non habere conuincebantur. De quo iudicare in quotidiana vita & moribus facile est. Si autem mordetis, inquit, & comeditis inuicē, videte ne ab inuicē cōsumamini: Hoc. n. maxime vitio cōtrtiōis & inuidētię pnitiosę disputatio

1.Pe.2. Mat.5. Ro.13. T.1.ho

tio declaraf ī rū opu.

Opa bona nō ī plēt nisi dilectio ne p quā fides opaf. idē in de gra. & li. arb. ad va.8. & 9. in pf.

psal.31.ī To.8. &.1. To.ho.op. Roma.13.

Mat.19. &.22.

Matth.22.

Non possumus diligere pximū nisi deū diligamus, neq; eō tra. Vide ī.1. de doc. chri. a. cap. 22. vsquein finē

Ioā.4. li. ī T.3. & in.1. To.hom. opuſ.

neg

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spiritus ē pmũ, & magnũ munus, iõ gra dr. Mat.11 in de ỹ bis dñi serm.61. in Tomo.10. Esa.66

nes inter eos nutriebantur, male de inuicem loquendo, & quærendo quisq; gloriam suam vanamq; victoriam, quibus studijs consumitur societas populi, dum in partes diuiditur. Quomodo autem ista vitare possunt, ni si spiritu ambulent, & concupiscentias carnis non perficiant? Primum enim & magnum munus est spiritus, humilitas, & mansuetudo. Vnde illud quod iam memorauí, dominus clamat, Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Et illud Prophetæ, Super quem requiescit spiritus meus, nisi super humilem & quietum & trementem verba mea? Quod autem ait, Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim inuicem aduersantur, vt non ea quę vultis faciatis, putant hic homines liberum voluntatis arbitrium negare Apostolum nos habere, Nec intelligunt hoc eis dictum si gratiam fidei susceptam tenere nolunt, per quã solam possunt spiritu ambulare & concupiscentias carnis non perficere. Si ergo nolunt eam tenere, non poterunt ea quæ volunt facere. Volunt enim operari opera iustitiæ, quę sunt in lege, sed vincuntur concupiscentia carnis, quam sequendo deserunt gratiã fidei. Vnde & ad Romanos dicit, Prudentia carnis inimica in deum, legi enim dei non est subiecta, neque enim potest. Cum enim charitas legem impleat, prudentia vero carnis commoda temporalia consectando spiritali charitati aduersetur, quomodo potest legi dei esse subiecta, id est, libenter atq; obsequenter implere iustitiam, eiq; non aduersari, quando etiam dum conatur, vincatur nec esse est, vbi inuenerit maius commodum temporale de iniquitate se posse assequi, quam si custodiat æquitatem? Sicut enim prima hominis vita est ante legem, cum nulla nequitia & malitia prohibetur, neque vlla ex parte prauis cupiditatibus resistit, quia non est qui prohibeat: sic secunda est sub lege ante gratiam, quãdo prohiberur quidem & conatur a peccato abstinere se, sed vincitur: quia nondum iustitiam propter deum & propter ipsam iustitiam diligit, sed eam sibi vult ad conquirendum terrena seruire. Itaque vbi viderit ex alia parte ipsam, ex alia commodum temporale, trahitur pondere temporalis cupiditatis, sed qua relinquit iustitiam. Quam propter rea tenere conabatur, vt haberet illud quod se nunc videt amittere si illã tenuerit. Tertia est vita sub gratia, quando nihil temporalis commodi iustitiæ præponitur, quod nisi charitate spirituali quam dominus exemplo suo docuit & gratia donauit, fieri non potest. In hac, n. vita etiam si existant desideria carnis de mortalitate corporis, tamen mentem ad confessionem peccati non subiugant. Ita iam non regnat peccatum in nostro mortali

Rom.8.

De istis gradib. fusius sup. locutus ē, i exp. qua rũdã, ppositionũ epistõ. pauli ad Rom. & de repugnãtia carnis ad spiritũ in .10. de gratia ad literã cap.12. in To.3 & contra faustũ c.21 li.12. i To. 6. & in de natura & gra contra pelagianos c.53. &.54. &.56. in Tom.7. & contra lras petilia. lib.2. cap. 68. & lib.15. ca.5. &.7 & li.19. ca.4. in T.5. & cõtra duas pelagianorũ epist. ad bonifacium li.

Ro.6.

corpore, quanuis non possit nisi inhabitare in eo quan diu mortaliter potest. Primo enim nõ regnat cum mente seruimus legi dei, quanuis carne legi peccati: id est, pęnali consuetudini, cum ex illa existũt desideria quibus tamẽ non obedimus. Postea vero ex omni parte extinguitur. Quoniam si spiritus Iesu habitat in nobis, qui fuscitauit Iesum Christum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora nostra propter spiritum qui habitat in nobis. Nunc ergo implendus est gradus sub gratia, vt faciamus quod volumus spiritu, etiam si carne non possumus: id est non obediamus desideriis peccati ad præbẽdum illi membra nostra arma iniquitatis, etiam si non valemus efficere, vt eadem desideria non existant: vt quanuis nõdum simus in pace illa æterna ex omni hominis parte perfecta, iam tamẽ desinamus esse sub lege, vbi præuaricationis rea mens tenetur, dum eam concupiscentia carnis in confessionem peccati captiuam ducit: simus autem sub gratia, vbi nulla est condemnatio iis qui sunt in Christo Iesu, quia non certantem, sed victum pœna consequitur. Ordinatissime itaque subiungit, Quod si spiritu ducimini, non adhuc estis sub lege: vt intelligamus eos esse sub lege, quorum spiritus ita cõcupiscit aduersus carnem, vt non ea quæ volunt faciãt, i. non se teneant coniunctos in charitate iustitiæ, sed a concupiscente aduersum se carne vincantur: non solum ea repugnante legi mentis eorum, sed etiam captiuante illos sub lege peccati, quæ inest ī membris mortalibus. Qui enim non ducuntur spiritu, sequitur vt carne ducãtur. Non autem pati aduersitatem carnis, sed duci a carne damnatio est. Et ideo quod si spiritu, inquit, ducimini, non adhuc estis sub lege. Nam & superius non ait, spiritu ambulate, & concupiscentias carnis non habueritis: sed, ne perfecereris. Quippe non eas omnino habere, non iam certamen, sed certaminis prẽmium est, si obtinuerimus victoriam perseuerãdo sub gratia. Commutatio enim corporis in immortalem statum, solas carnis concupiscentias non habebit. Deinde incipit opera carnis enumerare, ut intelligant se, si ad operandum ista de fideriis carnalibus consenserint, tunc duci carne, nõ spiritu. Manifesta autem sunt, inquit, opera carnis, q̃ sunt fornicationes, immunditiæ, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, animositates, æmulationes, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia, quę prędico vobis sicut prædixi, quoniã qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. Agũt aũt hęc qui cupiditatibus carnalibus consentientes facienda esse decernunt, etiam si ad implendum facultas non datur. Cæterum qui tanguntur huiusmodi motibus &

4.c.9.i To.7.& sup euã. Ro.7. 10.tract. 41. & li. 2.medita Ro.8. tionũ c.13.& in de vtilitate lecti i T.9.& i de cõtinẽtia.c.8.in Tom.4.

Nõ certãtẽ, ſ vi ctũ pœna cõsequẽ 1.Retract.24.

Ro.7.

Commutatio.n. corpis i īmorta lẽ statũ, solas carnis cõcupiscentias nõ habit, nã nũc i nobis inchoata, & nõ pfecta ẽ libertas, ſ ex pte liber tas, et ex pte seruitus, nõdũ tota, nõdum pura, nõdum plena li bertas, ꝙa nõdũ æternitas: habe-

eus.n.ex parte
firmitatē,& ex
parte accepimus li
bertatem, qcqd
peccatū ēā no-
bis antea deletū
ē i baptismo, nū
qd qd deleta est
tota iniqtas, nul
la remanet infirmi
tas, si nō reman
isset li-
ne pcō
hic viueremus,
qs āt audeat hoc
dicere nisi super
bus? nisi miseri-
cordia liberato
ris idignus? nisi
q̄ deiptū vult de
cipere, & i q̄ yi
tas nō ē Au. sup
Io. tra.
41. i T.
9. & hoc ē qđ ca
ro cōcupiscit ad
uersus spiritū &
econtra.

Ro. 6.

1. Cor. 1

Aliud nō pecca
re, & aliud non
hīre pcūm, idē su
p ps. 35
i T. 8. et
i ser. 7.
de ỹ.
Apo. i
T. 10.
quomō
regnat qđ' arma
nō h3 ps tua, cō
cupiscētia carnis
tuę lāgore rebel
lat aduersus te,
lāgor iste tiran-
nus ē, si uis tirā
nū te eē victorē,
xp3 iuoca impa

sup. i
exp. c.
huius
epist.

immobiles, & in maiore charitate consistunt, non solū
non eis exhibentes mēbra corporis ad male operan-
dum, sed neq; nutu consensionis ad exhibendum con-
sentientes: non hæc agunt, & ideo regnum dei possidē
bunt. Non enim iam regnat peccatū in eorum mortali
corpore, ad obediendum desideriȝ eius, quanuis habi-
tet in eodem mortali corpore peccatum nondū extinc-
to impetu consuetudinis naturalis, quia mortaliter na
ti sumus, & propriē vitæ nostrę, cum & nosipsi peccā
do auximus quod ab origine peccati humani damna-
tionisq; trahebamus. Aliud est.n. non peccare, aliud nō
habere peccatum. Nam in quo peccatum non regnat,
non peccat, i. qui non obedit desideriis eius. In quo au-
tem non existunt omnino ista desideria, non solum non
peccat, sed etiam non habet peccatum, Quod etiam si
ex multis partibus in ista vita possit effici, ex omni ta-
men parte non nisi in resurrectione carnis atque com-
mutatione sperandum est. Potest autē mouere quod ait,
quæ dico vobis, sicut prædixi, quoniā qui talia agunt,
regnum dei non possidebunt: si quęratur vbi ista prędi
xerit, nam in hac epistola non inuenitur. Ergo aut præ-
sens cum esset hoc prædixerat, aut cognouerat peruenis
se ad illos epistolam quę missa est ad Corinthios. Ibi. n.
sic ait, Nolite errare, neque fornicatores, neque idolis
seruientes, neque adulteri, neq; molles, neq; masculorū
cōcubitores, neque fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq;
maledici, neque rapaces regnū dei possidebūt. Hic ergo
cum enumerasset opera carnis quibus clausum est re-
gnum dei, subiecit etiā opera spiritus quos spiritus fru-
ctus vocat. Fructus autem spiritus ē, inqt, charitas, gau
dium pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mā
suetudo, cōtinentia: & addidit, Aduersus huiusmodi nō
est lex: vt intelligamus illos sub lege positos, in quibus
ista non regnant. Nam in quibus hęc non regnant, ipsi
lege legitime vtuntur, quia non est illis lex ad coercen-
dum posita. Maior enim & prępollentior delectatio eo-
rum iustitia est, sic enim ad Timotheum dicit, Scimus
enim quia bona est lex si quis ea legitime vtatur, sciens
hoc quia lex iusto posita non est. Iniustis autem & non
subditis & impijs peccatoribus & celestis & contami
natis, parricidis & matricidis, homicidis, fornicatori-
bus, masculorum concubitoribus, plagiarijs, mendaci-
bus periuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur,
subaudiatur, his lex posita est. Regnant ergo spiritales
isti fructus in homine in quo peccata non regnant. Re-
gnant autē ista bona si tantum delectant, vt ipsa teneant
animū in tentationibus ne in peccati consensionē ruat.
Quod.n. amplius nos delectat, sc̄m id operemur nece-

se est: vt verbi gratia, occurrit forma speciosę fœminę, et
mouet ad delectationē fornicationis: sed si plus delectat
pulchritudo illa intima & syncera species castitatis, p
gratiā quæ est in fide Christi, sc̄m hāc uiuimus & sc̄m
hanc operamur: vt nō regnāte in nobis peccato ad obe
diendū desideriis eius, sed regnāte iustitia p charitatem
cū magna delectatione faciamus quicquid in ea deo pla
cere cognoscimus. Quod autē de castitate & de fornica
tiōe dixi, hoc de cęteris intelligi volui. Neq; mouet, vel
q̄ nō omnino ad eundē numerū & ordinē opera carnis
in hac epistola enumerauit, atq; in illa ad Corinthios:
vel q̄ spiritalia bona pauciora, pluribus carnalibus vi
tijs oppositis: neque ita ecōtrario vt fornicationibus
castitas, immundiciis mundicia, atq; ita cæteris occurrāt
nō. n. hoc suscepit vt doceret quot sint, sī in quo genere
illa vitāda illa vero expetēda sint: cū carnis & spiritus
nominibus a pœna peccati atq; pcō ad gratiā dñi atq;
iustitiæ nos cōuerti oportere prędiceret: ne deserēdo gra
tiā tēporalē, qua p nobis dñs mortuus est, nō puemā-
mus ad æternā quietē in qua pro nobis dñs viuit: neq;
intelligēdo pœnā tēporalē, in qua nos dñs mortalitate
carnis edomare dignatus est, pœnā sempiternam incidā
mus, quæ pseuerāti aduersum dñm superbię præparata
est. Cū. n. cōmemoratis multis operibus carnis, addidit
& hiȝ similia: satis ostēdit nō se ista examinatiore nume
ro collocasse, sī liberiore sermōe posuisse. Hoc etiam de
spiritalibus fructibus fecit. Nō. n. ait aduersus hæc nō ē
lex: sī, aduersus hmōi: hoc est, siue ista siue etiā cætera
hmōi. Sed tū diligēter cōsiderātibus nō hic oīmō carna
liū spiritaliūq; operū oppositio inordinata atq; confusa
est: Ob hoc autē latet, quia pauciora sunt, vel singula
quibusdam pluribus opponuntur. Nam ex eo quod car
nalium vitiorum in capite posuit fornicationes, in ca-
pite autem virtutum spiritalium charitatem, quem non
diuinarum literarum studiosum faciat intentum ad per-
ferutanda cętera? Si enim fornicatio est amor a legiti-
mo cōnubio solutus, & vagus explende libidinis con
sectando licentiam: quid tam legitime ad spiritalem fœ-
cunditatē coniungitur quam anima deo? Cui quanto fi
xius inhęserit, tanto est incorruptior, Inhęret autem cha
ritate. Recte igitur fornicationi opponitur charitas, in
qua sola est custodia castitatis. Immundiciq; autem sunt
perturbationes de illa fornicatione conceptæ, quibus
gaudium tranquillitatis opponitur. Idolorum autem
seruitus, vltima fornicatio est animæ, propter quam
etiam bellum aduersus Euangelium cum reconcilia-
tis deo furiosissimum gestum est, cuius reliquiæ quan-
uis tritæ inter diu, adhuc tamen recalent. Huic itaque

Fornicatio ḡa.

In sola charita
te est custodia
castitatis.
Idolatria est vl
tima fornicatio
animę.

pax contraria est qua reconciliamur deo, eademq; pace etiam cum hominibus custodita, Veneficiorū, inimicitiarum, contentionum, æmulationum, animositatum, dissensionumque vitia sanantur in nobis. Vt autem ea in alijs, inter quos viuimus, iusta moderatione tractentur, & ad sustinendum longanimitas, & ad curandum benignitas, & ad ignoscendum bonitas militat. Iam vero hæresibus fides, inuidiæ mansuetudo, ebrietatibus, & comessationibus continentia reluctatur. Ne quis sane arbitretur hoc esse inuidiā quod est æmulatio: vicina enim sunt, & propter ipsam vicinitatem plerunque vtrumlibet horū pro altero, vel æmulatio pro inuidia, vel inuidia pro æmulatione ponitur. Sed quia vtrumque hic locis suis dictum est, vtique distinctionem de nobis flagitant. Nam æmulatio est dolor animi cum alius peruenit ad rem quā duo pluresue appetebant, & nisi ab vno haberi non potest. Istam sanat pax, qua id appetimus q̄ omnes qui appetunt si assequantur, vnum in eo fiunt. Inuidia vero dolor animi est, cum indignus videtur aliquis assequi, etiā quod tu non appetebas. Hanc sanat mansuetudo, cum quisque ad iudicium dei reuocans non resistit voluntati eius, & magis ei credit recte factum esse quā sibi quod putabat indignum. Crucifixerunt autem carnem suam cum passionibus & concupiscentijs, sicut consequenter dicit, qui sunt in Christo Iesu. Vnde autem crucifixerūt, nisi timore illo casto permanente in seculum seculi, quo cauemus offendere illum quem toto corde, tota anima, tota mente diligimus? Non enim hoc timore timet adultera ne custodiatur a viro, quo timet casta, ne deseratur. Illi enim tristis est præsentia viri, huic absentia. Et ideo timor ille corruptus est & transire non vult hoc seculū seculi: iste autem castus permanet in seculum seculi. De quo timore crucifigi se optat Prophera cum dicit, Tolle crucem tuam & sequere me. Si spiritu, inquit, viuimus, spiritu & sectemur. Manifestum est certe secundum id nos viuere quod facti fuerimus, sectabimur autem quod dilexerimus. Itaque si ex aduerso existant duo, præceptum iustitiæ & consuetudo carnalis, & vtrūque diligitur, id sectabimur quod amplius dilexerimus: si tantundem vtrunque diligitur, nihil eorum sectabimur, sī aut timore inuiti trahemur in alterutram partē: aut si vtrūque æqualiter etiam timemus, in piculo sine dubio remanebimus, fluctu dilectionis & timoris alternante quassati. Sed pax Christi vincat in cordibus nostris. Tunc enim orationes & gemitus, & in auxilium inuocata dextera misericordiæ dei, sacrificium contribulati cordis non despicit, charitatemque sui amplioremmendationepericuli, de quo liberabit, exsuscitat.

Inuidia & æmulatio vicina sūt.

Aemulatio qd.

Inuidia quid.

Roma.13.

Timor 1.Pe.2. castus Psal.18. quo a Mat.19. seruili &.22. differt.

Psal.118. Matth.16.

Expositio sexti capituli.

Vide pf. psal.19 de christ. ędificio, quo alię auru; argentū & lapides, alij lignū, fœnū & stipulā superędificēt, et i de fide ad Pe. c. 20 & i de fide et opibus.c.14. et 15. & .16.i.1. T. horum, opuscu,

tat. In eo autem illi fallebantur, quod negare quidem non poterant, sectandum sibi esse spiritum sanctum asserebant atque ducem libertatis suæ, sed ad opera seruilia carnaliter conuersi, retrorsum se conari non intelligebant. Propterea non ait, si spiritu viuimus, spiritum sectemur; sed, spiritu sectemur, inquit. Fatebantur enim spiritui sancto seruire oportere, & eum non spiritu suo, sed carne volebant sectari: non spiritaliter obtinente gratiā dei, sed in circuncisione carnali & cæteris huiusmodi spem constituētes salutis. Non efficiamur, inquit, inanis gloriæ cupidi, inuicem inuidentes, & inuicem prouocātes. Prorsus magnifice & omnino diuino ordine, posteaquam eos instruxit aduersus illo a quibus in seruitutem legis seducebātur, hoc in eis cauet ne instructiores facti, & volentes iam calumnijs carnalium respondere contentionibus studeant, & appetitu inanis gloriæ, legis oneribus non seruientes, vanis cupiditatibus, seruiant. Nihil autem sic probat spiritalem uirum, quam peccati alieni tractatio cum liberationem eius potius q̄ insultationem, potiusq; auxilia quam conuitia meditatur, & quantum facultas tribuitur fuscipit. Et ideo dicit, Fratres, & si prœoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis instruite huiusmodi. Deinde ne sibi quisque videatur instruere, etiam cum proterue exagitati rideq; peccantem, aut superbe tanquam insa nabilem detestatur: In spiritu, inquit, mansuetudinis intendens teipsum, ne & tu tenteris. Nihil enim ad miseri cordiam sic inclinat, quam proprij periculi cogitatio. Ita eos nec deesse voluit fratrum correptioni, nec studere certamini. Multi enim homines cum a somno excitātur, litigare volunt: aut rursus dormire, cum litigare prohibentur. Pax igitur & dilectio & communis periculi cogitatio in corde reseruetur: modus autem sermonis, si uel acrius siue blandius proferatur, sicut salus eius quę corrigis videtur postulare, moderandus est. Nam et alio loco dicit. Seruum autem domini litigare non oportet, sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem. Et ne quisquam ex eo putet cessandum sibi esse a correptione erroris alterius, vide quid adiungit, In modestia, inquit, corripientem diuersa sentientes. Quomodo corripientē, nisi cum lenitatem corde retinemus, & aliquam medicāmēti acrimoniam verbo correptionis aspergimus? Nec aliter accipiendum video quod in eadem epistola positum est, Prædica verbum, insta opportune, importune argue, hortare, increpa in omni longanimitate & doctrina. Importunitas enim opportunitati vtique contraria est: neq; omnino vllum medicamentum sanat, nisi quod opportune adhibueris. Quanquam ergo & sic possit distingui

Nihil ita spirita lē virū ꝓbat, q̄ alieni peccati seu delicti tractatio. s̄ quā ū iter delictū, & peccatū inter sit. habes in li.q. sup le uit.q.20.i To.4. Nihil ad miseri cordiam sic ĩcli nat, quā ꝓprij pi culi cogitatio.

2.Ti.2.et ꝓ expōne hēs Au. in 4.de doc.christ. c.28.i To.3. & 1.To.ho. opu.

2.Thi.4.

stingui, insta opportune, vt alius sit sensus, importune argue, deinde cætera contexantur, hortare, increpa cū omni longanimitate & doctrina. Vt tunc opportunus sentiaris cum instas ædificando, cum autem destruis arguendo, non cures etiam si importunus videaris, si hoc est talibus importunum. Ita duo quæ sequuntur, ad duo superiora possunt singillatim referri: hortare cum opportune instas, increpa cum importune arguis. Deinde cætera duo similiter, sed conuerso ordine, referuntur, cum omni longanimitate ad sustinendas indignationes eorū quos destruis, & doctrina ad instruenda eorum studia quos ædificas. Tamen etiam si illo vsitatiore modo distinguatur, insta opportune, quod si hoc modo non proficis, importune: ita intelligendum est, vt tu opportunitatem omnino non deseras, & sic accipias quod dictum est, importune, vt illi videaris importunus qui non libēter audit quę dicuntur in eum: tu tamen scias hoc illi esse opportunum, & dilectionē curamq; sanitatis eius animo teneas māsueto & modesto & fraterno. Multi enim postea cogitantes quæ audierint, & quā iuste audierint, ipsi se grauius & seuerius arguerunt: & quanuis pertur bationes a medico viderentur abscedere, paulatim verbi vigore in medullas penetrante, sanati sunt: quod non fieret, si semper expectaremus periclitantē putrefactis membris, quando vri liberet aut secari. Quod nec ipsi corporis medici attendunt, qui terrenæ mercedis intuitu curant. Quotus enim quisq; reperitur qui ferrum eorū aut ignē nō ligatus expertus sit, cum & illi rarissores sint qui volentes ligari fuerint. Plures enim resistētes et mori se malle clamantes quam illo curari modo, vix linguę ipsa eorum relicta libera omnib. mēbris cōstrinxerunt, neq; ad suū, neq; ad reluctantis, sed ad ipsius artis arbitrium: quorū tamē vocibus conuiciisq; dolentium nec cōmouetur curātis animus, nec quiescit manus. Medicinæ autem cœlestis ministri, aut per odiorū trabē cernere stipulā in oculo fratris volūt, aut tolerabilius mortē videre peccātis, quā ȳbū indignātis audire. Quod nō ita accidisse, si tā sanum animum curando alterius animo adhiberemus, quam sanis manibus illi medici aliena mēbra pertractant. Nunquā itaq; alieni peccati obiurgandi suscipiendū est negociū, nisi cum internis interrogationibus examinātes nostrā cōscientiā, liquido nobis coram deo respondemus, dilectione nos facere. Quod si conuitiū vel mine, vel etiā persecutiones eius quē argueris, lacerauerint animū, si adhuc ille p te sanari posse videbitur, nihil respondeas donec saneris priori: ne forte carnalibus motib. tuis ad nocendū consentias, & exhibeas linguam tuam arma iniquitatis peccato ad

Hortandū, et increpandū, quī et quomodo.

Comparatio.

Matth. 7.

Celestis medicinę ipii magistri quid faciunt.

Aliena peccata cum dilectione obiurganda.

Roma. 6.

reddendum malum pro malo, aut maledictum pro maledicto. Quicquid enim lacerato animo dixeris, punientis est impetus, non charitas corrigentis. Dilige & dic quod voles, nullo modo maledictum erit, quod specie maledicti sonuerit, si memineris sensurisq; te in gladio verbi dei, liberatorem hominis esse velle ab obsidione vitiorum. Quod si forte, vt plerunq; accidit, dilectione quidē talem suscipis actionem, & ad eam corde dilectioni ac cedis, sed in ea agendum surrepserit aliquid dum tibi re sistitur, quod te auferat ab hominis vitio percutiendo, & ipsi homini faciat infestum: postea te lachrimis lauantem huiusmodi puluerem, multo salubrius meminisse oportebit, quam non debeamus super aliorum superbire peccata, quando & ipsa eorum obiurgatione peccamus cum facilius nos ira peccatis iratos, quam miseria misericordes facit. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi: legem vtiq; charitatis. Si autem qñ necessitas nos implet legem qui diligit proximum, dilectioq; proximi cogit aliquē rep̄ etiam in veteribus scripturis maxime commendatur: in hē der, primū co qua dilectione dicit alio loco idem Apostolus, recapitulari omnia mandata legis: manifestum est etiam illā scire sit vitiū quod pturam quę priori populo data est, legem Christi esse, nāq; habemus, quam venit implere charitate, quæ non implebatur ti- & tunc cogitemore. Eadem igitur scriptura & idem mandatum cū bo mus nos et hē nis terrenis inhiantes premit se uos, testamentū vetus: potuisse, vel tale cum in bona æterna flagrantes erigit liberos, testamen qđ habuimus, et tum nouum vocatur. Si enim aliquis, inquit videtur es- iā nō habemus, se aliquid cum nihil sit, seipsum seducit. Non enim eum et tūc tāgat meseducunt laudatores eius, sed ipse potius quia, cum sibi moriā fragilitas sit ipse præsentior quam illi, mauult se in illis quærere cōmunis, vt ilquam in seipso. Sed quid dicit Apostolus? Opus autem lā correctionē ñ suum probet vnusquisque, & tunc in seipso tantum glo- odiū, sed miseriā habebit & nō in altero: id est, intus in cōscientia sua, cordia p̄cedat, st et nō in altero, id est: cū eū alter laudat. Vnusquisq; n. in aūt inuenimus quit, ppriū onus portabit. Nō ergo laudatores nostri mi nos i eodē vitio nuūt onera conscientiæ nostræ, atq; vtinā nō etiā accu ē, nō obiurgemulēt, cū plerūq; ne illis offensis laus nostra minuatur, mus, st cōgemi- aut obiurgatione illos curare negligimus, aut iactanter scamus, et ad pa eis aliquid nostrū ostētamus potius quā cōstanter ostenritet conādū in dimus. Omitte ea quę singunt & mentiuntur de se homi uitemus. Augunes. Propter hominū laudes. Quid enim ista cæcitate ene in de ser. dñi in brosius, ad obtinendā inanissimā gloria errorē hominis morte i T. 4. & zucupari, & deum testem in corde contemneret? Qua- in li. 83. q. q. 71. si vero vllo modo comparandus sit error illius qui re et i de confessu bonum putat, errori tuo, qui hominē de falso bono plaeuā. li. 2. ca. 30. i cere studes, de vero malo displices deo. Iam cæte- T. 4. et sup cuā. ra planissima esse existimo. Nam & illud vsitatum præ- Ioan. trac. 17. in ceptum est, vt prædicatori verbi dei prębeat necessaria Tomo. 9.

cui prędicatur. Ad bona enim opera hortandi erant, vt etiam egenti Christo ministrarent, staturi ad dexteram cum agnis: ut plus in eis operetur dilectio fidei, quam legis posset timor. Neque hoc quisquam maiore fiducia debet præcipere quam hic Apostolus, qui manib. suis victum transigens hæc in se nolebat fieri, vt matre pondere, propter eorum magis vtilitatem qui hæc exhiberent, quam propter eorum quibus, exhiberent ea se monere, omnibus demonstrarer. Quod autem deinde subiũgit, Nolite errare, deus non subsannatur. Quod enim seminauerit homo, hoc & metet. Nouit inter quæ verba perditorum hominum laborent, qui constituuntur in fide rerum earum quas non videt. Vident enim seminationem operum suorum, sed messem non vident. Nec talis eis messis promittitur qualis hic reddi solet, quia iustus ex fide viuit. Quia q̃ seminauerit, inq̃t, in carne sua, de carne metet corruptionem. Hoc dicit de amatoribus voluptatum magis quam dei. In carne enim sua seminat, qui omnia quę facit, etiam si bona videantur, propterea tamen facit vt carnaliter ei bene sit. Qui autem seminauerit in spiritu de spiritu metet vitam ęternam. Semination in spiritu est, ex fide cum charitate seruire iustitię, & nõ obaudire desideriis peccati, quãuis de mortali carne existentibus. Messis autem vitæ ęternæ cum inimica nouissima destruet mors, & absorbebitur mortale a vita, & corruptibile hoc induet incorruptionem. In hoc ergo tertio gradu quo sub gratia sumus, seminamus in lachrymis, cũ existũt desideria de animali corpore: quibus non consentiendo renitimur, vt in gaudio metamus, cum etiam reformato corpore ex nulla parte hominis, vlla nos solicitabit molestia, vllumue tentationis periculum. Nam etiam ipsum animale corpus deputatur in semine. Seminatur. n. corpus animale, ait alio loco: vt ad messem pertineat quod adiunxit, surget corpus spirituale. Huic ergo sententiæ Propheta concinit dicẽs, Qui seminat in lachrymis, in gaudio, Bene autem seminare: id est bene operari, facilius est quam in eo perseuerate. Fructus enim solet laborem consolari, Messis autem nostra in fine promittitur, & ideo perseuerantia opus est. Qui enim perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, Et propheta clamat, Sustine dominum, viriliter age, & confertur cor tuum & sustine dominum. Quod nunc Apostolus, Bonum autem facientes, inquit, nõ infirmemur: proprio enim tempore metemus infatigabiles: itaque dũ tempus habemus operemur bonũ ad omnes, maxime autem ad domest cos fidei. Quos eum credendum est, nisi christianos significare? Omnibus enim pari dilectione vita ęterna optanda est, sed nõ omnibus eadem

Matth.25.

2.Cor.9.

Abacuc.2.

Rom.1.

1.Cor.15.

1.Cor.15.

Psal.125.

Matth.10.
Psal.26

eadem possunt exhiberi dilectionis officia. Deinde cũ docuisset, opera ipsa legis quę sunt salubria, & ad bonos mores pertinẽt, dilectione fidei posse tantummodo impleri, non timore seruili, redit ad illud Vnde tota causa agitur. Vidistis, inquit, qualibus literis vobis scripsi manu mea. Cauet, ne quisquam sub nomine Epistolæ eius fallat incautos. Qui volunt, inquit, placere in carne, hi cogunt vos circuncidi, tantum vt in cruce Christi persecutionem non patiantur. Multum enim perseuerantur Iudæi eos qui videbantur deserere traditas huiusmodi obseruationes: quos ipse quam non timeat satis ostendit, cum tales literas etiam sua manu scribere voluit. Docet ergo timorem adhuc in istis operari tanquam sub lege constitutis, qui ad circuncisionem gẽtes cogerent. Neq; enim qui circuncisi sunt, hi legem custodiunt. Illam enim dicit custoditionem legis, non occidere, non mœchari, non falsum testimonium dicere, & si qua huiusmodi ad bonos mores pertinere manifestum est, quæ nisi charitate & spe bonorum æternorum, quæ per fidem accipiuntur, impleri non posse iam dictum est. Sed volunt vos circuncidi, inquit, vt in vestra glorientur carne: id est, vt nõ solũ nõ patiantur persecutionem a Iudęis, qui nullo modo ferebant incircuncisis legem prodi, sed etiam glorientur apud eos q̃ tam multos proselytos faciunt. Vt enim vnũ proselytum Iudęi faciãt, mare & terram eos circumire solere dominus dixit. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Mundus mihi crucifixus est ait, vt me nõ teneat: & ego mundo, vt eum non teneam. id est, vt neque mundus mihi nocere possit, neq; ego de mundo aliquid cupiam. Qui autem in cruce Christi gloriatur, non vult placere in carne, quia persecutiones carnalium non timet, quas prior vt crucifigeretur ille sustinuit, vt vestigia sua sectantibus prœberet exemplum. Neque enim circuncisio aliquid est, neque præputium. Seruat vsq; in finem illa indifferentiam, ne quis eum putaret, vel in Timothei circuncisione simulate aliquid egisse, vel in cuiusquam agere si forte aliqua talis causa extitisset. Ostendit enim non ipsam circuncisionem obesse aliquid credentibus, sed spem salutis in talibus obseruationibus cõstitutam. Nam & in actibus Apostolorum hoc modo inueniuntur illi circũcisionem persuadere, vt aliter eos qui ex gentibus crediderant saluos fieri negent posse. Non ergo ipsius operis, sed huius erroris perniciem refellit Apostolus. Neq; circuncisio ergo aliquid, neq; præputium, sed noua, inquit, creatura. Nouam creaturam dicit vitam nouam per fidem Iesu Christi: & notandum

Opa legis dilectioe, & ñ timore seruili, posse fieri. idẽ in de val.12.&13.q̃a lex reos facit iudẽdo, et nõ iuuãdo, si gr̃a adiuuat vt lex ipsa tur, ī To.7.& ī isto,2,To.opus.

Matt.15.

Crux xp̃i nr̃a gr̃ia. in de fide & opib.10. & ī li.q. sup exodũ q.154.ī T.4.& sup Ioã.tra.43. in Tom.9.

Supra.5.

Act.15.

uerbum

verbum est. Difficile enim inuenitur creaturam vocari
2.Cor.5. etiam eos qui credendo in adoptionem filiorum venerunt. Dicit tamen & in alio loco, Si qua igitur in Christo noua creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt om
Roma.8. nia noua. Omnia autē ex deo. Vbi autem dicit, Et ipsa creatura liberabitur a seruitute interitus: & postea dicit, Non solum autem, sed & nosipsi primitias spiritus habentes: di cernit eos qui crediderunt ab appellatione creaturæ: quomodo eosdem aliquando homines, aliquā do non homines dicit. Nam exprobans obiecit Corinthiis quodam loco quod adhuc homines essent, vbi ait:
1.Cor.3. Nonne homines estis, & secundum hominem ambulatis? Quomodo eundem dominum etiam post resurrectionem, alicubi non hominem appella sicut in princ p o
Gal.1. huius Epistolæ cum ait, Non ab hominibus neque per hominem, sed per Iesum Christum: alicubi autem homi-
2.Thi.2. nem; sicut illo loco vbi ait, Vnus enim deus, vnus & mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Et qui
Roma.9. cunque, inquit, hanc regulam sectantur, pax super illos & misericordia, et super Israel dei: id est, eos qui vere ad visionem dei præparantur, non qui vocantur hoc nomine, & carnali cæcitate videre dominum volunt, quando gratiam eius respuentes serui esse temporum cupiūt. De cætero, inquit, laborem nemo mihi præstet. Non vult p turbulentas contentiones tædium sibi fieri de re, quantum satis erat, exposita, & in epistola quam ad Romanos scripsit, & hac ipsa. Ego enim stigmata domini Iesu Christi in corpore meo porto: id est, habeo alios conflictus & certamina cum carne mea, quæ in persecutionē
Stigmata. bus quas patior mecum dimicant. Stigmata enim dicū-
Act.10. tur notæ quædam pœnarum seruilium, vt si quis, verbi gratia seruus in compedibus fuerit propter noxiam: id est, propter culpam, vel huiusmodi aliquid passus fuerit, stigmata habere dicatur: & ideo in iure manumissionis, inferioris est ordinis. Nunc ergo Apostolus stigmata voluit appellare, quasi notas pœnarum ex persecutionibus quas patiebatur, Propter culpam enim persecu-
Act.9. tionis, qua persecutus erat Ecclesias Christi, hæc sibi re-
1.Cor.15. tribui cognouerat. Sicut ab ipso domino dictū est Ananiæ, cum idē illū Ananias tanquā persecutorē Christianorum formidaret, Ego illi ostendā, inquit, quæ oportet eum pati pro nomine meo. Verumtamen propter remissionem peccatorum in qua baptizatus erat: omnes

Tribulationes nō ad pniciē, sz ad coronā pau- lo, pficiebant. illæ tribulationes non ei valebant ad perniciem, sed ad coronam victoriæ proficiebant. Conclusio epistole tanquā subscriptio manifesta est. Nā & in nōnullis aliis epistolis ea vtitur, Gratia domini Iesu Christi cū spiritu Vestro fratres. Amen.

DOMINO

CTO IVRE AC MERITO VENERABILI ET PER OMNIA COLENDO AVgustino Episcopo, Hilarius.

EPIST. LXXXVIII.

SANCTITATIS Tuę gratia, quæ omnibus nota est, paruitati meæ p̄ suasit, vt vestris de Syracusano Hipponē remeantibus, has ad laudādā mihi venerabilitatē tuā literas erogarē, poscens summam trinitatē, vt incolumis & vegetus dei nostri fauore hoc meum scriptum ad recēsendum suscipias, domine sancte iure ac merito venerabilis, & per omnia colende. Proinde rogo vt mei memor in sanctis orationibus tuis esse digneris, atque imperitiam nostram informare de eo quod quidam Christiani apud Syracusas exponunt, dicentes, posse esse hominem sine peccato, & mandata dei Quæst.1.
facile custodire si velit. Infantem non baptizatum mor Quæst.2.
te præuentum non posse perire merito, quoniā sine pec- Matth.9.et.22.
cato nascitur. Diuitem manentem in diuitijs suis, regnū Quæst.3.
dei non posse ingredi, nisi omnia sua vēdiderit, nec pro- Quæst.4.
desse eidem posse, si forte ex ipsis diuitiis fecerit manda- Mat.5.
ta: Non debere iurare omnino. Et de ecclesia quæ fit de Quæst.5.
qua scriptū est, non habere rugā neque maculā, vbi hæc Ephe.5.
sit, an in qua nunc congregamur, aī illa quam speramus. Quæst.6.
Quidam autem putant ecclesiam hanc esse quæ nunc frequentatur populis, & sine peccato esse non posse. De his omnibus rogo quantis valeo precibus sanctitatem tuam, vt iubeas nos apertius instrui quo nouerimus. quatenus sentire debeamus. Dei nostri misericordia sanctitatem tuam incolumen conseruet annis innumeris opto, domine sancte iure ac merito venerabilis & per omnia colende.

AVGV-

AVGVSTINVS EPISCOPVS SERVVS CHRISTI ET EIVS ECCLESIE, dilectissimo filio Hilario in domino, S. Epistola. LXXXIX.

EX LITERIS Tuis didici non solum in columitatem tuam, sed etiam religiosum studium tuũ circa verbum dei, & piam curam pro salute tua quæ est in Christo Iesu domino nostro. Vnde gratias deo agens non distuli rescripta persoluere.

Quæstio. 1. ἁνϰμαρτία 1. Ioan. 1. In cõcil. Mileu. cã. 6. 7. et. 8. hęc oĩa determinata sũt, & i cõci. Aphric. can. 81. et. 82. & 83. & in d ecclesiast. dog. recitãt de ỹ b. ad ỹ bus hũ ca. 35. & 36. & 37. i Tom. 1 Mat. 6. & in. 1. To. horum opusc.

SI ERGO Queris in hac vita, vtrum quisquam ita iustitiæ perfectione proficiat, vt hic sine vllo viuat omnino peccato: attende quid dixerit Ioannes Apostolus, quem dominus inter discipulos suos precipue diligebat: Si dixerimus, inquit, peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis nõ est. Si ergo illi de quibus mihi scripsisti, se dicunt esse sine peccato, vides quia seipsos decipiunt, & veritas in eis non est. Si autem se esse peccatores fatentur vt dei misericordiam possint mereri, compescant se ab alijs etiam decipiendis, quibus hanc superbiam persuadere conantur. Omnibus enim necessaria est oratio dominica, quam etiam ipsis arietibus gregis, id est apostolis suis dominus dedit, vt vnusquisque deo dicat: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Cui enim hęc in oratione verba necessaria non fuerint, ipse hic sine peccato viuere pronũciandus est. Quales si aliquos futuros dominus prouideret, meliores vtique quam extiterunt eius apostoli, aliam orationem illos docere, qua non peterent dimitti sibi peccata, quibus in baptismo fuerant omnia iam dimissa. Nam si Daniel sanctus non coram hominibus quasi humilitate fallaci, sed coram deo, id est in oratione qua deum præcabatur, non solum peccata populi sui, sed etiam sua confitebatur, sicut eius ore veridico expressum est: nihil aliud mihi videtur dicendum istis, nisi quod per prophetam Ezechielem cuidam superbo dominus mandat: Nunquid tu sapientior quam Daniel? Sed plane qui misericordia dei adiutus & gratia se ab eis peccatis abstinuerit, quę etiã crimina vocantur, atque illa peccata sine quibus non hic viuitur mundare operibus misericordię & pijs orationibus non neglexerit, merebitur hinc exire sine peccato, quanuis cum hic viueret habuerit nonnulla peccata: quia sicut ista non defuerunt, ita etiam remedia quibus purgarentur, affuerunt. Quisquis autem hac velut occasione comperta cum audierit neminem hic arbitrio suo

Dan. 9.

Ezech. 28.

Aliqua pcã sine ghus hic cõuiuif, opibus misericordiæ, & oronibus mundantur.

suo sine peccato viuere, dederit se libidinis & criminibus nepharijs obligauerit, atq; vsque in diem suum vltimum perduruerit, quaslibet inter hęc eleemosynas faciat, & infeliciter ducit vitam, & infelicius finit. Sed isti vtcunque tolerandi sunt, quando dicũt vel esse vel fuisse aliquem pręter vnum sanctum sanctorum qui nullum haberet omnino peccatum.

ALIVD vero quod dicunt sufficere homini liberũ arbitrium ad dominica præcepta implenda, etiam si dei gratia & spiritussancti dono ad opera bona non adiuuetur, omnino anathematizandum est, & omnibus execrationibus detestandum. Qui enim hoc asserunt, a gratia dei penitus alieni sunt: qui ignorantes dei iustitiam, sicut de Iudęis dicit Apostolus, & suam volentes constituere, iustitię dei non sunt subiecti: Plenitudo quippe legis non est nisi charitas. Et vtique charitas dei diffusa est in cordibus nostris, non per nos ipsos nec viribus proprię voluntatis, sed per spiritumsanctum qui datus e nobis. Valet itaque liberum arbitrium ad opera bona, si diuinitus adiuuetur, qđ fit humiliter petendo & faciẽdo. Desertum vero diuino adiutorio qualibet scientia legis excellat, nullo modo habebit iustitiæ soliditatem, sed inflationem impiæ superbiæ, & exitiosum tumorem: docet hoc eadem ipsa dominica oratio. Frustra enim rogantes deum dicimus, Ne nos inferas in tentationem: si hoc in nostra sic positum est potestate, vt nullo illius adiutorio id valeamus adimplere. Dictum est enim, Ne nos inducas in tentationem: quod intelligitur ne nos inferri desertos permittas. Fidelis enim deus, ait Apostolus, qui non vos permittit tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam exitum, vt possitis sustinere. Vt quid hoc dixit deum facere, si hoc sine ipsius adiutorio in sola nostra est potestate? Nam & ipsa lex in hoc data est illis, qui ea legitime vtuntur, vt per illam sciant, vel quid iustitię acceperint, vnde gratias agãt, vel quid adhuc eis desit, quod instanter petant. Qui autem sic audiunt quod ait lex, Nõ concupisces: vt hoc quia didicerint, sufficere sibi arbitrentur, nec adiutorio gratię dei ad faciendum quod iussum est dari sibi virtutem credant & petãt, ad hoc eis lex subintrauit vt abũdaret delictum, quod dictum est de Iudęis: Parum enim est quia non implent quod præcepit lex, Non concupiscęs: sed insuper superbiunt, & ignorantes dei iustitiam, id est quam deus dat, qui iustificat impium, & suam volentes constituere tanquam suæ voluntatis viribus factam, iustitiæ dei non sunt subiecti. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credendi, qui vtiq; ideo venit vt vbi abundauit delictum, superabundet gratia. Cui gratię

Quæstio. 11. De libe. arbitrio. Rom. 10. Rom. 13. Rom. 5. Christus ẽ finis

Rom. 5

Exo. 20. Deut. 5. Rom. 5. Gal. 3. Rom. 10.

Rom. 10. 4. & 5. et i cõci. Aphr. cã. 78. et 79. & 80. et d cõse. dist. 4 ca. placuit et. c. qsquis dixerit grã & c. placuit vt quicũq; dixerit, & d eccl. dog. a c. 11. vsq; ad 34. inclusiue, Mat. 6. & a. c. 40. vsq; ad. 46. inclusiue i To. 3. & in. 1. To. ho. opuscu. 1. Cor. 10.

pficiẽs et nõ cõsti-

tuens. Ro.10. i expo sitione psal.29. in To.8.& in.1 Tom.ho. opus.

Matth.5. Ioel.2. Rom.10.

Matth.9.

Ppsal.32.

Comparatio.

Volũtas nra tã to liberior quãto sani,& tanto sanior quanto magis di ming uo luntatis Psal. 118. subiectior.

Rom.10.

Quod lex ipe rat fides ipetrat i de gra.et li.ar. ad Val.c.12. &

tię si fuerunt inimici,dei ignorantes iustitiam, & suam volentes constituere,quare sunt & isti inimici, si in eum crediderunt,quem illi occiderũ? An vt illi accipiant prę miũ,qui occiso Christo sua simpietatẽ accusauerunt, & se illius gratię cognitę subdiderunt:& isti portent iudici um,qui sic in Christũ volũt credere,vt eius ipsam gratiã conentur occidere? Ad hoc quippe in eum credunt qui recte credunt,vt esuriant sitiantque iustitiam, & eius gratia saturentur. Omnis enim sicut scriptum est, qui innocauerit nomen domini, saluus erit . Non vtique salute corporis quam multi habent,& qui non inuocãt nomen domini,sed illa salute de qua ipse dicit: Non est opus sanis medicus,sed ęgrotãtibus:& quid dixerit,cõ sequenter exponens:Non veni, inquit, vocare iustos, sed peccatores.Iustos ergo sanos,peccatores autem dixit ęgrotos.Non itaque de suis viribus pręsumat ægro tus,quia in multitudine virtutis suæ non erit saluus:nã si inde pręsumit, videat ne vires istæ non sint quales solent esse sanorum,sed quales solent esse phreneticorum: qui cum sint insani,adeo se sanos putant, vt nec medi cum quęrant,& tanquam importunum insuper cædant: sicut isti Christum in sana superbia quodãmodo cędunt, cuius gratię tam benignum adiutorium ad faciendam iustitiam dato legis præcepto necessarium non esse con tendunt.Desinant ergo sic insanire,& ad hoc se intelligant habere quantum possunt liberum arbitrium,nõ vt superba voluntate respuãt adiutorium,sed ut pia volun tate inuocent dominũ.Hęc enim volũtas libera tanto erit liberior,quãto sanior:tãto aũt sanior,quãto diuinę misericordię gratiæ q̃ subiectior.Ipsa quippe fideliter orat & dicit:Itinera mea dirige secundũ verbũ tuum,& ne dominetur mihi omnis iniquitas.Quomodo enim libera est,cui dominatur iniquitas? Vt ei autem non dominetur,vide ab illa quis inuocetur.Non enim ait:Itinera mea dirige secundum liberum arbitrium quia non dominatur mihi omnis iniquitas:sed,Itinera mea,inquit,dirige secundum verbum tuum,& ne dominetur mihi omnis iniquitas. Præcatur,non pollicetur:confitetur, non profitetur: optat plenissimam libertatem, non iactat propriam potestatem . Non enim omnis qui viribus suis confidit, sed omnis qui inuocat nomen domini, saluus erit . Quomodo autem inuocabunt, inquit, in quem non crediderunt ? Ad hoc ergo credunt, qui recte credunt, vt inuocent in quem crediderunt, & valeant facere quod in præceptis legitimis acceperunt , quoniam id quod lex imperat , fides impetrat. Nam vt interim omittamus legis multa præcepta, & hoc inde commemoremus quod ad commemoran-

dum

dum elegit Apostolus,cum dicit lex,Non concupisces: quid videtur aliud imperare, nisi ab illicitis cupiditatibus continentiam? Animus quippe velut pondere, amore fertur quocunque fertur . Iubemur itaque detrahere de pondere cupiditatis,quod accedat ad pondus charitatis,donec illud consumatur,hoc perficiatur. Plenitudo enim legis est charitas:& tamen de ipsa continentia vide quid scriptum sit:Et cũ scirem,inquit, quia nemo potest esse continens nisi deus det,& hoc ipsum erat sapientiæ,scire cuius esset hoc donum,adii dominum &de precatus sum illum.Nunquid dixit:Et cum scirem quia nemo potest esse continens, nisi per proprium liberum arbitrium,& hoc ipsum erat sapientiæ,scire a me ipso est hoc bonum? Non plane hoc dixit,quod quidã in sua vanitate dicunt,sed quod fuit i sanctę scripturæ veritate dicendum. Cũ scirem,inquit,quia nemo esse potest continens,nisi deus det . Iubet ergo deus continentiam,& dat continentiam:iubet per legem,dat per gratiam:iubet per literam,dat per spiritum . Lex enim sine gratia facit abundare delictum,& littera sine spiritu occidit.Iubet ideo,vt facere iussa conati,et i nostra infirmitate sublege fatigati,adiutorium gratiæ poscere nouerimus,& si quid facere potuerimus operis boni,ei qui adiuuans nõ simus ingrati,hoc et ipse fecit.Id enim eum sapientia docuit cuius esset hoc donũ.Neque enim voluntatis arbitriũ ideo tollitur, quia iuuatur:sed ideo iuuatur,qa nõ tollitur.Qui enim deo dicit,adiutor meus esto,confitetur se velle implere quod iussit,sed ab eo qui iussit,adiutorium poscere vt possit.Sic & iste,cum sciret neminẽ esse posse continentem,nisi deus det,adiit dominum & deprecatus est:vtique volens adiit , volens deprecatus est,nec petisset,nisi esset voluntas.Sed nisi petisset,quantum posset voluntas?Quia & si posset antequam petat, quid ei prodest, nisi illi agat gratias ex eo quod potest, a quo petendũ est quod nondũ potest ? Vnde etiam qui iam continens est,non habet vtique continentiam,nisi adsit voluntas:sed nisi accepisset , quid haberet voluntas?Quid enim habes,inquit,quod non accepisti?Si autem accepisti , quid gloriaris quasi non acceperis ? Id est , quid gloriaris quasi a teipso habeas , quod si non accepisses , a teipso habere non posses . Hoc autem dicrum est vt qui gloriatur , non in seipso sed in domino glorietur:& qui nondum habet vnde glorietur , non a seipso speret,sed dominum precetur.Satius est enim minus quęque habere quod a deo petat,quam plus habere quod sibi tribuat:quoniã expedit ab imo surgere:quã ex alto cadere.Deus enim, scriptũ est , superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiam,Ad abundantiam igitur de

lictorum

Exo.20. 29. & Deut.5. 30. in Rom.7. To.7. & in Aius ve isto T. lut op. et i Ro. põ- de spũ 13. de & li.25 8.2.8 re, vsq3 in amore fine li.i fertur 3. To. quocũ- ho. op. que fertur. Nã pondus est ipetus vniuscuiusq3 rei conã tis ad 1.Cor.3. locum suũ.Au.in ppf ps. 29.i T.8. et i 1. T.ho.opuscul. Iubet deus con tinẽtiã,et dat cõ tinẽtiã , et iubet p legẽ,dat p gra tiã,iubet p literã,et dat p spiri tũ,idẽ de grat.et li.ar.ad Val.16. et suppf. 56.et i ex.3.ca. epi. ad Gal.i T.4. et in isto.2.T. opu.et i de cor. & gra. 12.et i de pd.sã. ca.10.i T.7.et i 3. T.ho.op.

1.Cor.4.

Volũtas nõ ha beret cõtinẽ tiã,nisi illã a dõ accpisset,idẽ i dẽ grã et li.ar.ad Val.c.4 et in epi. Iac.4 5. epis.in fra i isti.1.T.op.

lictorum lex nos docet quid velle debeamus, nisi adiuuet gratia, vt quod volumus, valeamus, & quod valuerimus, impleamus. Adiuuabit autem, si non de nostris præsumentes, alta sapiamus: sed humilibus consentientes, & de ijs quæ iam possumus, gratias agamus, & pro ijs quæ nondum possumus, deū suppliciter inhiante voluntate poscamus, adminiculantes orationem nostram nunc fructuosis operibus: dando, vt detur vobis: dimittendo, vt dimittatur nobis.

Roma.12.

Matt.6.

Quæstio tertia de peccato originis.

QVOD Autem dicunt infantem morte præuentum, non baptizatum perire non posse, quoniam sine peccato nascitur: non hoc dicit Apostolus: & arbitror esse melius, vt Apostolo potius quam istis credamus. Dicit enim ille doctor gentium, in quo Christus loquebatur: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertrāiit, in quo omnes peccauerunt. Et paulopost dicit: Nam iudicium quidem ex vno delicto in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Proinde isti, quem forte inuenerint infantem non ex illius vnius hominis concupiscentia procreatum, ipsum dicant illi damnationi non esse obnoxium, nec per Christi gratiā ab illa damnatione esse liberandum. Quid est enim, Ex vno delicto in condemnationem: nisi illo delicto quo deliquit Adam? Et quid est, Ex multis delictis in iustificationem: nisi quia Christi gratia non solum illud delictū soluit, quo obstringuntur infantes ex illo vno homine procreati, sed etiam multa delicta: quæ cum creuerint homines, addunt malis moribus suis? Tamen & illud vnū quo est obligata propago carnalis, quæ ab illo primo homine originem ducit, sufficere dicit ad cōdemnationem, Ideo non est superfluus baptismus paruulorum, vt qui per generationem illi condemnationi obligati sunt, per regenerationem liberentur. Et sicut non inuenitur homo, qui ab eadem condemnatione soluatur: sic non inuenitur homo, qui præter Christum spiritaliter regeneretur. Carnalis autem generatio delicto illo vni & damnationi eius obnoxia est, spiritalis vero regeneratio nō solum illud vnum propter quod baptizantur infantes, sed multa delicta facit aboleri, quæ homines male viuendo ad aliud in quo generati sunt, addiderunt. Ideo sequitur & dicit: Si enim ob vnius delictum mors regnauit per vnum, multo magis qui abundantiam gratiæ & iustitiæ accipiunt, in vita regnabunt per Vnum Iesum Christū. Itaque sicut per vnius delictum in omnes homines ad condemnationem, ita per vnius iustificationē in omnes homines ad iustificationē vitæ: sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi, ita

Roma.5.

Baptismus nō ē superfluus, sz necessarius vt paruuli ab originali liberent, qđ & determinatū fuit ab ecclesia, vt hr in Conci. Mileuit. cā.2. et in cōci. aphric. cā.77. Ro.5. i.1.T. cōci. & i de eccleſiaſt.dog ma.c.9.i.1.T. ho.opu. et ifra i isto.2.T.opu.

ita per vnius obedientiā iusti costituuntur multi. Quid ad ista dicturi sunt? aut quid eis restat, nisi vt Apostolū errasse contendant? Clamat vas electionis, doctor gentium, tuba Christi: Iudicium ex vno in condemnationē. Et reclamant isti, asserentes paruulos quos ex illo vno homine de quo loquitur, ducere propaginem confitentur, non ire in condemnationem, etiam si non fuerint baptizati. Iudicium, inquit, ex vno in cōdemnationem. Quid dicit, Ex vno, nisi delicto? sequitur enim: Gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Ergo inde iudicium etiam ex vno delicto ducit in condemnationē: hinc autem gratia etiam ex multis delictis ducit in iustificationem. Quapropter si non audent resistere Apostolo, exponant nobis quare iudicium ex vno delicto ducat in condemnationem, cum ex multis delictis homines damnandi veniant ad iudicium? Aut si propterea ita dictum putant, quia initium peccati ex Adam factū est, quod imitati cæteri sunt, vt sic ex vno illo delicto in iudicium condēnationemque traherentur, qui eum imitando multa peccarunt: cur non etiam de gratia & iustificatione sic dictum est? Cur non dixit similiter: Et gratia ex vno delicto in iustificationē? Sicut enim hominū multa delicta, inter illud Vnum quod imitati sunt, & iudicium quo puniuntur, media reperiuntur, ab vno quippe ad multa uenerunt, vt a multis ad iudicium damnationemque ducerentur: sic eadem multa delicta inter hoc ipsum vnum cuius imitatione commissa sunt, & gratiam qua dimittuntur, eodem modo media sunt, quoniā ex illo vno ad multa venerunt, vt ex multis ad gratiā iustificandi venirent. Cum ergo in vtroque, id est & iudicio & gratia, quod attinet ad vnum & multa delicta, vna eademque ratio sit, dicant isti nobis quare iudiciū dixerit ex vno delicto ducere in condemnationē, gratiam vero ex multis delictis in iustificationem: aut acquiescant ideo sic esse dictum, quia in hac causa duo cōstituuntur homines: Adam ex quo consistit generatio carnalis, & Christus, ex quo regeneratio spiritalis. Sed quia tantū ille homo, iste aūt & deus & homo, nō quo modo illa generatio vno delicto obligat, quod est ex Adam, ita ista regeneratio Vnū delictū solum soluit, qđ est ex Adam, Sed illi quidē generationi sufficit ad cōdēnationem vnius delicti cōnexio, quicquid.n. postea hominēs ex malis suis operibus addunt, nō pertinet ad illā generationem, sed ad humanam conuersationem: huic autem regenerationi non sufficit illud delictum tantum modo soluere, quod ex Adam trahitur, sz quicquid etiā postea ex iniquis operibus humanę conuersationis accedit, Ideo iudiciū ex vno in condēnationē, gratia autē ex multis

in epist. Aug. ad Sixtū pſb. & in epist. 2. ad. Val.

Peccatū originale, peccatū imitationis dicebāt Pelagiani, idē ad Au. in. li. Hypo. cōtra pelag. c. 1. I To. 7. & in. 3. To. horum opusc.

Ad dānationē sufficit delictum originis.

ex multis delictis in iustificationem. Si enim ob vnius delictū mors regnauit per vnū, a quo delicto parvuli p baptismum expiantur, multo magis qui abundantiam gratiæ & iustitiæ accipiunt, in vita regnabunt per vnū Iesum Christum: multo magis vtique in vita regnabūt, quia æterne vitę regnum erit, mors autem in eis tēpora liter transit, non in æternū regnabit. Itaque sicut per vnius delictum in omnes homines ad condemnationem, de qua condemnatione paruuli per sacramentū baptismi liberandi sunt, ita per vnius iustificationem in omnes homines ad iustificationē vitæ. Et hic omnes dixit & ibi, & non quia omnes homines venirent ad gratiā iustificationis Christi, cū tā multi alienati ab illa, in æternum moriantur: sed quia omnes qui renascuntur in iustificationem, non nisi per Christum renascuntur: sicut omnes qui nascuntur in condemnationem, non nisi per Adam nascuntur. Nemo quippe est in illa generatione præter Adā, nemo in ista regeneratiōe pter Christū: ideo oēs & oēs: eosdē aūt oēs etiā multos postea dicit, adiungēs: Si cut.n.p inobediētiā vnius hois, peccatores constituti sunt multi: sic & per vnius hominis obediētiā, iusti cōstituuntur multi. Qui multi? nisi quos iam paulo ante omnes dixerat. Vide quemadmodum commendat vnum & vnū, id est Adam & Christum: illum ad condemnationem, hunc ad iustificationem: cum tanto post Adā venerit Christus in carne: vt sciamus etiam antiquos iustos, quicunque esse potuerunt, non nisi per eandem fidē liberatos, per quam liberamur & nos, fidē scilicet incarnationis Christi, quæ illis prænunciabatur, sicut a nobis facta annunciatur. Ideo idem Christū hominē dicit, cum sit & deus, ne quis existimet antiquos iustos per deū tātūmodo Christū, id est per verbū quod erat in principio, nō etiā per fidē incarnationis eius, qua & hō Christus dicitur, potuisse liberari. Sententia quippe ista destrui nō potest, de qua & alibi dicit: Per vnū hominem mors, & per vnū hominē resurrectio mortuorum. Sicut n.in Adam omnes moriūtur, ita & in Christo oēs viuificabuntur. Vtique resurrectionem dicit iustorū, vbi est vita eterna: non resurrectionem iniquorū, vbi mors erit æterna. Ideo aut, viuificabuntur: quia illi damnabuntur. Hinc & in veteribus sacramentis circuncisio paruulorum octaua die fieri præcepta est, quoniam Christus in quo sit delicti carnalis expoliatio, quam significat circuncisio, die dominico resurrexit, qui post septimū sabbati octauus est. Hæc ergo fides etiam antiquorū iustorū fuit. Vnde & apostolus dicit: Habētes aūt eūdē spiritum fidei, propter quod scriptū est, Credidi propter quod locutus sum: & nos credimus propter quod & loquimur

Oēs ꝺ renascūtur, nā p xp̄m renascūt & vid ꝑ ista locutiōe Au. i de cor. & gra. 14. & 15. To. 7. & i T. 5. horū opus.

Ioan. 1.

2. Cor. 15.

Gene. 17.

2. Cor. 4.

Psal. 115.

non diceret, Eundem spiritum fidei: nisi admonens etiā antiquos iustos habuisse ipsum spiritum fidei, hoc est incarnationis Christi. Sed quia illis futura prænunciabatur, quę iam facta a nobis annunciatur, & tempore Veteris testamenti velabatur, quæ tempore Noui testamenti reuelatur: ideo eius sacramenta variata sunt, vt alia esset in Veteri testamento, alia in Nouo, cum fides varia non sit, sed vna sit: quia sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur. Quod vero illis verbis quæ tractabamus adiungit, & dicit, Lex autem subintrauit vt abundaret delictum, iam non pertinet ad illud delictum, quod trahitur ex Adam, de quo dicebam superius, Mors regnauit per vnum: legem quidem siue naturalem intelligamus, quę in eorum apparet ætatibus qui iam ratione vti possunt: siue conscriptam, quæ data est per Moysen, quia nec ipsa viuificare potuit, & liberare a lege peccati & mortis quę tracta est ex Adam, sed magis addidit prævaricationis augmenta: Vbi enim lex non est, ait idem Apostolus, nec prævaricatio. Proinde quoniam lex est etiam in rationē hominis, qui iam vtitur arbitrio libertatis naturaliter in corde conscripta, qua suggeritur ne aliquid faciat quisque alteri, quod pati ipse non vult: secundum hanc legē prævaricatores sunt omnes, etiam qui legem per Moysen datam non acceperunt, de quibus in psalmo legitur: Prę uaricatores æstimaui omnes peccatores terræ. Non enim omnes peccatores terrę legem per Moysen data prævaricaruntur: sed tamen nisi aliquam prevari cassent, non appellarent prevaricatores. Vbi enim lex non est, nec prævaricatio. Prævaricata ergo lege quæ in paradiso data est, nascitur homo ex Adam cum lege peccati & mortis, de qua dicitur: Video aliam legem in mēbris meis repugnantē legi mentis meę, & captiuū me ducētem in legem peccati, quę ē ex membris meis: q tamen nisi mala postea consuetudine roboretur, facilius vincitur, non tamen nisi gratia dei: lege autem alia prævaricata, quæ est in vsu rationis animæ rationalis in ęta te hominis iam ratione vtentis, prævaricatores fiunt omnes peccatores terrę: prævaricata vero lege etiam illa, quæ data est per Moysen, multo amplius abundat delictum. Si enim data esset lex, quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed concluſit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Hęc verba si agnoscis, apostolica sunt, de qua lege iterum dicit: Lex prevaricationis grā tia posita est, donec veniret semen, cui promissum est dispositum per Angelos in manu mediatoris: Christum commendans, cuius gratia salui fiunt omnes siue parnon

rūt spiritū fidei, et sic tēpora variata sunt, & nō fides, vt igit au. teris testamenti velabatur, quæ tempore Noui testamen sup Euan. Ioā. trac. 45. i T. 9.

Rom. 7.

Inde spiri. & lit. c. 28. fusius i T. 3. horum opusc.

Matth. 6.

Psal. 118.

Gen. 2.

Rom. 7.

Gal. 3.

uuli a lege peccati & mortis, cum qua nati sumus: siue maiores, qui male vtentes arbitrio voluntatis, prę uaricati sunt legem naturalem ipsius rationis: siue qui le
Ioan.11. gem acceperunt, quæ data est per Moysen, eamque præ uaricantes litera occisi sunt. Cum vero etiam euangelica præcepta homo ꝓuaricatur, velut quatriduanus mortuus putet: nec de illo tamen desperandum est propter eius gratiam, qui non lente dixit, sed magna voce clamauit: Lazare, veni foras. Lex ergo subintrauit vt abū daret delictum, siue cum homines negligunt quod deus iuber, siue cum de suis viribus præsumentes, adiutoriū gratiæ non implorant, & addunt infirmitati superbiā. Cum autem vocatione diuina intelligant cur sit ingemiscendum, & inuocant eum in quem recte credunt, dicen
Psal.50. tes: Miserere mei deus secundum magnam misericordiā
Psal.31. tuam. et, Ego dixi, domine miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi: in tua iustitia viuifica me. Et,
Psal.40. Viam iniquitatis amoue a me, & lege tua miserere mei.
Psal.25. Et, Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatorū
Psal.118. non moueant me. Et, Itinera mea dirige secundum ver
Psal.36. bum tuum, & ne dominetur mei omnis iniquitas. A domino enim gressus hominis diriguntur, & viam eius voler. Et alia multa, quæ propterea scripta sunt, vt nos admonerent ad implenda ea quę nobis iubentur. Cū ergo se homo ad illū extenderit, & sic ingemuerit, fiet quod
Roma.5. sequitur: Vbi abundauit delictum, superabūdauit et gra
Luc7. tia. Et, Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit
Roma.7. multum. Et diffunditur in corde charitas dei, vnde fiat legis plenitudo non per vires arbitrii quod est in nobis, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. Nouerat quippe ille legem, qui dicebat: Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem: & tamen adiungebat, Video autē aliam legem in mēbris meis repugnā tem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in legē peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo, qs me liberabit de corpore mortis huius: Gratia dei p Iesum Christum dominum nostrū. Cur non dixit potius, Per meum liberum arbitrium: nisi quia libertas sine gratia non est libertas sed contumacia. Cum ergo dixisset Apostolus: Lex subintrauit vt abundaret delictum: vbi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia, Sequutus adiunxit: Vt quemadmodū regnauit peccatum in morte, sic & gratia regnet per iusticiam in vita æterna per Iesum Christum dominum nostrum. Modo cum dixisset, vt quemadmodum regnauit peccatum in mor
Roma.5. te, nō ait, Per vnum hominem, aut per Adam: quia iam dixerat, Lex subintrauit vt abūdaret delictū: quę abundantia delicti nō pertinet ad primi hominis propaginē, sed

Libertas sine gra nō ē libertas, sed contumacia.

sed ad cōuersationis humanæ prævaricationē, quæ illi vni delicto, quo solo obstricti tenentur infantes, iam in maioribus ætatibus ex abundantia iniquitatis adiecta est. Sed quoniam hoc totum, etiā quod non pertinet ad illius vnius delicti originē, tamen idonea est soluere gratia saluatoris: ideo cum dixisset, Sic & gratia regnet per iustitiam in vita æterna: addidit, Per Iesum Christum dominum nostrum. Nullæ itaque argumentationis contra hæc apostolica verba prolatę, impediant paruulos ad salutē, quę est in Christo Iesu domino nostro. Tanto magis enim pro eis loqui debemus, quanto ipsi pro se loqui non possunt. Per vnum hominem intrauit peccatū in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiuit, in quo omnes peccauerunt. Sicut ab illo vno homine, sic ab eodem peccato infantes inimunes esse nō possunt, nisi ab eius reatu per Christi baptismum resoluantur. Vsque enim ad legem peccatū in mū do fuit. Non quia deinceps in nemine fuit, hoc dictum est, sed quia non poterat per literam legis auferri, quod solo poterat spiritu gratię. Ne quisquam ergo fidens de viribus non dico voluntatis, sed potius vanitatis suæ putaret libero arbitrio legem potuisse sufficere, & Christi gratiam derideret: ideo ait Apostolus, Vsque enim ad legem peccatum in mundo fuit, peccatum autem nō deputabatur, cum lex non esset. Non dixit, Non erat sed, non deputabatur: quia lex non erat qua arguē te demonstraretur, siue lex rationis in paruulo, siue lex literę in populo. Sed regnauit, inquit, mors ab Adā vsq; ad Moysen, quia nec lex data per Moysen potuit regnum mortis auferre, quod sola Christi abstulit gratia. In quos autem regnauerit vide: in eos, inquit, qui non peccauerunt in similitudine prævaricationis Adæ, Regnauit ergo & in eos qui non peccauerunt. Sed cur regnauerit, ostendit cum ait, In similitudine prævaricationis Adæ. Iste est enim melior intellectus horū verborum, vt cū dixisset: Regnauit mors in eos qui nō peccauerunt, quasi nos moneret quare in eos regnauerit qui non peccauerunt, adderet, In similitudine prævaricationis Adæ, id est quia inerat eorum in mēbris similitudo prævaricationis Adæ. Potest & sic intelligi, Regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen, & in eos qui non in similitudine prevaricationis Adæ peccauerunt, quia in semetipsis cum iam nati essent, nec ratione adhuc vterentur qua ille vtebatur quando peccauit, nec præceptum accepissent quod ille transgressus est, sed solo originali vitio tenerentur obstricti, per quod eos regnum mortis traheret ad condemnationē. Quod regnū mortis in eis tantum non est, qui Christi gratia renati,

Lex data per Moysen nō potuit regnū mortis auferre, qđ sola Xpi abstulit gra, idē in de spiri. et lit. 29 & 30. i To. 3. & in 3. To. ho. opus.

Roma.

ad eius regnum pertinent: quoniam mors temporalis, quamuis & ipsa de originali delicto propagata sit, corpus in eis interimit, animam vero ad pœnam non trahit, vbi voluit regnum mortis intelligi: vt anima renata per gratiam, iam non moriatur in gehennam, id est a vita dei non alienetur, non separetur. Temporalis autē mors corporis, etiam in iis qui Christi morte redimuntur, relinquatur interim ad exercitationem fidei, & agonem præsentis luctationis, in quo & martyres certauerunt; 1.Cor.15. absumatur vero & in ipsa in renouatione corporis, quam resurrectio pollicetur. Ibi enim penitus abforbebitur mors in victoriam, Rom.5. cui modo gratia Christi adimit regnum, ne suorum animas ad pœnas tartari trahat. Nōnulli sane codices nō habent, in eos qui nō peccauerunt, sed in eos qui peccauerunt in similitudine prēuaricationis Adæ. Quibus quidem verbis nullo modo iste sensus auferetur, secundum hoc quippe intelliguntur peccasse in similitudine prævaricationis Adæ, secundū quod supra dictum est, In quo omnes peccauerunt. Sed Græci codices autem Græci codices, vnde in Latinum scriptura translata est, illud plures habent quod diximus. Quod non adiunxit de Adā, qui est forma futuri. Neque hoc vno intelligitur modo: aut enim forma Christi a cōtrario est, quemadmodum in illo omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificentur: & quomodo per ipsius inobedientiam peccatores constituti sunt multi, sic per illius obedientiam iusti constituantur multi. Aut formam futuri eum dixit, quod ipse instixerit formam mortis posteris suis. Illa tamē est melior intellectus, vt a cōtrario forma esse credatur, quam multum commendat Apostolus. Denique ne omnino ex æquo in hac formæ eadem Rom.5. contraria pensentur, adiungit & dicit: Sed non sicut delictum ita & donatio. Si enim ob vnius delictum multi mortui sunt, multo magis gratia dei, & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi in multos, abundabit: vt intelligatur non in magis multos, cum iniqui magis multi sunt qui damnabunt, sed magis abundabit: quod in iis qui per Christum redimuntur, temporaliter valet forma mortis ex Adam, in æternum autem valebit vitę forma per Christum. Quamuis ergo, inquit, Adam futuri forma sit a contrario, plus tamen præstat Christus regeneratis, quam eis nocuerat ille generatis: & non sicut per vnum peccātem, ita est & donum. Nam iudiciū quidē ex vno in condēnationē, gratia autē ex multis delictis in iustificationem. Non solum in hoc, inquit, non æqualis est forma, quia ille temporaliter nocuit eis, quos in æternum Christus redemit: verum etiā quia illius vno delicto potieri nisi a Christo redimantur, traduntur in condemnationem

tionem. Christi autem redemptio etiā multa delicta dissoluit, quæ illi vni abundantia prævaricatricis iniquitatis adiecit, vnde iam superius disputauimus. Contra hęc apostoli verba sanumq; intellectum neminī acquiescas, si uis Christo & in Christo viuere. Nam si, quemadmodum illi dicunt, propterea ista commemorasset Apostolus, ut intelligeremus ad primum hominem peccatores ideo pertinere, quia non delictum ex illo nascendo traximus, sed eum imitando peccauimus, diabolum potius ponueret: qui & prior peccauit, & de quo nullam substātiæ propaginem traxit genus humanū, sed eum sola imitatio subsequuta est: vnde dicitur pater impiorum, sicut noster dicitur pater Abraham propter imitationem fidei, non propter originem carnis. Nam ideo de ipso diabolo dictum est: Imitatur autem illum qui sunt ex parte ipsius. Deinde si propter imitationem hoc loco Apostolus cōmemoraret primum hominem, quia primus peccator in hominibus fuit, vt ideo ad illum omnes homines peccatores diceret pertinere: cur non secundū Abel posuit, qui primus in hominibus iustus fuit, ad quem iusti omnes propter imitationem iustitiæ pertinerent, sed posuit Adam, contra quem non posuit nisi Christum? Quia sicut ille homo delicto suo vitiauit posteritatem suam, sic ille deus homo iustitia sua saluauit hæreditatē suam. Ille trahendo carnis immunditiam quod nō poterat impius diabolus, ille donando spiritus gratiam, quod non poterat Abel iustus. Multa de iis quæstionibus in aliis nostris opusculis & ecclesiasticis sermonibus diximus, quoniam fuerunt etiam apud nos quidam qui vbicunque poterant hæc sui erroris noua semina spargerent, quorum nonnullos per ministerium nostrū fratrumque nostrorū misericordia domini ab illa peste sanauit. Nec tamen hic deesse aliquos arbitror, maxime apud Carthaginem, sed iam occulte musitant timentes ecclesiæ fundatissimam fidem. Nam vnus eorum nomine Cœlestius in eiusdem ciuitatis ecclesia iam ad presbyterii honorem surrepere cœperat, sed fidelissima libertate fratrum propter has ipsas contra Christi gratiam disputationes vsque ad iudicium episcopale perductus est, tamen coactus est confiteri propter baptizādos paruulos, quo & ipsis redemptio sit necessaria. Vbi quanquā noluerit de originali peccato aliquid expressius discere, tamen ipso redemptionis nomine non parum sibi præscripsit. Vnde enim redimēdi sunt nisi a diaboli potestate, in qua cē nō possent, nisi originalis obligatiōe peccati? Aut quo pcio redimunt, nisi Xpi sanguine, de quo aptissime scriptū est, q̄ in remissionem effusus sit peccatorum? Mat.26. Sed q̄a magis coniuctus & ab ecclesia detestatus quam

Badēro, ī hypognosticon cōtra Pelagianos .c.1 ī T.7.et ī .T. ho.op.et ifra in epist.5. epi.q̄ ē 95.i.2.T.operū diui Augu. Sap.2.

Cœlestius Pelagianus retractauit.

correctus & pacatus abscesſit, Veritus ſum ne forte ibi ſit ipſe qui veſtram fidem perturbare conatur. Ideo nominis ipſius commemorationem putaui eſſe faciendam. Sed ſiue ipſe ſit, ſiue alii cõſortes eius erroris: plures enim ſunt quam ſperare poſſumus, & vbi non redarguuntur, etiam alios ad ſuam ſectam ſeducunt, & ſic crebreſcunt vt neſciam quo ſint erupturi: nos tamen malumus eos in eccleſiæ compage ſanari, quam ex illius corpore velut inſanabilia membra reſecari, ſi tamen hoc permittit ipſa neceſsitas. Timendum eſt enim, ne plura putreſcãt dum putribus parcitur. Potens eſt autem miſericordia domini noſtri, quæ potius eos ab hac peſte liberet, qã ſine dubio faciet ſi fideliter aduertant reneantque quod

Ioel.2. Rom.10. ſcriptũ eſt: Qui inuocauerit nomen domini, ſaluus erit.

Quæſtio. IIII. de relinquendis facultatibus. Mat.19. In exp. pſ.143. in Tom.8. idem & fuſius.

AVDI iã pauca de diuitibus, quod in epiſtola tua ſequitur inquirendum. Hoc enim poſuiſti illos dicere: Diuitem manentem in diuitiis ſuis, regnum dei nõ poſſe ingredi, niſi omnia ſua vendiderit, nec ei prodeſſe ſi forte ex ipſis diuitiis mandata fecerit. Euaſerunt iſtorũ diſputationes, patres noſtri Abrahã & Iſaac & Iacob, qui tanto ante ex hac vita migrarunt. Habebant quippe hi omnes non parnas diuitias, ſicut fideliſſima ſcriptura teſtatur: multos tamen Venturos ab Oriente & Occidente, & non ſupra ipſos vel extra ipſos, ſed cum ipſis recubituros in regno cœlorũ, ille ipſe qui propter nos factus eſt pauper cum vere dives eſſet, veracisſima

Matt.8. Luc.16. promiſſione prædixit. Et quanuis ſuperbus dives qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide, mortuus apud inferos torqueretur, tamen ſi pauperis vlceroſi qui ante ianuam eius contemptus iacebat miſertus fuiſſet, mereretur & ipſe miſericordiam. Et ſi pauperi illi meritum eſſet inopia non iuſtitia, non vtique ab angelis in Abrahæ gremiũ, qui dives h c fuerat, tolleretur. Sed vt nobis oſtenderetur, nec in iſto pau

In diuite iniquitas dãnat, & in paupere pietas cõmẽdat idẽ in li.53. homil. homil.7. i T.9. & in de ỹb. dñi in Euã. Gen.22. ſecdm Luc. ſer.1. &.2. in Tom.10. Gal.4.

pertatem per ſeipſam diuinitus honoratam, nec in illo diuitias fuiſſe damnatas, ſed in iſto pietatem, in illo impietatem ſuos exitus habuiſſe, ſic ſuſcepit impium diuitem cruciatus ignis, vt tamen pium pauperem ſuſcipere ret ſinus diuitis. Qui ſane cum hic dives viueret, diuitias ſic habebat, & eas præ dei præceptis tam paruipendebat, vt etiam cum ipſius filii immolatione nollet offendere deum iubentem, quem ſuarum diuitiarum et ſperabat & optabat hæredem. Hic vtique dicunt, ideo patres antiquos non vendidiſſe omnia quæ habebant, & dediſſe pauperibus, quia hoc eis non præceperat dominus. Nondum enim reuelato teſtamento nouo, quod nõ fieri niſi plenitudine temporis oportebat, nec eorum virtus fuerat reuelanda, qua virtute hoc eos facillime poſſe

poſſe deus in eorum cordibus nouerat, qui teſtimoniũ illis tam inſigne perhibebat, vt cum ſit omnium ſanctorum deus, tanquam de præcipuis amicis ſuis dicere dignaretur: Ego ſum deus Abraham, deus Iſaac, deus Iacob, hoc mihi nomen eſt in æternum. Poſtea vero quam magnum pietatis ſacramentum manifeſtum eſt in carne, & vocandis omnibus gentibus Chriſti aduentus illuxit, in quem etiam illi patres crediderant, ſed huius ſi dei oliuam ſuo tempore manifeſtandam, in illius arboris de qua Apoſtolus loquitur, tanquam radice ſeruabant, dictum eſt diuiti, Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlis, & veni ſequere me. Hæc ſi dicant, videntur aliquid rationabiliter dicere. Sed totum audiant, totum aduertant, non in parte auris aperiant, in parte furdeſcant. Cui enim dominus hæc præcepit? Profecto illi diuiti, qui vitæ æternæ conſequendæ conſilium quærebat accipere. Hoc enim domino dixerat: Quid faciam vt Vitam æternam conſequar? Ille autem non ei reſpondit: Si vis venire ad vitã, vade, Vende omnia quæ habes: ſed, Si vis venire ad vitam, ſerua mandata. Quę iuuenis cum ſibi a domino ex lege commemorata ſe ſeruaſſe dixiſſet, & quęſiſſet quid adhuc ſibi deeſſet, reſponſum accepit: Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Et ne ſe illa quæ multum amabat, hoc modo perdere exiſtimaret: Et habebis, inquit, theſaurum in cœlis. Deinde addidit. Et veni ſequere me: ne cuiquam cum hæc fecerit, aliquid prodeſſe exiſtimetur, ſi non ſequitur Chriſtum. At ille quidem triſtis abſcesſit, qui viderit quem admodum illa legis mandata ſeruauerat. Puto enim qd ſe arrogantius quam verius ſeruaſſe reſponderat. Verũ tamen magiſter bonus mandata legis ab iſta excellentiore perfectione diſtinxit. Ibi enim dixit: Si vis venire ad vitam, ſerua mãdata: hic autem, Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quę habes, & cętera. Cur ergo negamus diuites, quanuis ab illa perfectione abſint, venire tamen ad vitam, ſi mandata ſeruauerint, & dederint vt detur illis, & dimiſerint vt dimittatur illis? Credimus enim miniſtrum Noui teſtamenti fuiſſe Apoſtolum, cum ſcribens ad Timotheum diceret: Pręcipe diuitibus huius mundi non ſuperbe ſapere, neque ſperare in incerto diuitiarum, ſed in deo viuo, qui prętat nobis omnia abundanter ad fruendum. Bene faciant diuites, ſint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, theſaurizent ſibi fundamentum bonũ in futurum, vt apprehendant veram vitam, de qua & illi adoleſcenti dictum eſt, Si vis venire ad vitam. Puto quod iſta præcipiens, diuites inſtruebat, non fallebat Apoſtolus, qui non ait, Prę

Exo.3. Rom.11. Matt.19. Diuitias amittere nõ ꝓdeſt, niſi Chriſtum ſequamur. 1.Tim.6. cipe

Luc.26. cipe diuitibus huius mundi, vt vendant omnia quæ habent, dent pauperibus, & sequantur dominum: sed, non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum. Ista superbia diuitem illum, qui iacentem ante ianuam suam contemnebat pauperem iustum, & ista spes in incerto diuitiarum, qua se propter purpuram, byssum & epulas splendidas beatum putabat, non ipsæ diuitiæ perduxerunt ad inferni tormenta. An forte quia dominus adiunxit: Amen dico vobis, Difficile diues intrabit in regnum cœlorum: & Iterum dico vobis, Facilius intrabit camelus per foramen acus, quam diues in regnum cœlorum: ideo putant isti diuitem, etiam si faciat ista quę diuitibus præcipienda scripsit Apostolus, in regnum cœlorum intrare non posse? Quid ergo est? Vtrum Apostolus contra dominum loquitur, an isti nesciunt quid loquuntur? Quid horum credat, eligat Christianus. Puto melius nos credere istos nescire quid loquantur, quam Paulum contra dominum loqui. Deinde cur nō in consequentibus etiam ipsum dominum audiunt dicentem discipulis pro miseria diuitū contristatis: Quod hominibus impossibile est, deo facile est? Sed ideo, inquiunt, hoc dictum est, quia futurum erat, vt audito euangelio, diuites vendito patrimonio, erogatoque pauperibus dominum sequerentur, & intrarent in regnum cœlorum, atque ita fieret quod difficile videbatur, non vt non manentes in diuitiis suis, præcepta Apostoli custodiendo id est non superbe sapiendo, neque sperando in incerto diuitiarum, sed in deo viuo, benefaciendo, facile tribuendo & communicando indigentibus, veram apprehendant vitam, sed etiam ista præcepta apostolica, venditis omnibus suis rebus impleret. Hæc si dicunt, Scio quippe eos illa dicere, nō attendunt primitus quemadmodum dominus contra eorum dogma, suam gratiam prædicauerit. Non enim ait, Quod hominibus impossibile videtur, facile est hominibus si voluerint: sed, Quod hominibus, inquit, impossibile est, deo facile est: ostendens quando ista recte fiūt, non fieri hominis potentia, sed dei gratia. Hæc ergo attendant isti, & si reprehendunt eos qui gloriantur in diuitiis suis, caueant ipsi in sua virtute confidere. Simul enim vtrique reprehenduntur in Psalmo, Qui confidūt in virtute sua, & qui in abundantia diuitiarum suarum gloriantur. Audiant itaque diuites, Quod hominibus impossibile est, deo facile est: & siue manentes in diuitiis suis, siue illis venditis, & per indigentias pauperum distributis intrent in regnū cœlorū, gratiæ dei tribuāt nō propriis viribus bonum suum, Quod enim hominibus impossibile est, non hominibus sed deo facile est. Audiant

Dare oſa pauperibus, nō fit hominis potentia, sed dei gratia.

Psal.48.

Matt.19.

diant hoc & isti, & si iā oſa sua vendiderunt, & pauperibus tribuerunt, vel adhuc id agunt atq; disponunt, & hoc modo præparant intrare in regnū cœlorum, nō hoc tribuant virtuti suæ, sed eidē gratiæ diuinæ: Quod enim hoībus impossibile est: non ipsis, quia & ipsi homines sunt, sed deo facile est. Hoc quippe illis & Apostolus dicit: Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini, Deus enim est qui operatur in vobis, & velle & operari pro bona voluntate. Certe ideo se dicunt de suis rebus vendēdis perfectiōis a domino fuscepisse consiliū, vt sequātur dominum, quoniam illic additum est: Et veni sequere me. Cur ergo in iis bonis quę facīūt, de sua tantum voluntate præsumunt, nec audiunt dominum, quem sequi se dicunt increpantem atq; testantē: Sine me nihil potestis facere? Si autē apostolus ita dixit: Præcipe diuitibus huius mundi, non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, vt vendant omnia quę possidēt, & ea precia distribuendo indigentibus, faciant quod sequitur: Facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, & aliter eos in regnum cœlorum intrare posse non credit: fallit ergo eos quorum domos tam diligenter doctrinę sanitate componit, admonens et præcipiens quales se prębere debeant vxores viris, viri vxoribus, filiis parentibus, parentes filiis, serui dominis, domini seruis. Nam quomodo hæc agi possunt sine domo, & sine aliqua re familiari? An hoc eos mouet quod ait dominus: Quicūque dimiserit omnia sua propter me, accipiet in hoc seculo centuplum, & in futuro vitam æternam possidebit. Aliud est dimiserit, aliud est vendiderit. Nam & in iis quæ dimittenda mandauit, etiam vxor cōmemorata est, quam nullis humanis legibus licet vendere, Christi autem legibus nec dimittere, excepta causa fornicationis. Quid sibi ergo volunt ista præcepta? Non enim possunt inter se esse contraria: nisi quia occurit aliquando necessitatis articulus, vbi aut vxor dimittat, aut Christus: ut alia omittam, si ipsi vxori maritus displicuerit Christianus, eiq; proposuerit aut a se diuortium aut a Christo: Hic ille quid eligat nisi Christū, & dimittat vxorē laudabiliter propter Christū? Ambobus quippe christianis dominus præcepit, ne quisquā dimittat vxorē excepta causa fornicationis. Vbi autē quelibet ex eis ipsona infidelis est, cōsilū Apostoli attendat: Vt si infidelis cōsentit habitare cū viro fideli, vir nō dimittat vxorē. Similiter & vxor fidelis virū, si cum illa habitare consenserit. Qđ si infidelis, igit, discedat, discedat. Nō enim, seruitūti subiectus frater aut soror ī huiusmodi, i. si infidelis noluerit eē cū cōiuge fideli, hic agnoscat fidelis suā libertatem,

Ioan.15.

1.Tim.6.

Ephe.6.

Matth.19.

Nullis humanis legibus licet vēdere vxorem.

Matth.19.

1.Cor.7

tatē, ne ita se subiectū deputet seruituti vt ipsam dimittat fidē, ne cōiugē amittat infidelē. Hoc & de filijs atq; parentibus, hoc de fratribus & sororibus intelligitur, propter Christum omnes esse dimittendos, cum proponitur ista conditio vt Christum dimittat, si illos secū habere desiderat. Hoc ergo & de domo atque agris, hoc et de ijs rebus quę iure pecuniario possidentur, hoc loco accipiendum est. Simul enim etiam de his non ait: Quicunque vendiderit propter me quæcunque licitū est vendere: sed, quicunque dimiserit. Fieri enim potest, vt dicatur christiano ab aliqua potestate, aut Christianus non eris, aut si in hoc permanere volueris, domum possessio nesque non habebis. Cum vero etiam illi diuites, qui in suis diuitijs sic statuerant permanere, vt ex earū bonis operibus promerentur deum, hęc dimittant potius propter Christum, quā propter hæc Christum, vt accipiant in hoc seculo centuplum, cuius numeri perfectione significantur omnia: fideli quippe homini totus mundus diuitiarum est, fluntq; hoc modo quasi nihil habentes & omnia possidentes, vt in futuro seculo possideat vitam æternam, ne propter ista dimisso Christo, in mortem precipitentur æternam: Hac quippe lege & cōditione, nō illi tantum qui mentis excellentia perfectioni cōsilium receperunt, vt vendita sua, pauperibus distribuerent, & humeris ab omni seculi huius sarcina liberioribus leuē Christi sarcinā ferrent, sed etiam quisquis infirmior, & illi gloriosissimæ perfectioni minus idoneus, qui tamen semen se meminit veraciter esse Christianum, cum audierit sibi proponi, q̄ nisi hęc omnia dimiserit, dimissurus est Christum, apprehender potius turrim fortitudinis a facie inimici: quia cum eam in sua ędificaret fide, computauit sumptus quibus perfici posset: id est, eo animo accessit ad fidem, vt huic seculo non solū verbis renuncia ret: quia & si emit aliquid, tanquā non possidēs erat: & si vtebatur hoc mundo, tanquam non vtens erat, nō sperans in incerto diuitiarum, sed in deo viuo. Cum enim omnis qui renunciat huic seculo, sine dubio renunciet omnibus quæ sunt eius, vt possit Christi esse discipulus: ipse enim, cum de sumptibus ad turris ędificium necessarijs, & de bello aduersus regem alterum pręparando, similitudines præmisisset, adiunxit sic: Qui nō renunciat omnibus q̄ sunt eius, nō potest meus esse discipulus: profecto renunciat etiam diuitijs suis, si quas habet: aut sic vt eas omnino non diligens, totas distribuat indigentibus, & superfluis exoneretur sarcinis: aut sic, vt pius diligens Christum, spem ab eis transferat in ipsum, atque ita vtatur illis, vt facile tribuens & communicans, thesaurizet in cœlo, paratusque sit quemadmodum parentes

Psal.60.
Luc.14.
1.Cor.7.
1.Tim.6.
Luc.14.
1.Tim.6.

tes & filios & fratres & vxorem, hoc modo & istas relinquere, si talis conditio proposita fuerit, vt nisi dimisso Christo, eas habere non possit. Nam si aliter huic seculo renunciat, quando accedit ad fidei sacramentum, facit quod de lapsis beatus Cyprianus ingemuit, dicens: Seculo verbis solis renunciantes & non factis. De hoc quippe dicitur, cum veniente tentatione magis ista metuit amittere, quam Christum negare: Ecce hō qui cœpit ędificare, & nō potuit perficere. Ipse est etiam, qui cum adhuc longe esset aduersarius eius, misit legatos quærens pacem: id est nondum affligente, sed adhuc imminente ac minante tētatione, vt ijs nō careat quæ plus diligit, ad relinquendum Christum negandumque cōsentit. Et multi sunt tales qui etiam putant sibi ad augēdas opes suas & multiplicanda delectamenta terrena, religio nē suffragari debere christianam. Sed non sunt tales diuites christiani, qui licet ista teneant, non tamen ab eis ita tenentur, vt hęc Christo anteponāt, quia veraci corde seculo renunciarunt, vt nullam spem in talibus ponant. Hi vxores & filius vniuersasq; familias ad christianam religionem tenendam sana eruditunt disciplina. Horum domus hospitalitate feruentes, recipiunt iustū in nomine iusti, vt mercedem iusti accipiant. Frangunt esurienti panem suum, nudum vestiunt, captiuum redimunt, thesaurizant sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. Et si forte pro fide Christi pecuniaria damna perpetienda sunt, oderunt diuitias suas: si suorum orbitates vel separationes pro Christo minatur hic mundus oderunt parentes, fratres filios, vxores: postremo si de ipsa huius corporis vita cum aduersario paciscendum est, ne desertus deserat Christus, oderunt insuper animam suam. Deijs quippe omnibus mandatum acceperunt, quod aliter discipuli Christi esse non possint. Nec tamen quia præceptum est eis, vt oderint pro Christo & animas suas, vendendas eas habent, aut illatis sibi manibus effundēdas: sed parati sunt eas amittere pro Christi nomine moriendo, ne mortui viuant Christum negando. Sic etiam diuitias, ad quas vendendas parati non fuerunt monente Christo, ad perdendas eas debent parati esse pro Christo, ne cum eis pereant perdito Christo: habemus hinc vtriusque sexus diuites clarissimasque personas martyrij gloria sublimatas. Ita multi, quos rerum suarum uenditione piguerat ante perfici, Christi imitata passione sunt repente perfecti: & qui nonnullam infirmitatē carnis, & sanguinis suis diuitijs perfecerunt, subito aduersus peccatū pro fide vsq; ad sanguinē certarūt. Quibus aūt nō prouenit corona martyrij, neq; illius perfectiōis de vendendis

Cyprianus.
Luc.34.
In p̄f.psal.29.i To.8.& i.1.T. ho,opu.& i ex po.psal.143,in Tom.8.
Matth.10.
Iesai.53.
1.Thi.6.
Nō oīa vēdere. sz ommittere p̄cepit xp̄s, pro noīe suo si opus fuerit. idē i exp. psal.143,i T.8.

Matt.25. de vendendis rebus suis, consilium tam grande tamque
præclarum receperunt, & tamen à damnabilibus immu-
nes criminibus esurientem Christum pauerunt, sitientē
potum dederunt, nudum vestierunt, peregrinatem su-
perunt, non sedebunt quidem cū Christo sublimiter iudi-
caturi, sed ad ipsius dexteram stabunt misericorditer iu-
Matth.5. dicandi. Beati enim misericordes, quoniam ipsorum mi-
Iac.2. serebitur deus. Et iudicium sine misericordia fiet illi qui
non fecit misericordiam. Superexultet autem misericor
dia iudicio. Proinde isti desinant contra scripturas lo-
qui, & in suis exhortationibus ad meliora sic excitent,
vt minora non damnent. Non enim & sanctam virgini-
tatem aliter exhortando persuadere possunt, nisi coniu-
1.Cor.7. galia vincula damnauerint, cum docent Apostolo, unus-
quisq; donū ꝓpriū habeat à deo, alius sic, alius aūt sic.
Ambulēt itaque perfectionis viam venditis omnibus
suis rebus, & misericorditer erogatis. Sed si vere paupe-
res Christi sunt, & non sibi sed Christo colligunt, infir-
Matth.19. miora eius membra quare puniunt antequam sedes iudi-
ciarias acceperint? Si enim tales erunt, qualibus domi-
1.Cor.6. nus dicit: Sedebitis super duodecim sedes iudicantes
Luc.16. duodecim tribus Israel: & de qualibus apostolus dicit,
Nescitis quoniam angelos iudicabitis, præparent po-
tius non criminosos sed religiosos diuites recipere in ta-
bernacula eterna, a quibus amici facti sunt de mammo-
na iniquitatis. Puto enim ꝙ quidā eorum qui hæc im-
pudenter atq; imprudenter garriunt, a diuitibus Chri-
stianis, & pijs in suis necessitatibus sustentantur. Habet
1.Cor.9. n. ecclesia quodāmō suos milites, & quodāmō prouin-
ciales. Vnde dicit Apostolus. Quis militat suis stipēdijs
vnquā? Habet & vineā et plātatores, habet gregē & pa-
stores. Vnde cōsequēter dicit: Quis plantat vineā, &
de fructu eius nō edit? Quis p̄scit gregē, & de lacte eius
non percipit? Quanuis talia disputare qualia isti disput-
tant, non sit militare sed rebellare, non sit plantare vi-
neam, sed eradicare, non sit pascendos congregare, sed
perdendos a grege separare. Sicut aūt ipsi qui diuitum
religiosis obsequijs alūtur atq; vestiuntur, neque enim
ad suas necessitates nihil accidiunt, nisi ab eis qui res
suas vendunt, non tamen iudicantur atq; damnantur
ab excellentioribus Christi membris, qui maiori virtu-
te quam multum commendat apostolus, suis se manibus
transiguntur: sic nec isti damnare debent infirmioris meri
ti Christianos quorum operibus transiguntur, sed recte
1.Cor.9. viuēdo & recte docēdo magis eis dicere, Si nos vobis
spiritalia seminauimus, magnum est si vestra carnalia
metamus? Multo qppe minori impudētia serui dei, qui
manuū suarū honestis operibus vēditis viuūt, damnant
istos a

istos a quibus nihil accipiunt: quam isti qui propter ali-
quā corporis infirmitatem non valētes manibus opera
ri, damnant eosipsos de quorum facultatibus viuunt.
Ego qui hęc scribo perfectionem de qua dominus loqui-
tur est, quando ait diuiti adolescenti: Vade vende om- Matth.19.
nia quæ habes & da pauperibus, & habebis thesaurum
in cœlo, & veni sequere me: vehementer adamaui & nō
meis viribus, sed gratia ipsius adiuuante sic feci. Nec ꝙ. n. Augustinus oīa
quia diues nō fui, ideo minus mihi imputabitur. Nā ne- dimisit.
que ipsi apostoli qui priores hoc fecerunt, diuites fue-
runt. Sed totum mundum dimittit, & qui illud quod ha- Totū mūdū di-
bet, & quod optat habere dimittit. Quantum autem in mittit, q illē qđ
hac perfectionis via profecerim, magis quidē noui ego, hēt, & qđ optat
quam quisquam alius homo, sed magis deus quam ego. habere dimittit.
Et ad hoc propositum quantis possum viribus alios ex
hortor, & in nomine domini habeo consortes, quibus
hoc per meū ministerium persuasum est: sic tamē vt præ
cipue sana doctrina teneatur, nec eos qui ista nō faciūt,
vana contumacia iudicemus, dicentes nihil prodesse qđ
pudice quanuis coniugaliter viuunt, quod domos suas
& familias christiane regunt, quod operibus misericor-
diꝫ sibi thesaurizant in posterum, ne ista disputando nō
scripturarū sanctarum tractatores, sed eorum accusato-
res inueniamur. Quod ideo commemoraui, quoniam
isti quando talia dicere prohibentur ab eis qui hoc do-
mini consilium non ceperunt, respondent eos talia di-
sputari nolle, quoniam vitijs suis fauent & dominicas pre-
cepta implere detractant: quasi non, vt de ijs taceam q
licet infirmiores, religiose tamen vtuntur diuitijs, etiam
ipsi cupidi & auari male his vtentes, & in terreno the-
sauro cor luteum figentes, quia & ipsos necesse est vsq;
ad finem portet, ecclesia, sicut illa retia vsque ad littus
pisces malos, tolerabiliores in ea quam isti sint, qui ta- Matt.4
lia fermocinando & disseminando, ita se videri magnos
volunt, quia diuitias suas, vel quantulacunque patri-
monia ex precepto domini vendiderunt, vt eius hęredi
tatē quę vsq; ad fines terrę dilatatur atque diffunditur,
hac doctrina nō sana pturbare atque euertere molianť.

VNDE quia ex hac quidem occasione, sed tamen iā Quæstio. v.
breuiter dixi quid etiā de ecclesia Christi in hoc seculo Quod ecclesia
sentiam, id est quia vsque ad finem huius seculi necesse vsq; ī finem bo
est portet bonos & malos, quoniā & hoc iter tuas quæ nos & malos
stiones interrogasti, prolixam epistolam iam tandē ali- portat.
quando concludam. Iurationem caue quantum potes. Quæstio. vi. de
Melius quippe nec verum iuratur, quam iurandi con- nō iurando.
suetudine, & in periurium sępe caditur, & semper per-
iurio propinquatur. Sed illi, quantum aliquos eo-
rum audiui, quid sit iurare prorius ignorant: putant.

enim

enim se non iurare, quando in ore habent, Scit deus: &,
Rom.1. Testis est deus: &, Testem deum inuoco super animam
meam: quia non dicitur, Per deum: & quia talia reperiu
tur in Apostolo Paulo. Sed etiam illa ibi contra eos in-
uenta est, quam non confitentur esse iurationem, vbi ait
1.Cor.15. Apostolus: Quotidie morior per vestram gloriam fra-
tres quam habeo in Christo Iesu dño nostro. In Græcis
enim codicibus reperitur omnino esse hanc iurationem,
ne quis in Latina lingua hoc sic intelligat dictum, Per
vestram gloriam: quomodo dictum est, Per meum adu
tum iterum ad vos: & multa similia, vbi dicitur per ali-
quid, & non est iuratio. Sed non ideo quia in suis literis
iurauit Apostolus, vir in veritate firmissimus, ludus no
bis debet esse iuratio. Multo enim tutius, ut dixi, quan
tum ad nos attinet, nunquam iuramus: vt sit in ore no-
Matth.5. stro, Est, est, non, non: sicut dominus monet. Non quia
Nõ est peccatũ peccatum est, verum iurare: sed quia grauissimum pecca
verũ iurare, sed tum est, falsum iurare: quo citius cadit, qui consueuit iu-
falsũ, attamẽ ca rare. Accepisti quod mihi videtur: melius exponant ista
uẽdũ iuramẽtũ, meliores, non isti quorum noui iam sententia reproban
ga citius cadit dam, sed alij qui veraciter possunt. Nam & ego paratior
g cõsueuit iura- sum discere quã docere, & tu magnũ conferes beneficiũ
re, sz hortãdũ qđ si ea quæ illic a sanctis fratribus aduersus istorum vani
alibi, & verę iu loquia dixerunt, non me facias ignorare. In domino re-
raſ vetat Au.di ćte & fideliter viuas, dilectissime fili.
cẽs supilla ẏba
ego ãt dico vo- Domino beatissimo & honorandissimo fratri sancto
bis nolite iurãſ Innocentio papę, Aurelius, mundius, Rusticanus, Fidẽ
omnino, iustitia tius, Euagrius, Antonius, Palatinus, Adeodatus, Vincẽ
phariseorę ẽ nõ tius, Publianus, Theasius, Tutus, Panthonius, Victor,
peierare, iustitia Restitutus, Rusticus, Fortunatianus, alius Restitutus,
regni cœlorę est Ampelius, Animus, Felix, Donatiãus, Adeodatus, Osta
oino ñ iurãſ, iu uius, Serotinus, Maiorinus, Posthumanus, Trispulus,
rauit Apſus vt Victor, alius Victor, Leucius, Macianus, Fructuosus,
hoies ẏ ad illo- Faustinianus, Quoduultdeus, Caudorius, Maximus,
rũ salutez facie- Megarius, Rusticus, Rusianus, Proculianus, Thumas,
bãt credereť, & Ianuarius, Octauianus, Pretextatus, Sixtus Quoduult-
erat tale iuramẽ deus, Penthadius, Quoduutdeus, Cyprianus, Seruilius,
tũ a malo nõ iu Pelagius, Marcellus, Venantius, Didymus, Saturni-
rãtis, sz ab igno nus, Tiazacenus, Germanianus, Inuentius, Maio-
rãtia faciẽtis iu rinus, Inuentius, Candidus, Cyprianus & Aemi-
rare, i ẏ ser.dñi lianus, Romanus, Aphricanus & Marcellinus, qui in
ĩ mõre.c.25: & concilio ecclesiæ Carthaginensis adfuimus.
26. in Tom. 4.

EPIST. LXXXX.

CVM ex more ad Carthaginensem ecclesiam solẽ-
niter veniremus, atqꝫ ex diuersis causis congre-
gata ex nobis synodus haberetur, cõpresbyter noster
Orosius nobis literas, sanctorum fratrum & consacer
dotum

dotum nostrorum dedit Herodis et Lazari, quarum for
mam his constituimus esse subdẽdam. His ergo lectis, 2.Retract.33.&
Pelagium & Cœlestium autores nepharij prorsus, et ab 50.
omnibus nobis anathematizandi erroris aduertimus.
Vnde factum est, vt recensendum peteremus, quid ante
fermè quinquennium super Cœlestij nomine hic apud
ecclesiam Carthaginensem fuerit agitatum. Quo recita-
to, sicut ex subsequentibus aduertere poterit sanc-
titas tua, quanuis iudicatio manifesta constaret, quia
illo tempore episcopali iudicio excisum hoc vulnus tã
tum ab ecclesia videretur, nihilominus tamen id com-
muni deliberatione censuimus, & huiusmodi persuasio-
nis authores, quanuis ad presbyteriũ idẽ cœlestius post
ea peruenisse dicatur, nisi hæc apertissime anathemati-
zauerint ipsos anathematizari oportere, vt si ipsorũ nõ
potuerit, saltem eorũ qui ab eis decepti sunt vel decipi
possunt, cognita sententia, quæ in eos lata est, sanitas pro
curetur. Hoc itaque gestum domine frater sancte, chari-
tati tuæ intimandum duximus, vt statutis nostræ medio
critatis etiã apostolice sedis adhibeatur autoritas, pro
tuenda salute multorum, & quorundã peruersitate etiã
corrigenda. Id enim agunt isti damnabilibus disputatio
nibus suis, vt non defendendo, sed potius in superbiam
sacrilegam extollendo liberum arbitrium, nullum relin
quant locum gratiæ dei qua Christiani sumus, qua & ip
sum nostræ voluntatis arbitrium vere fit liberum, dum
a carnalium cõcupiscentiarum dominatione liberatur,
dicente domino: Si vos filius liberauerit, tunc vere libe
ri eritis, quod auxilium fides impetrat, quæ est in Chri-
sto Iesu domino nostro. Isti autem asserunt sicut a fratri
bus qui etiam eorum libros legerunt cognouimus, in
eo dei gratiam deputandam, qꝫ talem hominis institutr
creauitque naturam, quæ per propriam voluntatem le-
gem dei possit implere, siue naturaliter in corde conscri
ptam, siue in literis datam. Eandem quoque legẽ ad gra
tiam pertinere, qꝫ illam deus in adiutorium hominibus
dedit. Illam vero gratiam qua vt dictum est Christiani
sumus, cuius Apostolus prędicator est dicens, Condele-
ctor enim legi dei secundum interiorẽ hominem, Video
autem aliam legem in membris meis repugnantẽ legi mẽ
tis meę, & captiuantem me in lege peccati quę est in mẽ
bris meis: miser ego homo, quis me liberabit de corpo-
re mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominũ
nostrum: nolunt omnino cognoscere, sed nec aperte qui
dem oppugnare audent: sed, quid aliud agunt, cum homi
nibus animalibus non percipientibus quæ sunt spiritus
dei, persuadere non cessant ad operandam perficiendã-
que iustitiam, & dei mandata complenda, solam sibi hu

Apłicæ sedes.

Pelagiani nõ de
fendebãt liberũ
ar. sz ista dãt, &
pcipiãt, i đ gr.
et li.ar.ad val.c.
14.i T.7. & in
Io.8. isto.2.T.
horum,
opusculorum.
Naturã & legẽ
dicebãt pelagia
ni eẽ grã, idẽ i
đ gra. & li.ar.c.
13.i To.7.et.in
isto.2.T.op.et i
epist.5.epist.i T.
2.et ẽ.95.
Ro.5 et li.3.cõ
tra duas pelagia
norũ epi.c.5.&
i cõci. arausi.cã.
2.i.1.To. cõcil.

manā sufficere posse naturā. nō attēdētes qđ scriptū, est,
Ro.8.9.&.12. Spiritus adiuuat infirmitatē nostrā. Et, Nō uolentis est
neque currentis, sed miserentis, est dei. Et quod unum
corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius
membra, habentes dona diuersa secūdum gratiam, quę
data ē nobis. Et, Gratia dei sum, id ęp sū, & gratia eius
1.Cor.15. in me uacua nō fuit, ſ plus omnibus illis laborauī, nō
2.Cor.3. ego autem sed gratia dei mecum. Et, Gratias deo qui de
dit nobis uictoriam per dominum nostrum Iesum Chri
stum. Et, Quia non idonei sumus cogitare aliquid quasi
2.Cor.4. ex nobismetipsis, sed sufficiētia nostra ex deo est. Et,
Habemus thesaurum istum in uasis fictilibus, vt mine
tia uirtutis sit Dei & non ex nobis. Et innumerabilia
quę de scripturis omnibus si colligere uelimus, tempus
non sufficit. Et ueremur ne apud te ista commemorando
2.Retract.47. quę maiore gratia de sede apostolica prędicas, inconue
nienter facere uideamur. Sed ideo facimus, quia eo quod
infirmiores sumus, quaquauersum quisque nostrum uer
bo dei prædicando putatur attentior, crebrius eos pa
timur & audacius insurgentes. Si ergo Pelagius episco
palibus gestis quę in Oriente confecta dicuntur, etiam
ruæ uenerationi iuste uisus fuerit absolutus, error tamē
ipse & impietas quę tam multos assertores habet, per
diuersa dispersos, etiam authoritate apostolicę sedis ana
thematizanda est. Consideret ergo sanctitas tua, & pa
storalibus nobis compatiatur uiceribus, quam sit pesti
Matth.6. ferum & exitiale ouibus Christi, quod istorum sacrile
gas disputationes necessario sequitur, ut nec orare de
beamus, ne intremus in tentationem, quod dominus et
Luc.12. discipulos monuit, & posuit in oratione quam docuit,
aut ne deficiat fides nostra, quod pro apostolo Petro
se rogasse ipse testatus est. Si enim possibilitate naturæ,
& arbitrio uoluntatis in potestate sunt constitura, quis
non ea uideat a domino inaniter petere, & fallaciter
orari, cū orando poscunt quę nature nostrę iā ira con
dię sufficientibus uiribus obtinentur? Nec debuisse di
Luc.22. cere dominū Iesum, Vigilate et orate: sed tantummodo,
Vigilate ne intretis in tentationem: nec beatissimo Pe
tro primo apostolorū, Rogaui pro te, sed moneo te uel
impero ac precipio ne deficiat fides tua. Contradicitur
etiam istorū cōtentione benedictionibus nostris, vt in
cassum super populū dicere videamur, quicquid eis a do
Ephe.3. mino precamur, vt rectę ac pie uiuēdo illi placeāt: & il
la quę pro fidelibus præcatur Apostolus dicēs: Flecto
genua mea ad patrē dñi nostri Iesu Christi, ex quo om
nis paternitas in cœlo & in terra nominatur, vt det vo
bis secūdū diuitias gloriæ suæ virtute corroborari p spi
ritū eius. Si ergo uoluerimus benedicendo sup populū,
dicere,

dicere, Da illis domine uirtutem corroborari per spiri
tū tuū: istorū nobis disputatio cōtradicit, affirmans ne
gari liberū arbitriū, si hoc a deo poscitur qđ in nostra ē
potestate. Virtute, n. corroborari si uolumus, inquiunt,
possumus ea possibilitate naturę quā nūc nō accipimus,
ſ, cū crearemur accepimus. Parulos ēt pp salutē quæ
Saluatorē xpm dat, baptizādos negāt, ac sic eos morti
fera ista doctrina ī ęternū necāt, ꝓmittēres etiā si nō ba
ptizent, abituros uitā eternā, nec posse ad eos, de qbus
dñs ait: Venit. n. filius hominis quærere & saluare
quod perierat: quia isti, inquiunt, non perierant, nec est
quod in eis saluetur, vel tanto præcio redimatur, quia
nihil est in eis uitiorū, nihil tenetur sub diaboli potesta
te captiuum, nec pro eis fusus est sanguis qui fusus esse i
remissionē legitur peccatorū: quanquā per baptismum
Christi etiā paruulorū fieri redemptionem libello suo
Cœlestius in Carthaginensi ecclesia iam cōfessus est.
Sed multi qui eorū perhibētur esse uel fuisse discipuli,
hęc mala quibus fundamenta christianę fidei conantur
euertere, quantuncunque possunt affirmare nō cessant.
Vnde etiā si Pelagius Cœlestiusq; correctisunt, uel se
ista nunquā sensisse dicunt, & quęcunq; scripta contra
eos prolata fuerint, sua esse negabunt, nec est qui eis adimo
dū demēdatio conuincantur: generaliter tamē quicunq;
dogmatizat & affirmat, humanā sibi ad uincēda peccā
ta & dei mandata facienda sufficere posse naturā, & eo
modo gratiæ dei quæ sanctorū euidentius orationibus
declaratur, aduersarius inuenitur: Et quicūq; negat par
uulos per baptismum Christi, a perditione liberari, & sa
lutem percipere sempiternā, anathema sit. Quæcūq; aūt
alia ab eis obijciunt, nō dubitamus ueneratione tuam
cū gesta episcopalia perspexerit quæ in Oriente in eadē
causa confecta dicuntur, id iudicaturam vnde omnes in
dei misericordia gaudeamus. Ora pro nobis domine
beatissime papa.

Hoc dānat I cō cil. Mile. cā. 2. et i cōcil. Aphric. can. 77. i. 1. T. Lu. 19 cōci. & i epi. 89 i. 2. T. q & ante istā hr i isto T. opusculorum.

Hęc determinata in cōcil. Mi leuit. can. 2. & 4. & 5. & in Aphric. can. 77. et 78. & 79. et 80. in. 1. To. cōcili.

INNOCENTIVS AVRELIO ET OMNIBVS SANCTIS EPISCOPIS, vel cæteris qui in concilio Carthaginensis adfuerunt ecclesiæ, dilectissimis fratribus in domi. S. Epist. XCI.

2. Retract. 50.

IN Requirendis de his rebus quas omni cum solici
tudine decet a sacerdotibus, maxime a vero iusto
que & catholico tractari concilio, antiquæ traditionis
exempla seruantes & ecclesiasticæ memores disciplinę,
vestræ religionis vigorē nō minus nūc in cōsulendo, qđ

H i ij antea

antea cum pronunciaretis vera ratione firmatis, qui ad nostrum referendum approbastis esse iudicium, scientes quid apostolicę sedi, cum omnes hoc loco positi ipsum sequi desideremus Apostolum, debeatur, a quo ipse episcopatus et tota authoritas nominis huius emerlit, Quę sequentes, tam mala iam damnare nouimus quam probare laudanda, vel id vero quod patrum instituta sacerdotali custodientes officio non censeris esse calcanda,

Apostolicæ sedis authoritas.

quod illi non humana sed diuina decreuere sententia, vt quicquid de disiunctis remotisq; prouinciis ageretur, nō prius ducerent finiendum, nisi ad huius sedis notitiam peruenirent, vbi tota huius autoritate iusta quę fuerit pronunciatio firmaretur, indeq; sumerent cæterę ecclesię velut de natali suo fonte aquę cunctę procederent, & per diuersas totius mundi regiones puri capitis incorrupte manerent, quid pcipere, quos abluere, quos velut in cono inemundabili sordidatos mundis digna corporibus vnda visaret. Gratulor igitur fratres charissimi, quod fratrem & coepiscopum nostrum Iulium litteras ad nos destinastis, & cum illis curam geritis, quibus prę sidetis ecclesiis, solicitudinem vestram pro omni vtilitate mōstratis, & per cunctas totius orbis terrarū ecclesias omnibus vna quod prosit decernendum esse deposcitis: vt suis constabilita regulis ecclesia, ex hoc quod illos caueat pronunciationis iustæ firmata decretalibus, pauere non possit, qui peruersis instructi verborum argutiis sub imagine catholicę fidei disputantes, velut pestiferum exhalantes vires, vt hominum recte sentientium in deteriorem partem corda corrumpant, totam veri

Comparatio.

dogmatis quęrunt euertere disciplinam. Sanandum ergo celerius ne longius execrandus animis morbus inserpat, vt si medicus cū viderit huius terreni corporis aliquē esse languorē, magnū suę artis estimat documētū, si cito qui illius interuētu desperatus euadat: vel cū putre vulnus aspexerit, adhibet fomēta vel cętera quib. illud possit quod natū fuerat vulnus obduci, ac si id manēs sanari nō poterit, ne corpus reliquū sua labe corrūpat, ferro amputat quod nocebat, qđ reliquū ītegrū est, seruat intactū. Præcidendū id ergo est quod velut puro sanoq; nimiū corpori vulnus obrepsit: ne cum tardius abstergitur, in ipsis pene visceribus huius mali non exhauriendā post sentina considat. Nam quid nos de his posthac rectum mentibus existimemus, qui sibi se putās debere quod boni sunt, nec illū considerant cuius quotidie gratiam consequentur? Sed item isti qui tales sunt, nullam dei gratiam consequentur, qui sine illo tantum se assequi posse confidunt, quantum vix illi qui ab illo postulant & accipiunt promerentur. Quid enim tā iniquum

quum potest esse, tam Barbarum, tam totius religionis ignarum, tam christianis mentibus inimicum, quā huic te negare debere quicquid in quotidiana gratia conqueris, cui teipse confiteris debere quod natus es? Ergo eris tibi in prouidendo prestantior, quam potest in te esse, qui te vt esses effecit? Et cui putes debere quod viuis, quomodo te non putas illi debere quod quotidiana eius consequendo gratiā taliter viuis? Et qui nos adiutorio negas indigere diuino, quasi ex nostra in totum posibilitate perfecti, quomodo vero adiutoriū in nos, cum tales a nobis etiam esse possumus, prouocamus? Qui enim adiutorium dei negat, vellem interroga re quid dicat, nos non mereri, an illū hoc non posse præstare? An nihil esse propter quod vnusquisq; hoc debeat postulare? Posse hoc deum, opera ipsa testantur: & adiutorio quotidiano, nos egere negare non possumus. Hoc enim seu bene viuimus precamur, vt melius sanctiusq; viuamus, seu praua sētiētes, a bonis auertimur, vt ad rectam redeamus viam eius auxilio plus egemus. Nam quid tam mortiferum, tam præceps videatur ad casum, tam expositum ad omnia pericula, si hoc solum nobis putantes posse sufficere, quod liberum arbitrium cum nasceremus accepimus, vltra iam a domino nihil quæramus? Id est, authoris nostri obliti, eius potētiam, vt nos ostendamus liberos, abiuremus, quasi iā amplius quod possit dare non habeat, qui te in tuo ortu liberū fecit: nescientes quod nisi magnis precibus gratia in nos implorata descendat, nequaquam terrenę labis & mundani corporis vincere conemur errores, cum pares nos ad resistendum non liberum arbitrium, sed dei solum facere possit auxilium. Nam si ille clamat adiutorio sibi opus esse diuino, qui digne hoc non quęreret, si cui liberum arbitrium plus prodesset, quippe cum vir beatus iam electus a domino nihil egeret, tamen ita deū deprecatur postulans: Adiutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus. Nos nobis liberum arbitrium, ille deum postulat adiutorē: quod natī sumus posse sufficere nos dicimus, ille deū ne derelinquatur exorat? Nos ergo dicimus manifeste, quid oremus? cum ille tantopere beatus, vt supra diximus, vir ne despiciatur exorat. Illi enim necesse est ita arguant, qui ista confirmant. Dauid enim orationis ignarus, & suæ naturæ nescius accusetur: qui cum sciat tantum in sua inesse natura, adiutorium inuocat: nec illi sufficit assiduum, sed ne aliquando illū despiciat orationibus pronus exoptat, & per corpus omne psalterii hoc & prædicat & clamat, Si ergo hoc illi tam magnum sit, vt assidue diceret, ita necessariū est confessus vt doceret, quē-

Quid tā iniquū pōt ee, tā barbarū, tā totius religionis ignarū, tā xpanis mēti bus inimicum quā negare nos deber ēo qcqđ in quotiana grā conseqmur, cui faremur nos debere quod nati sumus.

Psal. 26. Idē sup. in epist. pcedēti, in solutiōe. q. 2. & infra i epist. 5. episco. et i de grā et li. ar. ad val. 14. et 15. & 16.

admodum Pelagius Cœlestiusq; sepositā omnī responsiōne Psalmorū, taliq; abdicata doctrina suasuros se aliquibus esse cōfidunt, nos adiutoriū dei nec debere quęrere nec egere, cū omnes sancti nihil se sine hoc agere posse tententur. Liberum enim arbitrium olim ille perpessus, dū suis incōsultius vtitur bonis cadens ī puaricationis profunda demersus, nihil quemadmodū exinde surgere posset inuenit, suaq; in æternū libertate deceptus huius ruinæ iacuisset oppressus, nisi eū post Christi pro sua gratia releuasset aduentus: qui per nouę regenerationis purificationē, omne præteritum vitium sui baptismatis lauacro purgauit, & eius firmans statum quo rectius stabiliusque procederet, tamen suam gratiam in posterū nō negauit. Namquanuis redemisset hominem a prēteritis ille peccatis, tamen sciens iterum posse peccare, ad reparationem sibi, quemadmodū posset illum & post ista corrigere, multa seruauit: quotidiana prestat ille remedia, quibus nisi freti confisiq; nitamur, nullatenus vincere humanos poterimus errores. Necesse est enim quo auxiliante vincimus, eo ire rū non adiuuante vincamur. Sed possem plura dicere, nisi vos constaret cuncta dixisse. Quisquis ergo huic assentiens videtur esse sententiæ, quo dicat adiutorio nobis non opus esse diuino, inimicum se catholicæ fidei & dei beneficiis profitetur ingratum. Nec nostra cōmunione sunt digni, quam prędicando taliter polluerunt. Sic enim sua sponte dum sequuntur illa quæ dicunt, longius a vera religione fugerunt. Cum enim hoc totum in nostra professione consistat, quotidianisq; precibus nihil agamus, nisi quēadmodum dei misericordiam consequamur, quemadmodum ferre possimus istas iactantes? Quis rogo tantus illorum pectora error obcęcat, ut si nullam gratiam sentiūt, quia nec digni sunt nec merētur, nec de aliis cōsiderent quid quotidie singulis gratia diuina largiatur? Sunt quidem isti omni cæcitate dignissimi, qui nec hoc sibi reliquerunt, vt se auxilio credāt reuocari ab erroribus posse diuino. Negantes enim adiutorium, non aliis sed sibi hoc penitus abstulerunt, qui auellendi sunt longius, & ab ecclesiæ procul remouendi viscęribus, ne diutius multa occupās insanabilis post error increscat. Si enim diu fuerint in hac impunitate uersati, necesse est multos in hanc suæ prauitatem mentis inducant decipiantq; innocētes, vel potius imprudentes, qui fidem catholicam non sequuntur. Putabant enim eos recte sentire quos adhuc viderint in ecclesia perdurare. Separetur ergo a sino corpore uulnus insanum, remoroque morbi sæuientis afflatu cautius quę sunt syncera perdurēt, et grex purior ab hac mali pecoris contagione purgetur. Sit totius corporis illibata

Liberæ ar. p̄ christū renouatur.

Pelagiani ab ecclesia abdicād.

illabata perfectio, quā vos sequi & tenere hac in illos pronunciatione cognouimus, & vna vobiscum pari assensione seruamus. Qui si tamen aliquod in se dei adiutorium, quod hucusq; negauerunt prouocauerint, & opus sibi eius auxilium esse cognouerint, vt de hac labe in qua sui cordis incuruatiōe corruerāt liberētur, quasi in lucem de fœda tracti caligine, remotis abdicatisque omnibus, quibus totus ne verum aspiceret fœdabatur & caligabat aspectus, damnent hæc quę hucusque senserunt, & aliquando animum rectis disputationibus cōmodantes, ab hac aliquantulum labe correcti, veris sanandos conciliis tribuant atque submittant. Quod si fecerint, erit in potestate pontificum, istis aliquatenus subuenire, & talibus aliquā curā præstare vulneribus, quam solet lapsis, cum resipuerint, ecclesia nō negare: vt a suis reuocati pręcipitijs, intra ouile domini redigā tur, ne foris positi & tanto prędio a fide munitionis excluſi, periculis omnibus exponantur, deuorandi luporum dentibus atque vexandi, quibus obsistere hac qua illos in se irritauerant doctrinę peruersitate nō possunt. Sed satis vestris monitis, & sic satis abundantibus nostræ legis exemplis probatur esse respōsum, nec quicquam superesse duximus quod dicamus, cum nihil prętermissum a vobis, nihil constet esse suppressum, quo illi refutati & penitus cognoscantur esse conuicti. Ideoque a nobis testimonia nulla ponuntur, quia & his plena relatio est, & satis constat vt doctissimos sacerdotes cuncta dixisse, nec decet credere vos aliquid quod ad causam possit proficere prętermisse. Et alia manu. Bene valete fratres. Et ad latus, quinto calendas.

Domino beatissimo meritoq; venerabili & in Christo honorando papæ Innocentio, Siluanus, Valētinus Aurelius, Donatus, Restitutus, Lucianus, Alipius, Augustinus, Placētius, Seuerus, Fortunatus, Posidius, Nouatus, Secundus, Maurentius, Leo, Faustinianus, Crescōnius, Malcus, Littorius, Fortunatus, Donatus, Porticanus, Saturninus, Christonius, Honorius, Lucius, Adeodatus, processus, Crescōnius, Secundus, Felix, Asiaticus, Rufinianus, Faustinus, Seruus, Terentius, Crescōnius, Sperantius, Quadratus, Lucillus, Sabinus, Faustinus, Crescōnius, Victor, Gignātius, Posidonius, Antonius, Innocētius, Prętidius, Crescētius, Felix, Antonius, Victor, Honoratus, Dōatus, Petrus, Prętidius, Crescōnius, Lāpadius, Delphinus, ex cōcilio Mileuitano in dño, S.

EPIST. XCII.

QVIA te dominus gratiæ suæ præcipue munere in sede apostolica collocauit, talemque nostris temporibus prętitit, vt nobis potius ad culpā neglig n

 tiæ valeat,

tiæ valeat, si apud tuam venerationem quæ pro ecclesia suggerenda sunt tacuerimus, quam ea tu possis vel fastidiose vel negligenter accipere, magnis periculis infirmorum membrorum Christi pastoralem diligentiam

Hæresis Pelagiana inimica grꝫ xpi de qua i hær. c. 88. in. 1. To. ho. opus. Mat. 6.

quæsumus adhibere digneris. Noua quippe hæresis & nimiũ perniciosa tempestas surgere inimicorum gratiæ Christi cœpit, qui nobis etiã dominicam orationem impiis disputationibus conantur auferre. Cum enim dominus docuerit vt dicamus, Dimitte nobis debita nostra,

Hoc dãnatũ in cõci. Mil. cã. 7. et 8. & i cõci. aphr. cã. 81. 82. et 83. i 1. T. cõcil.

sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: isti dicunt posse hominem in hac vita præceptis dei cognitis ad tã tam perfectionem iustitiæ sine admitorio gratiæ saluatoris, per solum liberum voluntatis arbitrium peruenire, vt ei non sit iam necessariũ dicere, Dimitte nobis debita nostra. Illud vero quod sequitur, Ne nos inferas in tentationem: non ita intelligendum tanquã diuinum adiutorium poscere debeamus, ne in peccatum tentanti decidamus, sed hoc in nostra esse positum potestate, & ad hoc implendum solam sufficere voluntatem hominis, tã

Roma. 9. 1. Cor. 10.

quã frustra Apostolus dixerit, Non volentis neque currentis, sed miserentis est dei: &, Fidelis deus qui nõ permittet vos tentari super id quod potestis, sed faciet cũ tentatione etiam exitum vt possitis sustinere: frustra etiã dominus dixerit Apostolo Petro, Rogaui pro te, ne deficiat fides tua. Et omnibus suis, Vigilate & orate, ne intretis in tentationẽ: si hoc totum est potestatis humanę.

Luc. 22.

Hoc damnatũ i cõci. Mil. cã. 2. et in aphri. can. 77. i 1. T. cõci. et i epist. 89. q̃ hr sup. i respõ sione ad. q. 3.

Pueros quoque paruulos si nullis innouentur Christia nę gratię sacramentis habituros vitam æternã, nequam præsumptione contendunt, euacuantes quod dicit Apostolus: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatũ mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Et alio loco: Sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur. Vt ergo alia omittamus quę contra sanctas scripturas plurima differunt, hæc interim duo quibus omnino totum quod christiani sumus nituntur euertere, quę fidelia corda sustinent, non esse rogandum deũ, vt contra peccati malum atque ad operandam iustitiã sit noster adiutor, & non opitulari paruulis ad consequendam vitam æternam christianæ gratiæ sacramentum: hæc insinuantes apostolico pectori tuo, non opus habemus multa dicere, & tantam impietatem verbis exaggerare, cum proculdubio te ita permoueant, vt ab eis corrigendis ne latius serpant multosq; contaminẽt, vel potius interimant, dum sub nomine Christi, a gratia Christi penitus alienant, omnino dissimulare non possis. Huius autẽ pernicioſissimi erroris authores esse perhibentur, Pelagius & Cœlestius, quos quidẽ in ecclesia sanari

Ro. 5.

1. Cor. 15

Malebat Augu. pessimos Hæreticos sanari, quã desperari.

sanari maluimus, quam desperata salute ab ecclesia resecari, si necessitas nulla compellat. Quorũ vnus, id est Cœlestius etiam presbyterũ in Asia dicitur peruenisse. De quo ante paucos annos quid gestũ fuerit sanctitas tua de Carthaginensi ecclesia melius instruet. Pelagius vero sicut a quibusdam fratribus nostris missę loquunt epistolę, Hierosolymis constitutus nonnullos fallere asseritur, Verumtamen multo plures qui eius sensus diligentius indagare potuerũt, aduersus eũ pro gratia Christi & catholicę fidei veritate confligunt, præcipue sanctus filius tuus frater & compresbyter noster Hieronymus. Sed arbitramur, adiuuante misericordia domini dei nostri Iesu Christi, qui te et regere consulentẽ & orãtẽ exaudire dignatur, authoritati sanctitatis tuę, de sanctarum scripturarũ authoritate deprompte, facilius eos qui tam peruersa & perniciosa sentiunt esse cessuros, vt de correctione potius eorum congratulemur quam contristemur interitu. Quodlibet autẽ ipsi eligant, certe vel aliis quos plurimos possunt, si ab eis dissimuletur suis laqueis implicare, cernit Venerabilitas tua instanter & celeriter prouidendum. Hæc ad sanctitatem tuam de cõcilio Numidię scripta direximus, imitantes, Carthaginẽsis ecclesię, Carthaginensis prouinciæ coepiscopos nostros, quos ad sedem apostolicam quam beatus illustras de hac causa scripsisse comperimus. Et alia manu, Memor nostri in deum gratia augearis domine beatissime, meritoq; venerabilis, & i Xpo honorãde sancte pater.

Innocentius. Siluano seni, Valentino, & cæteris qui in Mileuitana synodo interfuerunt dilectissimis fratribus in domino Salutem.

EPIST. XCIII.

Hęc epist. hr i 1. T. cõci. et ẽ. 26.

INTER cæteras Romanæ ecclesiæ curas & apostolicæ sedis occupationes, quibus diuersorum consulta fideli ac * modica disceptatione tractamus, frater & coepiscopus noster Iulius, dilectiõis vestrę literas, quas ex Mileuitano concilio cura fidei propensiore misistis, mihi inopinanter ingessit, Carthaginensis etiam synodi querelæ parilis scripta subiungens. Nimirum exultat ecclesia tantam solicitudinem commissis gregibus exhibere pastores, vt non solum ex his non patiantur errare, sed si quas magis ouium obscœnæ delectationis herba seduxit, si in errore permanserint, aut segregari penitus velint, aut illicenter dudum petita vitantes, custodiæ pristinę circunspectione tutari, in vtraq; parte videlicet consulentes, ne vel suscipiendo tales simili cęteræ ducantur exemplo, vel spernendo redeuntes luporum morsibus

* Alias medica.

morsibus videantur ingestæ. Prudens admodum & catholicę fidei plena consolatio. Quis enim aut tolerare possit errantẽ, aut non recipere corrigentẽ? Ná vt duru arbitror colubentiã præbere peccãtibus, ita impiũ iudico manum negare conuersis. Diligenter ergo & cum grue apostolico cõsulitis honori, * honori inquã illius, quẽ pręter illa quæ sunt extrinsecus, solicitudo manet omnium ecclesiarũ, super anxiis rebus quæ sit tenenda sententia, antiquæ scilicet regulę formam sequuti, quã toto semper ab orbe mecum nostis esse seruatã. Verum hęc missa facio, neque enim hoc vestrã credo latere prudentiam. Quid id etiam actione firmastis, nisi sciētes quod per omnes prouincias de apostolico fonte petentibus responsa semper emanent? præsertim quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres & coepisco pos nostros, nõ nisi ad Petrum, id est sui nominis et honoris authorem referre debere, velut nunc retulit vestra dilectio, quod per totum mundum possit omnibus ecclesijs in commune prodesse. Fiant enim necesse est cautiores, cum inuentores malorum * ad duplicis relatio nem synodi sententiæ vestræ statutis viderint ab ecclesiastica cõmunione seiunctos. Gemino igitur bono charitas vestra fungitur. Nam & canonum potiemini gratia seruatorum, & beneficio vestro totus orbis vtetur. Quis enim catholicorum virorum cũ aduersarijs Christi velit vlterius miscere sermonem: quis saltem ipsam lucem vitę cõmunione partiri? Noui hæreseos nimirum fugiãtur authores. Quid enim acerbius in deum fingere potuerunt, quam cum adiutoria diuina cassarent, causamque diuinæ, id est quotidianæ precationis auferrẽt, hoc est dicere, quid mihi opus deo? Merito in hos dicat hymnidicus: Ecce hoĩes qui nõ posuerunt deum adiutorem sibi. Negantes ergo auxiliũ dei, in quiunt hominẽ sibi posse sufficere, nec gratia hunc egere diuina, qua priuatus necesse est diabolí laqueis irretitus occũbat, dum ad oĩa vitę perficienda mãdata, sola tantũ modo libertate contẽdat. O prauissima mentiũ puersa doctrina: aduerte tandẽ quod primũ hominẽ ita libertas ipsa decepit, vt dũ indulgẽtius frenis eius vtitur, in præuaricationẽ presumptiõe cõciderit, nec ex hac potuit erui, nisi ei, pui dẽtia regeneratiõis statũ pristinę libertatis Christi dñire formasse aductus. Audi Dauid dicẽtẽ, Adiutoriũ nostrũ in noĩe dñi. Et, Adiutor meus esto ne derelinquas me, nec? despicias me deus salutaris meus: q̃ incassum dixit, si tantũ in eius erat positũ voluitate, quod a dño flebili sermone poscebat. Quę cũ ita sint, cũ in oĩbus diuinis paginis voluntati libere non nisi adiutorium deile gamus esse nectendum, eamque nihil posset cœlestibus

Impiũ est manũ negare cõuersis.

* Arcana alĩs arcani.

2.Cor.11.

2491.

Quotiẽs ñ fidei.

* Alias duplices.

Psal.51.

Psal.26.et 123. Pro hac materia uide ca.16.ĩ d gra,et li.ar.ad val.ĩ T.7.et in isto.2. T.opus.

auxiliijs destitutam, quonam modo huic soli possibilitatem hanc pertinaciter vt asseritis defendentes, sibimet imo quod est dignius dolore cõmuni plurimis Pelagius Cœlestiusque persuadent. Multifariis * quidem ad destruẽdum tale magisterium vti possemus exemplis, nisi sciremus sanctitatem vestram ad plenum scripturas omnes callere diuinas, præsertim cum vestra relatio tantis ac talibus testimonijs sit referta, vt his solis valeat præfens dogma rescindi, opusque non esse reconditis, cũ exijs quę facile vobis occurrentia posuistis, nec audeant obuiare nec possint. Ergo dei gratiam conãtur auferre, quam necesse est etiam restituta nobis status pristini libertate queramus: quippe nec alias diaboli machinas, nisi eadem possumus iuuante, vitare. Illud vero quod eos vestra fraternitas asserit prędicare, paruulos ęternæ vitę præmijs etiã sine baptismatis gratia posse donari, perfatuum est. Nisi enim manducauerint carnem filii hominis, & biberint sanguinem eius, nõ habebunt vitam in se metipsis, Qui autem hanc eis sine regeneratio ne defendunt, videntur mihi ipsum baptismum velle cassare, cum prædicant hos hebere quod in eos creditur nõ nisi baptismate conferendum. Si ergo nihil volunt officere non renasci, fateantur necesse est nec regenerationis sacra fluẽta prodesse. Verũ vt supfluorũ hoiu̇ prauа doctrina celeri veritatis possit ratione discindi, proclamat hoc dominus in Euangelio, dicens: Sinite infantes venire ad me, & nolite eos prohibere, talium est. n. regnum cœlorum, Quare Pelagium Cœlestiumq;, id est inuentores vocum nouarũ, quę sicut dixit Apostolus, ędificationis nihilum sed magis vanissimas consueuerunt parere quæstiones, ecclesiastica communione priuari, apostolici vigoris authoritate cẽsemus, donec resipiscant de diaboli laqueis, a quo captiui tenentur secũdum ipsius voluntatem, eosque interim dominico ouili non recipi, quod ipsi peruersæ vię sequuti tramitem deserere voluerunt. Abscindendi sunt enim qui vos conturbant, & volunt * conuertere euangelium Christi. Simul autem precipimus vt quicunque id pertinacia simili defensare nituntur, par eos vindicta constringat. Non solum enim qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, quia non multum interesse arbitror, inter cõmitentis animum, & consentientis fauorem. Addo amplius, Pierunque dediscit errare, cui nemo cõsentit. Hęc igitur fratres charissimi in supradictos maneat fixa sententia, absint artiis domini, careant custodia pastorali, ne duarũ ouium dira contagia serpant forsitan p vulgus incautum, rapaciq; lupus corde læterur intra ouile dominicum tãtas ouiũ fusas cateruas, dũ a custodibus

* Alias sigdẽ.

Ioan.6.

Etiã Romana ecclesia credidit eucharistia paruulis necessariam.

Luc.18.

2.Tim.2.

Pelagius & cœlestius anathematizati. vnam cũ illoꝝ fautori 2.Tim.2. bus.

Gal.5.

* Alias euertere.

Roma.1.

Nõ multũ ĩter cõmittẽtis aĩum, & cõsentientis fauorẽ.

dissimilanter

Ioan.10. dissimulanter habetur vulnus duarum. Prospiciendum est ergo ne permittendo lupos mercenarii magis videamur esse quam pastores Iubemus sane, quoniam Christus dominus propria voce significauit, nolle se mortem Ezech.8.&.33. morientis, tantum vt reuertatur & viuat, si vnquam sani deposito prauidogmatis errore resipuerint, damnarintque ea quorum se ipsi præuaricatione dānarunt, eis medicinam solitam, id est receptaculum suum ab ecclesia non negari: ne dum eos redeuntes forsitan prohibemus, vere extra ouile remanentes, expectantis hostis faucibus glutiantur, quos in semetipsis spiculis malæ disputationis armauit. Bene valete. Datum sexto Calendas Februarias. Honorio & Constantio viris clarissimis consulibus.

DOMINO BEATISSIMO ET IN CHRISTI VERITATE VENE-nerando fratri & consacerdoti Hilario, Augustinus in Domino S. Epist. XCIIII.

HONORABILIS Filius noster Palladius cum de nostro littore nauigaret, beneficium poscendo magis dedit, vt non solum eum benignitati tuæ, verum etiam meipsum tuis orationibus commendarem, domine beatissime & in Christi charitate venerande frater. Quod cum facio, profecto & sanctitas tua faciet quod de te ambo præsumimus. Quę autem circa nos sint, quoniam scio dilectionem Vestram pro nobis, sicut & vobis esse solicitam, a memorato perlatore audiet synceritas tua. Veruntamen quod maxime necessarium est breuiter dicam: Noua quędam hęresis inimica gratiæ Christi contra ecclesiam Christi conatur exurgere, sed nondum euidenter ab ecclesia separata est, hominum scilicet quia tārum audent infirmitati humanę tribuere potestatis, vt hoc solum ad dei gratiam pertinere contendant, q̄ cum libero arbitrio & non peccandi possibilitate creati sumus, & dei mandata quæ a nobis implerentur accepimus. Cęterum ad eadem mandata seruanda et implenda nulla diuino adiutorio nos egere. Necessariam vero nobis esse remissionem peccatorum, quia ea quæ a nobis in pręteritum malefacta sunt, infecta facere non valemus: cauendis autem futuris vincendisque peccatis, omnibusque tentationibus virtute superandis, sine vllo deinceps adiutorio gratiæ dei naturali possibilitate humanam sufficere voluntatem: nec paruulos indigere gratia saluatoris, qua per eius baptismū a perditione liberentur,

Hęc oīa dānata in cōcil. Mileu. & Aphr. ī. 1. T. conciliorum.

liberentur, eo q̄ nullum ex Adam contagium damnationis traxerint. Quam sint hec inimica gratiæ Christi, quæ per Iesum Christum dominū nostrum humano generi indulta est, & quemadmodum totius fidei Christianæ fundamenta euertere moliantur, peruideat nobiscum venerabilitas vestra, necp̄ apud vos tacere debuimus, vt eiusmodi homines: quos quidem sanari in ecclesia q̄ ex illa resecari magis volumus & optamus, cura pastorali caueatis, Iam enim cum ista scriberem cognouera-mus in ecclesia Carthaginensi aduersus eos episcopali concilij conditum fuisse decretum, per epistolam sancto & venerabili papæ Innocentio dirigendum, & vos de concilio Numidiæ ad eandem apostolicam sedem iam si militer scripseramus. Omnes enim qui spem habemus in Christo huic pestiferæ impietati resistere, eamque concorditer damnare & anathematizare debemus: quæ cō tradicit etiam orationibus nostris, concedens quidem Matth.6. vt dicamus: Dimittimus debitoribus nostris: & hoc ita concedens, vt asserat hominem in hoc corruptibili corpore, quod aggrauat animam, posse suis viribus ad tantam iustitiam peruenire, vt neque hoc illi sit dicere necessariū: Dimitte nobis debita nostra. Illud vero quod Matth.6. sequitur, Ne nos inferas in tentationem: non sic accipiunt tanquam deus orandus sit, quo nos ad superandas tentationes adiuuet peccatorum, sed ne quisquam irruens corporaliter nos humanus casus affligat, quoniam peccatorum tentationes vincere ita sit iam in nostra positum potestate possibilitate naturæ, vt hoc inaniter impetrandum orantibus arbitremur. Non possumus vna epistola breui omnia vel plurima tantę impietatis argumenta colligere, pręsertim quia cum ista conscriberem, perlatores nauigaturi me immorari diutius non sinebant. Puto autem onerosum me non fuisse sanctis sensibus tuis, quod de tanto malo omniumque vigilantia domino adiuuante vitando tacere non potui.

Hoc idē ī epist. 89. et. 95. ī. 2. T. et oēs hæ habē tur ī isto T. op.

DOMINO BEATISSIMO ME- 2. Retract. 50.

RITOQVE HONORANDISSIMO FRAtri Innocentio papę, Aurelius, Alipius, Augustinus, Euodius & Possidius salutem Epist. XCV.

Hęc epist. hr̄ ī. 11 To. cōci. añ cō cil. Mileui.

DE concilijs duobus prouinciæ Carthaginensis atque Numidiæ ad tuam sanctitatem a non paruo episcoporum numero subscriptas literas misimus cō

Psal. 48. tra

Pelagiāi deo dicebāt tu nos fecisti homines, iustos aūt ipsi nos fecimus. idē ī de hereſibus. 88. in 1. To. horū op.

tra inimicos gratię Christi, q cōſidunt in virtute ſua, & creatori noſtro quodammodo dicunt, Tu nos feciſti homines iuſtos autē ipſi nos fecimus. Qui naturam humanam ideo dicunt liberam ne querant liberatorem, ideo ſaluam vt ſuperfluum iudicent ſaluatorem. Tantū enim dicunt valentē vt ſuis viribus in origine ſuæ creatiōis acceptis, poſſit per liberum arbitrium, nihil vlterius adiuuante illius gratia qui creauit, domare, & extinguere omnes cupiditates tentationeſq; ſuperare: multiq; eorū inſurgunt aduerſum nos, & dicunt animę noſtræ nō eſt ſalus illi in deo eius. Familia Chriſti quæ dicit, cum infirmior tunc potens ſum, & cui dicit dominus eius: Salus tua ego ſum, ſuſpenſo corde cum timore & tremore aditorium domini etiam per charitatem tuę venerationis expectat. Audiuimus, n. eſſe in vrbe Roma, vbi ille diu vixit, nōnullos qui diuerſis cauſis ei faueant, q dam ſcilicet, quia nos talia perſuaſiſſe perhibent, plures vero qui eum talia ſentire non credunt, præſertim quia in Oriente vbi degit, geſta eccleſiaſtica facta eſſe iactantur, quibus putatur eſſe purgatus: vbi quidē ſi epiſcopi eum catholicum pronunciarunt, non ob aliud factū eſſe credendum eſt, niſi quia ſe dixit dei gratiā confiteri, & ait poſſe hominem ſuo labore ac voluntate iuſte viuere, vt ad hoc adiuuari dei gratia non negaret. His, n. auditis verbis, catholici antiſtites nullam aliam dei gratiam intelligere potuerunt, niſi quam in libris dei legere & populis dei prædicare conſueuerunt: Eam vtiq; de qua dicit Apoſtolus: Nō irritam facio gratiam dei: nā ſi per legem iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt: ſine dubio gratiam qua iuſtificamur ab iniquitate, & qua ſaluamur ab infirmitate, non qua creati ſumus cum propria voluntate. Nam ſi intellexiſſent illi epiſcopi eam ill ū dicere gratiā quā etiā cū impijs habemus cū q bus homines ſumus, negare vero eam qua Chriſtiani & filij dei ſumus, quis eum patienter catholicorum ſacerdotum nō dicimus audiret, ſed ante oculos ſuos ferret? Quapropter nō culpandi ſunt iudices, qui eccleſiaſtica conſuetudine nomen gratię audierūt, neſcientes quid huiuſmodi homines vel in ſuæ doctrinæ libris vel in ſuorum ſolēt auribus ſpargere. Non agitur de vno Pelagio qui iā fortaſſe cōrectus eſt, quod vtinam ita ſit, ſed tam multis, quibus loquaciter contendentibus, & infirmas atque ineruditas animas velut conuictas trahentibus, firmas autem & in fide ſtabiles ipſa contentione fatigantibus vſquequaque iam plena ſunt omnia. Aut ergo a tua venerationе acciendus eſt Romam, & diligenter interrogandus, quam dicat gratiam qua fateatur, ſi tamen iam fateatur, ad non peccandum iuſteque viuendum

Idē īfra in ꝯ gra. & li. arb. ad Val. cap. 15. &. 16.

Gal. 2.

Tēpore Aug. iā fere oīa Pelagia nis plena erant.

homines adiuuari. Aut hoc ipſum cum eo per literas agendum, & cum inuentus fuerit hanc dicere quam docet eccleſiaſtica & apoſtolica veritas, tunc ſine vllo ſcrupulo eccleſię, ſine laribulo ambiguitatis vllius abſolūedus eſt, tūc eſt reuera de eius purgatiōe gaudēdū. Siue enim gratiam dixerit eſſe liberum arbitrium, ſiue gratiam eſſe remiſſionem peccatorum, ſiue gratiam eſſe legis præceptum, nihil eorum dicit quod per ſubminiſtrationem ſpiritus ſancti pertinet ad concupiſcentias tentationeſque vincendas, quem ditiſſime effudit in nos, qui aſcendit in cœlum & captiuauit captiuitatem, dedit dona hominibus. Hinc enim oramus vt peccatorum tentationē ſuperare poſſimus, vt ſpiritus dei vnde pignus accepimus, adiuuet infirmitatem noſtram: qui autē orat & dicit, Ne nos inferas in tentationem: non vtique id orat vt homo ſit quod eſt natura: neque id orat vt habeat liberum arbitrium quod iam accepit cum crearetur ipſa natura: neque orat remiſſionē peccatorū, quia hoc ſuperius dicitur, Dimitte nobis debita noſtra: neq; orat vt accipiat mandatum. Si enim in tentationem inductus fuerit, hoc eſt in tentatione defecerit, facit vtiq; peccatum quod eſt contra mandatum. Orat ergo vt non peccet, hoc eſt ne quid faciat mali, quod pro Corinthiis orat Apoſtolus Paulus dicens: Oramus autem ad dominum nequid faciatis mali. Vnde ſatis apparet, quod ad non peccandum, id eſt ad non male faciendum, quamuis eſſe non dubitetur arbitrium voluntatis, tamē eius poteſtas non ſufficiat niſi adiuuetur infirmitas. Ipſa igit ur oratio, clariſſima eſt gratiæ teſtificatio. Hanc ille confiteatur, & eum gaudebimus ſiue rectum ſiue correctum. Diſtinguenda eſt lex & gratia. Lex iubere nouit, gratia iuuare. Nec lex iuberet niſi eſſet voluntas, nec gratia iuuaret ſi ſat eſſet voluntas, Iubetur vt habeamus intellectum, vbi dicitur, Nolite eſſe ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus: & tamen oramus vt habeamus intellectum, vbi dicitur: Da mihi intellectum vt diſcam mandata tua, ſtulti aliquādo ſapite & tamen oratur vt ſapientiam habeamus. Iubetur vt habeamus ſapientiam, vbi dicitur: Si quis autem veſtrum indiget ſapientia, poſtulet a deo qui dat omnibus affluēter, & non improperat & dabitur ei. Iubetur vt habeamus continentiam, vbi dicitur: Cum ſcirem quia nemo poteſt eſſe continens niſi deus det, et hoc ipſum erat ſapientia, ſcire cuius eſſet hoc donum, adii dominum & deprecatus ſum eum. Poſtremo ne nimium longum ſit cuncta p̄currere, iubē vt nō faciamus malū, vbi dicit, Declina a malo: et tamē orat vt nō faciamus malū, vbi dicit, Ora mus autē ad dominum ne quid faciatis mali, Iubetur vt faciamus

Pelagiani dicebāt grāz ee naturam Tit. 3. vel li. Pſal. 67 ar. vel Mat. 6. remiſſionem Ro. 8. 2. Cor. 5 peccatorꝫ, aut legis p̄ceptū. idē in de grat. et li. ar. ad Val. 12. et. 13. & 14. ī T. Mat. 6. 7. et in iſt. 2. To. op. et ī epi. 89. ī 2. T. et ſup. ī iſto T. op. et ī cōci. arauſ. cā. 21. et cōtra duas Pela. epi. li. 3. c. 5. in To. 7. et ī 2. Co. 13 3. To. ho. op. et ī d ec. dog. c. 48. T. 3. et ī 1. T. ho. op.

Lex iubere nouit, et grāiuuar.

Pſal. 31. & 118.

Iaco. 1.

Sap. 8.

Pſal. 36. 2. Cor. 13. Pſal. 33.

Col.2.

faciamus bonum, vbi dicitur, Et fac bonum: & tamen oramus vt faciamus bonum, vbi dicitur, Non cessamus p vobis orantes & postulantes: atque inter cętera p illis orans dicit, Vt ambuletis digne deo in omne placi tum, in opere & sermone bono. Sicut ergo agnoscimus voluntatem cum hęc precipiuntur, sic & ipse agnoscat gratiam cum petuntur. Missimus reuerentiæ tuę librum quem dederunt quidam religiosi & honesti adolescentes serui dei, quorum etiam nomina non tacemus: nam Timasius & Iacobus vocantur: qui sicut audiuimus & iam nosse dignaris ipsius Pelagij exhortatione spem quam habebant in seculo reliquerunt, & nunc continenter deo seruiunt. Qui cum eodem errore tandem aliquando per qualęcunque operā nostram domino inspirante caruissent, protulerunt eundem librum Pelagij esse dicentes, & vt ei responderetur impendio rogauerunt. Factū est: ad eosdem rescripta est ipsa responsio: agētes gratias rescripserunt. Vtrunque missimus, & cui responsum est, & quod responsum est, ne nimium essemus onerosi, signa fecimus his locis, vbi petimus inspicere non graueris, quemadmodum sibi obiecta quæstione, quod gratiā dei negaret, ita respondit, vt eam esse non diceret nisi naturam in qua nos condidit deus. Si autem hunc esse suū librum negat, aut eadem in libro loca, nō contendimus, anathematizet ea, & illam confiteatur apertissime gratiam, quam doctrina Christiana demonstrat & prędicat esse propriam Christianorū, quę non est natura, sed qua

1.Cor.3.

soluatur natura, non auribus sonante doctrina vel aliquo adiumento visibili, sicut plantatur quodāmodo & irrigatur extrinsecus, sed subministratione spiritus & occulta misericordia sicut facit ille, qui dat incrementum deus. Etsi enim quadam non improbanda ratione dicitur gratia dei qua creati sumus, ut non nihil essemus, nec ita essemus aliquid ut cadauer quod non uiuit, & arbor quę non sentit, aut pecus quod non intelligit, sed hoc es, qui & essemus & uiueremus & sentiremus & intelligeremus, & de hoc tāto beneficio creatori nostro gratias agere debeamus: vnde merito et ista gratia dici potest, quia non precedentium aliquorum operum meritis, sed gratuita dei bonitate donata est: alia est tamen qua prędestinati uocamur, iustificamur

Gratia, natura dicitur.

Rom.8.

Rom.8.

glorificamur, ut dicere possimus: Si deus p nobis quis contra nos? Qui filio suo proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eū. De hac gratia quęstio uertebatur quando ab iis quos Pelagius grauiter offendebat atque turbabat, dicebatur ei quod eam suis disputationibus oppugnaret, quibus assereret non solum ad faciendā, uerum etiam ad perficienda mādata diuina per

per liberum arbitrium humanam sibi sufficere naturam. Hāc Apostolica doctrina gratiam isto nomine appellat, qua saluamur & iustificamur ex fide Christi: De hac scriptum est, Non irritam facio gratiam dei. Nam si per legē iustitia, ergo Christus gratis mortuus est? De hac scriptum est: Euacuati estis in Christo, qui in lege iustificamini a gratia excidistis: De hac scriptum est: Si autem gratia iam non ex operimus, alioquin gratia non est gratia. De hac scriptum est: Ei autem qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum; ei autem qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam. Et multa alia, quę melius potes ipse meminisse, & intelligere prudentius & illustrius prædicare. Illam vero gratiam qua creati sumus homines, etiam si ita appellandam nō immerito intelligimus, mirum est tamen si ita appellatam ī ullis legitimis propheticis, euangelicis, apostolicisq; literis legimus. Cum itaque de hac gratia Christianis fidelibus catholicisq; notissima, illi obijceretur quæstio, vt eam oppugnare definiret, quid est quod cum hæc sibi in libro suo velut aduersante persona idem ipse obiecisset, vt se respondendo purgaret nihil aliud respondit, nisi naturam creati hominis referri gratiam creatoris, atq; ita se dicere sine peccato implere posse iustitiam per liberum arbitrium cum adiutorio diuinę gratię, q̄ deus hoc dederit homini ipsa possibilitate naturę? Cui merito respondetur: Ergo euacuatum est scandalum crucis, ergo Christus gratis mortuus est. Non enim si non moreretur pro peccatis nostris, & resurgeret propter iustificationem nostram, nec ascendens in altum captiuans captiuitatem daret dona hominibus, ista naturæ possibilitas quam defendit, in hominibus non esset. An forte dei mandatum deerat, et ideo Christus mortuus est: imo iam & hoc erat sanctum & iustum & bonum. Iam dictum fuerat: Non concupisces. Iam dictum fuerat: Diliges proximum tuum tanquam teipsum. In quo sermone Apostolus omnem legem dicit impleri. Et quoniam nisi diligat deum, nemo diligit seipsum, ideo dominus in ijs duobus præceptis, totam legem prophetasq; dicit pendere. Quæ duo præcepta iam erant hominibus diuinitus data. An æternum præmium iustitiæ promissum nōdum erat? Hoc ipse non dicit, qui in suis literis posuit etiam in Vetere testamento regnum cœlorū esse promissum. Si ergo ad faciendam perficiendamq; iustitiam, iam erat naturæ possibilitas p liberū arbitriū, iā erat legis dei sanctū & iustum bonumque mandatum, iam erat promissum præmium sempiternum, ergo Christus gratis mortuus est. Ergo neque per legem iustitia, neque per naturæ possi-

Gal.2.&5.

Rom.11.

Rom.4.

Gal.5.

Rom.4.

Psal.67.

Exod.20.
Matth.22.
Deut.5.&7.
Eccle.25.
Roma.13.

Leui.19.
Matth.22.
Mar.12.
Luc.10.
Rom.13.

Gal.5.

1.Thi.1.

1.Thi.2.

Rom.4.

Abac.2
Rom.1.
Rom.5.

Rom.7.

1.Thi.2.
Deus hoīez fecit et manēs deus hō factus refecit quod fecit.

2.Cor.4.
Veteres nobiscum habuerunt eandem fidē vt ign Au.sup Eu. Ioā.tract. 45.i To.9. Ioā.8. & in Epist. Gen.14 89.i.2 Gal.3 To.& supra in isto To. opusc.

Ex gra icipit ī hoīe eē iustitia, nō sua sz dei.

bilitatem, sed ex fide & dono dei per Iesum Christum dominum nostrum, vnum mediatorem dei & hominum: qui nisi in plenitudine temporis mortuus esset propter delicta nostra nostra, & resurrexisset propter iustificationem nostram, profecto & antiquorum fides euacuaretur & nostra. Fide vero euacuata, quæ homini iustitia remaneat, cum iustus ex fide viuat? Ex quo enim per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranlit in quo omnes peccauerunt: proculdubio a corpore mortis huius vbi alia lex repugnat legi mentis, neminem liberauit aut liberat sua possibilitas, quæ perdita redemptore indiget, saucia saluatore, sed gratia dei & per fidē vnius mediatoris dei & hominum, hominis Christi Iesu: qui & deus cum esset, hominem fecit, & manēs deus hō factus refecit ipse quod fecit. Puto autem quod eum lateat, fidem Christi, quę postea in reuelationem veniē, in occulto fuisse temporibus patrum nostrorum, per quam tamen etiam ipsi dei gratia liberati sunt quicunq; omnibus generis temporibus liberari potuerunt, occulto iudicio dei, non tamen vituperabili. Vnde dicit Apostolus, Habentes autem spiritum fidei, vtique eundem quem & illi secundum quod scriptum est, Credidi propter quod & locutus sum, & nos credimus, propter quod & loquimur. Inde est quod ait ipse mediator: Abraham pater vester concupiuit videre diem meum, & vidit & gauisus est. Inde Melchisedech prolato sacramento mensæ dominicæ, nouit ęternum eius sacerdotium figurare. Iam vero data in literis lege, quam dicit Apostolus sub intrasse vt abundaret delictum, & de qua dicit, Si ergo ex lege hæreditas, iam nō ex promissione, Abrahę autē per repromissionem donauit deus. Quid autē lex? Trāsgressionis gratia proposita est donec veniret semen, cui promissum est dispositum per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius non est, deus autem vnus est. Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si enim data esset lex quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed cōclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus, Nonne satis ostenditur hoc actum esse per legem, vt peccatum agnosceretur & præuaricatione augeretur? vbi enim lex non est, nec pręuaricatio: & hc aduersus victoriam peccati ad diuinam gratiam quę in promissionibus est, confugeretur: atquetta lex non esset aduersus promissa dei, quia ideo per illam fit cognitio peccati, & ex præuaricatione legis abundantia peccati, vt ad liberationem quæratur promissiones dei, quod est gratia dei, & incipiat esse in homine iustitia, non sua sed dei, hoc est

data dono dei. Quam etiam nunc quidam, sicut tunc de Iudęis dictum est, ignorantes dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Per legem quippe & illi iustificari se arbitrantur, sufficiente sibi ad eam custodiendam libero arbitrio, hoc est iustitia sua prolata ex natura humana, non donata ex gratia diuina, propter quod iustitia dei dicitur. Vnde item scriptum est: Per legem enim cognitio, peccati. Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est, testificata per legem & prophethas. Cum dicit, Manifestata est: ostendit quia tunc erat, sed tanquam illa pluuia quam Gedeon impetrauit, tunc velut in vellere occulta, nunc autem velut in area manifestata. Cum ergo lex sine gratia non mors peccati potuisset esse, sed virtus, sicut dictum est: Aculeus mortis peccatum, virtus autem peccati lex: Sicut confugiunt multi a facie regnantis peccati ad gratiam velut aream nunc patentem, ita pauci ad eam confugiebant velut in vellere tunc latentem. Hæc vero temporum distributio refertur ad altitudinem diuitiarum sapientię & scientiæ dei, de qua dictum est: Quam inscrutabilia sunt iudicia eius & inuestigabiles viæ eius. Quapropter si & ante tempus legis & tempore ipso legis iustos patres & ex fide viuentes, non possibilitas naturæ infirmæ & indignæ ac vitiatæ & sub peccato venundatæ, sed dei gratia per fidem iustificat, & nunc eadem in apertum iam veniens reuelata iustificat: anathemet ergo Pelagius scripta sua, vbi cōtra eam, & si non per contumaciam, tamen per ignorantiam disputat, possibilitatem defendendo naturæ ad vincenda peccata & implenda mandata: aut si sua esse negat, aut scriptis suis ab inimicis suis dicit immissa quę sua negat, anathemet ea tamen & damnet paterna exhortatione & authoritate sanctimoniæ tuæ. Si vult, ergo onerosum sibi, & pernicioſum ecclesiæ discat scandalum auferre, quod scandalum auditores et in puersum dilectores eius vsquequaq; spargere nō quescūt. Si.n. cognouerint eundē librū quem illius vel putāt esse vel norunt, episcoporū catholicorū authoritate & maxime sanctitatis tuę, quā apud eum esse matoris ponderis minime dubitamus, ab eodem ipso anathematū atq; damnatum, nō eos vlterius existimamus ausuros loquēdo contra gratiam dei, quę reuelata est per passionem et resurrectionē Christi, pectora fidelia & simpliciter Christiana turbare: sed potius adiuuante misericordia domini, concertantibus nobiscum charitate ac pietate fidelibus orationibus tuis, nō solū vt in ęternū beati, verū etiam iusti & sancti sint, non in sua virtute, sed in eadem gratia confisuros. Vnde & ad ipsum scriptam ab vno Rom.10. Rom.3. Iud.6. 1.Cor.15. Roma.11.

nostrum epistolam, ad quem per quendam Orientalem diaconum, ciuem autem Hipponensem tanquam purgationis suæ quædam scripta transmisit, tuæ beatitudini potius credimus dirigendam, melius iudicantes & petentes vt eam ei mittere ipse digneris. Sic enim eam legere potius non dedignabitur, magis in illa eum qui misit quam qui scripsit attendens. Illud vero quod dicunt posse hominẽ esse sine peccato, & mandata dei facile custodire si velit, quanuis cum hoc per adiutoriũ gratiæ, quę tamen per incarnationem vnigeniti eius reuelata atque donata est dicitur, tolerabilius dici videatur: tamen quoniam non immerito mouere potest, vbi & quando per eandem gratiam id efficiatur in nobis, vt sine vllo prorsus peccato simus: vtrum in hac vita quando caro concupiscit aduersus spiritũ, an illa cum fiet sermo qui scriptus est: Vbi est mors victoria tua, vbi est mors aculeus tuus? aculeus.n. mortis est peccatũ: diligentius per tractãdũ propter alios quos dã qui senserunt, atq; in suis literis memoriæ mandauerunt, etiã in hac vita esse posse homines sine peccato, non ab initio natiuitatis suæ, sed conuersione a peccatis ad iustitiã, & a vita reproba ad bonam vitam. Sic enim intellexerũt quo de Zacharia & Elizabet scriptum est, ambulasse eos in omnibus iustificationibus domini sine querela. Hoc quod dictum est, Sine querela: sine peccato dictum acceperunt, non quidem negantes, imo etiam quod aliis locis in literis eorum inuenitur, pie confitentes adiutorium gratiæ domini nostri, nõ per naturalem spiritum hominis, sed per principalem spiritum dei, qui parum videntur considerasse ipsum Zachariam fuisse vtique sacerdotem. Omnes autem tunc sacerdotes necesse habebant ex lege dei primitus pro peccatis suis offerre sacrificium, deide pro populo: sicut nunc per orationis sacrificium conuincimur non esse sine peccato, quoniam ius si sumus dicere, Dimitte nobis debita nostra: & ita & tunc per sacrificia victimarum animalium conuincebantur sacerdotes sine peccato non esse qui pro suis peccatis iubebantur offerre. Quod si res ita se habet vt per gratiam saluatoris proficiamus quidem in hac vita, deficiente cupiditate, crescente charitate: perficiamur autem in illa vita, cupiditate extincta, charitate cõpleta: profecto illud quod scriptũ est: Qui natus est ex deo, nõ peccat: secundum ipsam charitatem dictum est, quæ sola non peccat. Ad natiuitatem quippe quæ ex deo est, augenda & perficienda pertinet charitas, non ea quę minuenda est & consumenda cupiditas: quæ tamen quamdiu est in membris nostris, lege quadam sua repugnat legi mentis: sed natus ex deo, nec obediens desideriis eius, nec exhibẽs membra

Cal.5. 2.Cor.15. Hoc dãnatũ in cõci.Mile.cã.5. et 6.et.7.et i cõ Aphri. can. 81.et 28. Luc.1. in.1.To. conciliorum. Heb.5.&.7. Matth.6. Mat.24. 1.Ioan.3. Roma.7.

bra sua arma iniquitatis peccato, potest dicere: Iam nõ ego operor illud, sed illud quod habitat in me peccatũ. Sed quoquomodo se habeat ista quæstio, quia & si non inuenitur homo in hac vita sine peccato, id tamen dici tur posse fieri per adiutoriũ gratiæ & spiritus dei: quod vt fiat conandum atque poscendum est, tolerabiliter in his. id quisque fallitur: nec diabolica impietas, sed error hu manus est, elaboranda & optanda affirmare, etiam si et i de quod affirmat non possit ostendere, Id enim credit fieri posse quod certe laudabile est velle. Nobis autem suffi cit, quod nullus in ecclesia dei fidelium reperitur i quo libet profectu, excellentia atque iustitia, qui sibi audeat dicere non necessariam precationem orationis domini cę, Dimitte nobis debita nostra: & dicat se non habere peccatum, ne seipsum decipiat: & veritas in eo non sit, quanuis iam sine querela viuat, Non enim qualecunque etiam tentationis humanę, sed graue peccatum est quod in querelam venit. Cętera quæ illi obiecta sunt, sicut gestis defensa peruiderit, ita de his proculdubio tua beatitudo iudicabit. Dabit sane nobis veniam suauitas mitissima cordis tui, quod prolixiorem epistolam fortassis quam velles tuę misimus sanctitati. Nõ enim riuulũ nostrum tuo largo fonti augendo refundimus, sed in hac nõ parua tẽtatiõe tẽporis vnde nos liberet cui dicimus, Ne nos inferas in tentationem: vtrum etiam noster licet exiguus ex eodem quo etiã tuus abundans emanet capite fluentorum, hoc a te probari volumus tuisque rescriptis de cõmuni participatiõe vnius gratiæ cõsolari.

Error tolerabilis. Dãnatus vbi supra. 3. T. et i. 1. To. Matth.6. 1.Ioan.1. Matth.6.

INNOCENTIVS AVRELIO ALIPIO, AVGVSTINO, EVODIO, Possidio Episcopis Salutem. EPIST. XCVI.

FRATERNITATIS Vestræ literas plenas fidei totoq; religionis catholicæ vigore firmatas a duobus missas conciliis per fratrem & coepiscopum nostrũ Iulium pergrato suscepimus animo, quod earum tenor omnisq; contextio est in consideratione quotidianæ gratiæ dei, & in eorum correctione qui contra sentiunt, integra ratione consistit: vt & illis omnem tollere possit errorem, & idoneum dato cuius nostræ legis exemplo, quem sequi debeat dignum possint præbere doctorem. Sed de his iam satis, ut opinor, supra diximus, cum vestris relationibus respõdentes rescripsimus quid vel de illorum perfidia vel de vestra sententia sentiremus.

Sed subinde cõtra eos subuenit & suppeditat quod dicatur, nec potest aliquando esse quod vincat, cum tam malorum impiumq; sit quod nostrę fidei virtute & ipsa plenius veritate vincatur. Qui enim omnem vitæ spem respuit atq; contẽpsit, inimica damnabili cor suum disputatione confundens, eum credit nihil esse quod a deo accipiat, nec aliquid superesse quod petat ad sanandum se, qui sibi hoc abstulit. Vlterius quid relinquit? Si ergo sũt aliqui quos in sui defensionem peruersitas tanta deuinxit, qui huic se dogmati dant atq; coniugant, sperantes hoc ad catholicam pertinere doctrinam, quod abhorrẽs longius & penitus approbatur aduersum, infecti illorũ & monitis & verbis Vt laberẽtur inducti, quatenus ad rectũ vitæ tramitem redeant festinabunt, ne diutius mẽtem obsidens velut eorũ sensibus pastus error inuadat. Nam si Pelagius quocunque restitit loco, eorũ animos qui facile vel simpliciter crederent disputanti hac affirmatione decepit: seu hac illi in vrbe sint, quod nescientes nec manifestare possumus nec negare, cũ & si sunt lateant, nec aliquando audeant, vel illum prædicantem ista defendere, vel talia aliquo nostrorum præsente iactare, & in tanta populi multitudine deprehendi aliquis facile, nec alicubi possit agnosci: siue in quouis terrarum loco degant, dei nostri misericordia gratiaq; credimus quod facile corrigantur, audita eius damnatiõe qui fuerit pertinax & resistens huius dogmatis author inuentus: nec interest vbi isti fuerint, dum vbicunque inueniri potuerint sint sanandi. Nobis tamen nec persuaderi potest eum esse purgatum, quanuis ad nos a nostris quibusdam laicis sint gesta perlata, quibus ille auditum se crederet & absolutum: quæ vtrum vera sint dubitamus quod sub nulla illius prosequutione venerunt, nec eorũ aliquas accepimus de hac re literas apud quos istius rei iste prætitit causas. Quod si de sua ille potuisset purgatione confidere, hoc magis credimus quod egisset, quod multo verius esse poterat, vt illos cogeret epistolis suis quid indicauerunt indicare verum: cum sint aliqua ipsis posita gestis, quæ obiecta partim ille vitando suppressit, partim multa in se verba retorquendo tota obscuritate confudit, aliqua magis falsis argumentis quam vera ratione, vt ad tempus poterat videri, purgauit negãdo, alia falsa interpretatione vertendo. Sed vtinã, quod optandum magis est, etiam se ille ad veram fidei viam ab illo sui tramitis errore conuertat, vt cupiat velitque purgari, considerans quotidianam dei gratiam, adiutoriumque cognoscens vt uideatur verum & approberur ab omnibus manifesta ratione correctus, non gestorum iudicio, sed ad catholicam fidem corde conuerso. Vnde non

non possumus illorum nec culpare nec approbare iudicium, cum nesciamus vtrum vera sint gesta, aut si vera sunt, illum constet magis subterfugisse, quam se tota veritate purgasse. Quid si confidit nouitque non nostra dignum esse damnatione, quod dicat iam totum hoc se refutare quod dixerat, non a nobis accersiri, sed ipse debet potius festinare vt possit absolui. Nam si adhuc taliter sentit, quando se nostro iudicio quibusuis acceptis literis cum sciat damnandum esse, committet? Quod si accersendus esset, ab iis melius fieret, qui magis proximi & non longo terrarũ spacio videntur esse disiuncti: sed non deerit cura, si medicinæ præbeat ille materiam. Potest enim damnare quæ senserat, ac datis literis erroris sui, ut regressum ad nos decet, veniam postulare. Librũ sane qui eius esse diceretur nobis Vestra charitate transmissum euoluimus: in quo multa blasphemia, nihil qđ placeret, nihil quod non penitus displiceret a quouis dãnandum atque calcandum, cui similia nisi qui ista scripserat nemo alter in mentem reciperet atque sentiret. Nam hoc loco latius de lege disputare velut coram posito repugnantęq; Pelagio necessarium esse non duximus, cum vobiscum totum scientibus pariq; nobiscũ assensione gaudentibus colloquamur. Tunc enim melius hæc exempla ponuntur, quando cum iis quos harum constat rerum imprudentes esse tractamus. Nam de naturæ posbilitate, de libero arbitrio, & de omni dei gratia & quotidiana gratia, cui nõ sit rectesentięti vberrimum disputare. Anathematizet ergo ista quæ sensit, ut illi qui eius sermonibus fuerant præceptisque collapsi, quid tandem habeat fides vera cognoscat. Facilius enim reuocari poterunt, cum ista a suo senserint authore dãnari. Quod si ille pertinaciter in hac voluerit impietate persistere, agendum est qualiter vel iis possit subueniri, quos non scelus huc sed magis error induxit: nec & illis hæc medicina pereat, cuius iste talẽ non admittit nec postulat curam. Deus vos incolumes custodiat fratres charissimi. Datum quinto calend. Februarias.

De dictis Pelagii nihil Inocẽtio papę placebat.

FINIS.

AVGVSTINI DE LIBERO ARBITRIO

LIBER I.

EVODIVS.

Deus quō malorum author. CAP. I.



IC mihi, quæso te, vtrum deus nō sit author mali? AVG. Dicā, si planum feceris de quo malo quæras. Duobus enim modis appellare solemus malum, vno, cum male quemque fecisse dicimus: alio, cum mali aliquid esse perpessum. EVOD. De vtroque scire cupio. AV. At si deum bonum esse nosti vel credis, neque enim aliter fas est, malum non facit: rursus si deum iustum fatemur, nam & hoc negare sacrilegum est, vt bonis præmia, ita supplicia malis tribuit: quæ vtique supplicia patientibus mala sunt. Quamobrem si nemo iniuste pœnas luit, quod necesse est credamus, quandoquidem diuina prouidentia hoc vniuersum regi credimus, illius primi generis malorum nullo modo, huius autem secundi author est deus. E. Est ergo alius author illius mali, cuius deum nō esse compertum est? AV. Est certe: non enim nullo authore fieri posset. Si autem quæris quisnam iste sit, dici non potest: non enim vnus aliquis est, sed quisque malus sui malefacti author est. Vnde si dubitas, illud attende quod supra dictum est: Malefacta iustitia dei vindicari. Non enim iuste vindicarentur, nisi fierent voluntate. E. Nescio vtrū quisquis malus sui malefacti au thor est, 1.retra.c.9 deus ỹo ē bono nam peccet, qui non dixerit. Quod si verum est, quisrū cā.ex lib.83. nam sit ille a quo peccare didicerimus, inquiro. A. Alii quę.i T.4. Origo igit mali ex re malum esse disciplinam? E. Quis audeat dicere li.ē ar.ex 1.ret. lum est? E. Mihi bonum videtur. A. Bene sane: siquidē c.9.i T.1.et .c. scientia per illam datur aut excitatur, nec quisquam ni 16.et i de ỹa re si per disciplinam aliquid discit: an tu aliter putas? E. Elig.c.20.i 1.T. go per disciplinā, nō nisi bona disci arbitror. A. Vide er et i.3.de li. ar.c. go ne nō discant mala: nā disciplina nisi a discēdo nō di 17. et 18. hēbis cta est. E. Vnde ergo ab hoīe fiūt, si nō discūtur? A. Bo qđ radix oīum fortasse quod se a disciplina, id est a discēdo auertit atq; malorū est mala abalienat: sed siue hoc, siue aliud aliquid sit, illud certe volūtas, q̄ volū manifestū est, quoniā disciplina bonum est, & a discentas nō efficiēs, do dicta est disciplina, mala disci omnino non posse. Si ſ3 deficiēs dr cā enim discuntur, disciplina continentur, atque ita disci- 1 enchi.c.21.et i plina nō erit bonū, bonū est autē, vt ipse concedis. Non igitur

igitur discuntur mala, & frustra illum a quo male facere discimus, quæris: aut si discuntur mala, vitanda non facienda discuntur: ex quo male facere nihil est, nisi a disciplina deuiare. E. Prorsus ego duas disciplinas esse puto, vnam per quam bene facere, aliam per quam male facere discimus. Sed cum quæreres vtrum disciplina bonum esset, ipsius boni amor intentionem meam rapuit, vt illam disciplinam intuerer quę bene faciendi est, ex quo bonum esse respondi: nunc autem admoneor esse aliam, quam proculdubio malum esse confirmo, & cuius authorem requiro. A. Saltem intelligentiam nō nisi bonum putas? E. Istam plane ita bonam puto, vt non videam quid in homine possit esse præstantius: nec vllo modo dixerim aliquam intelligentiam malam esse posse. A. Quid cum docetur quisque, si non intelligat, poterit ne tibi doctus videri? E. Omnino non poterit. A. Si ergo omnis intelligentia bona est, ne quisquam qui non intelligit, discit: omnis qui discit, bene facit. Omnis qui discit, intelligit: & omnis qui intelligit, bene facit: quisquis igitur quærit authorem, per quem aliquid discimus, authorem profecto per quem benefaciamus, quærit. Quapropter desine velle inuestigare nescioquē malū doctorē. Si enī malus est, doctor nō est: si doctor est, malus non est.

2.sen.di.34. ca. mala qa Vt audīr silētiū, nō audire, ſ3 deficere ab audiendo sic facere malū nō ē facere ſ3 ē deficer a benefaciendo.

Disciplina bona est, & adiscēdo dicta, idē i de disciplina. c.1.i To.9.et in 1.T.ho,opus.

Malus nō ē doctor, quia si doctor, malus nō est.i.4. de doc. chr.a.c.26.vsq; i finē li.i T.3.et in 1.T.ho.opus.

E. AVGE iam quoniam satis cogis vt fatear, nō nos discere male facere, dic mihi vnde male faciamus? A. Eam quæstionem moues, quæ me admodum adolescentem vehementer exercuit, & fatigatum in hæreticos impulit, atque deiecit. Quo casu ita sum afflictus, & tantis obrutus aceruis inanium fabularum, vt nisi mihi amor inueniēdi veri opem diuinā impetrauisset, emergere inde, atque in ipsam primam quærendi libertatem respirare non possem. Et quoniam mecum sedulo actum est, vt ista quæstione liberarer, eo tecum agam ordine, quem secutus euasi. Aderit enim deus, & nos intelligere quod credimus, faciet: Præscriptum enim per prophetam gradum, qui ait, nisi crederitis non intelligetis: tenere nos debemus, si bene nobis conscij sumus. Credimus autem ex vno deo omnia esse quæ sunt, & tamen non esse peccatorum authorem deum. Mouet autem animum, si peccata ex ijs animabus sunt quas deus creauit, ille autē animę ex deo, quomodo nō paruo interuallo peccata referantur in deū. E. Id nūc plane abstr dictū est, quod me cogitantē satis excruciat, & quod ad istam inquisitionē coegit & traxit. A. Virili animo esto, & crede quod credis: nihil enim creditur melius, etiam si causa lateat cur ita sit. Optime nanq; de deo existimare vetustissimū est * pietatis exordiū, nec quisquā de illo optime existimat, qui non eum omnipotētē, atque ex nul-

Mala vnde. CAP. II.

Esa.7. Credimus oīa ex deo, attamē illū peccatorū authorē negamus, q̄a si posset peccare, & mori oīpotēs mi nime ēet. Nū ergo īpotentię, sed potētię, imputā dū ē, qđ ista nō pōt, Aug.i li. 1.

la

de symbolo fidei ad Cathecumenos.c.1.i T. 9. et Magi.sen.i 2.di.42.p totũ.

Cum hoc manichei duas posuerũt naturas bonorũ et malorũ, primã a deo. aliã a demone. i de hęre.c.46.in T.6.Sele. malorũ authorẽ dixerũt dũ.i de hęr. c.59.i 1. T. op.

✻ Pietatis exordiũ ẽ oprime ꝺ deo existimaꝛ.

Nulla natura ẽ adiuta deo in ope creationis. Magist.i 2.sent. distin.1.p to.

Malũ lege vetatur, ꝙꝺ maluꝫ ẽ.

la particula commutabilem credit, bonorum etiam omnium creatorem, quibus est ipsa præstantior, rectorem quoque iustissimum eorum omnium quę creauit, nec vt la adiutum esse natura in creãdo, quasi qui non sibi sufficeret. Ex quo fit de nihilo creauerit omnia, de se autem non creauerit, sed genuerit quod sibi par esset, quẽ filiũ dei vnicũ dicimus, quẽ cũ planius enũciare conamur, dei virtutẽ & dei sapientiã nominamus, per quã fecit omnia, quę de nihilo facta sunt. Quibus cõstitutis, ad intelligentiam eius rei quam requiris, opitulante deo nitamur hoc modo.

Malũ ex se malũ, ẽt si nõ vetet. CAP. III.

Q. VAERIS certe vnde male faciamus. Prius ergo discutiendũ est, quid sit male facere: qua de re tibi quid videatur exprome. Quod si nõ potes totũ simul breuiter verbis comprehendere, saltem particulatim male facta ipsa cõmemorando, sententiã tuam notam fac mihi. E. Adulteria, homicidia & sacrilegia, vt omittam cætera, quibus enumerandis vel tempus vel memoria non supperit, quis est cui non male facta videantur? A. Dic ergo prius, cur adulterium male fieri putes: an quia id facere lex vetat? E. Non sane ideo malum est, quia vetatur lege, sed ideo vetatur lege, quia malum est. A. Quid si quispiam nos exagite, exaggerans delectationes adulteri, & quærens a nobis cur hoc malum & damnati ne dignum iudicemus: num ad authoritatem legis cõfugiendum censes hominibus, iam non tantum credere, sed intelligere cupientibus? Nam & ego tecum credo, & inconcusse credo, omnibus que populis atque gentibus credendum esse clamo, malum esse adulterium: sed nunc molimur id quod in fidem recepimus, etiam intelligendo scire ac tenere firmissimum. Considera itaque quantum potes, & renuncia mihi, qua nã ratione adulterium malum esse cognoueris. E. Hoc scio malum esse, quod hoc ipse in vxore mea pati nollem. Quisquis autem alteri facit quod sibi fieri non vult, male vtique facit. A. Quid si cuiuspiam libido ea sit, vt vxorem suam prębeat alteri, libenterque ab eo corrumpi patiatur, in cuius vxorem vicissim cupit parem habere licentiam, nihil ne mali tibi facere videtur? E. Imo plurimum. A. At non ista tua regula peccat. Non enim id facit quod pati nolit. Quamobrẽ aliud tibi quęrẽdum est, vnde malũ esse adulterium conuincas. E. Eo mihi videtur malũ, quod huius criminis hoies vidi sępe damnari. A. Quidę? Propter recte facta nonne homines plerumque damnati sunt? Recense historiã, ne te ad alios libros mittam, eã ipsam quæ diuina authoritate pręcellit: iã inuenies quã male de apostolis & de omnibus martyribus sentia-

Male agit, qui alteri facit, ꝙ sibi nõ vult fieri.

mus, si placet nobis dãnationem certum indicium esse malefacti, cum illi oẽs damnatione digni, propter cõfessionem suã iudicati sunt. Quãobrem si quicquid dãnatur, malum est, malum erat illo tempore credere in Christum, & ipsam confiteri fidem. Si autem non omne malum est quod damnatur, quære aliud vnde adulterium malum esse doceas. E. Quid tibi respondeam non inuenio. A. Fortasis ergo libido in adulterio malum est: sed dũ tu foris in ipso facto, quod iã videri põt, malũ quæris, pateris angustias. Nã vt intelligas libidinẽ in adulterio malũ esse, si cui etiã nõ cõtingat facultas cõcubendi cũ cõiuge aliena, planũ tamẽ aliquo modo sit id eũ cupere, & si potestas det, facturũ esse nõ minus reus est, quã si in ipso facto deprehen deret. E. Nihil est oĩno manifestius, & iã video nõ opus esse longa sermocinatione, vt mihi de homicidio, sacrilegio, ac prorsus de oĩbus peccatis persuadeat. Clarũ est. n. iã nihil aliud quam libidinem in toto malefaciendi genere dominari.

Nõ omne quod dãnat ẽ malũ.

Dei pœn. dist. 2. ca. si cui etiã.

Cupiditas cõcubendi cũ aliena vxore pro facto hẽtur Mat. 5. q aspexerit vxorem alterius ad cõcupiscẽdũ eã iã adulteriũ cũ ea commisit in corde suo.

Nõ peccet ꝙ mortu occiderit hominem.

CAP. IIII.

A. Scis ne etiam istam libidinem alio nomine cupiditatem vocari? E. Scio. A. quid inter hanc & metum nihil ne interesse, an aliquid, putas? E. Imo plurimum hæc ab inuicem distare arbitror. A. Credo te ob hoc arbitrari, quia cupiditas appetit, metus fugit. E. Est ita vt dicis. A. Quid si ergo quispiam non cupiditate adipiscendæ alicuius rei, sed metuens ne quid ei mali accidat, hominem occiderit: num homicida iste non erit? E. Erit quidem, sed non ideo factum hoc cupiditatis dominatu caret: nam qui metuens hominem occidit, cupit vtique sine metu viuere. A. Et paruum tibi videtur bonum sine metu viuere? E. Magnum bonum est, sed hoc illi homicidæ per facinus suum prouenire nullo modo potest. A. Non quęro quid ei prouenire possit, sed quid ipse cupiat: certe enim bonum cupit, qui cupit vitam metu liberam, & idcirco ista cupiditas culpanda nõ est, alioquin oẽs culpabimus amatores boni. Proinde cogimur fateri esse homicidiũ, in quo nequeat malę illius cupiditatis dominatio reperiri: falsumq; erit illud ꝙ oĩbus peccatis vt mala sint, libido dẽnetur: aut erit aliquod homicidiũ qđ possit nõ esse peccatũ, si homicidiũ ẽ hominẽ occidere, põt tñ accidere aliquãdo sine peccato: nã & mileles hostẽ: et iudex vel minister eius nocẽtẽ, et cui forte ĩuito atq; iprudẽti telũ manu fugit, nõ mihi vidẽtur peccare cum hominẽ occidunt. E. Assentior: sed homicidæ isti appellari non solent. A. Respondeo itaque vtrum illum qui dominum occidit, a quo sibi metuebat cruciatus graues, in eorũ numero habẽdũ existimes, qui sic hominẽ occidunt, vt ne homicidarũ qdẽ noĩe digni sint? E. Lõge ab eis istũ differre video: nã illi vel ex legibus faciunt

Discrimẽ inter cupiditatem & metum.

27. q. c. si homicidium.

ciunt, non contra leges: huius aurem facinus nulla lex
pprobat. A. Rursus me ad authoritatē reuocas. Sed me
miniſſe te oportet id nūc a nobis eſſe ſuſceptum, vt intel
ligamus quod credimus, legibus autem credimus. Tentā
dum itaque eſt, ſi quo modo poſſumus idipſum intelligere, vtrum lex quæ punit hoc factum, non perperam pu
niat. E. Nullo modo perperam punit, quando quidem pu
nit eum qui volens & ſciens dominum necat, quod nul
lus iſtorum facit. A. Et quid recordaris te paulo ante di
xiſſe, in omni facto malo libidinem dominari, & eoip
ſo malum eſſet. E. Recordor ſane. A. Quid illud? Nonne
idem tu conceſiſti, eum qui cupit ſine metu viuere, non
habere malā cupiditatem? E. Et hoc recordor. A. Cū ergo
iſta cupiditate a ſeruo dominus interimitur, nōilla culpa
bili cupiditate interimitur. Quam obrem cur ſit hoc faci
nus malum nondum comperimus. Conuenit enim inter
nos omnia malefacta non ob aliud mala eſſe, niſi quod
libidine, id eſt improbanda cupiditate fiunt. E. Iam mihi
videtur iniuria iſte damnari: quod quidem non auderem
diſcere, ſi aliud haberem quod diſcerem. A. Ita ne prius
tibi perſuaſiſti tantum ſcelus impunitum eſſe oportere,
quam conſiderares vtrum ille ſeruus propter ſatiandas
libidines ſuas metu domini carere cupiuerit? Cupere
namq; ſine metu viuere, non tantū bonorum, ſed etiam
malorum omnium eſt. Verum hoc inter eſt, quod id bo
ni appetunt auertēdo amorem ab iſs rebus quæ ſine ami
tendi periculo nequeunt haberi: malt autē, vt his fruen
dis cum ſecuritate incumbant, remouere impedimentum
conantur, & propterea facinoroſam ſceleratamque vi
tam, quę mors melius vocatur, gerāt. E. Recipiſco & ad
modum gaudeo tam me plane cognouiſſe, quid ſit etiam
illa culpabilis cupiditas, quę libido nominatur. Quā eſ
ſe iam apparet earum rerum amorem, quas poteſt quiſq;
inuitus amittere.

Mala ideo mala, qa iprobāda cupiditate fiūt.

An liceat vim repellere.

CAP. V.

QVARE Nunc age quęramus ſi placet vtrū etiā in
ſacrilegijs libido dominetur quę videmus plura ſuperſti
tione cōmitti. A. Vide ne preproperum ſit, prius enim di
ſcutiendum videtur vtrum vel hoſtis irruens vel inſi
diator ſicarius, ſiue pro vita, ſiue pro libertate, ſiue pro
pudicitia, ſine vlla interficiatur libidine. E. Quomodo
poſſum arbitrari carere iſtos libidine, qui pro iſs rebus
digladiantur, quas poſſunt amittere inuiti: aut ſi nō poſ
ſunt, quid opus eſt pro his vſque ad hominis necem pro
gredi? Non ergo lex iuſta eſt, quæ dat poteſtatē vel via
tori, vt latronem, ne ab eo ipſe occidatur, occidat: vel
cuipiam viro aut fœminę, vt violenter ſibi ſtupratore
irruentem ante illatum ſtuprum, ſi poſſit, interimat: nam
militi etiam iubetur lege, vt hoſtem necet: a qua cæde
ſi tem-

ſi tēperauerit, ab imperatore pœnas luit. Nū iſtas le
ges iniuſtas, vel potius nullas dicere audebimus? Lex minora malefa
Nam mihi lex eſſe non videtur, quę iuſta non fue cta permittit maiora
rit. A. Legem quidem ſatis video eſſe munitam con ne committantur.
tra huiuſmodi accuſationem, quę in eo populo quē
regit, minoribus malefactis, ne maiora commiteren
tur, dedit licentiam. Multo eſt enim mitius eum, qui
alienæ vitę inſidiatur, quam eum qui ſuam tuetur,
occidi. Et multo eſt immanius inuitum hominem ſtu
prum perpeti, quam eum a quo illa vis infertur, ab Miles in hoſte inter
eo cui inferre cōatur interimi. Iam vero miles in ho ficiendo miniſter eſt
ſte interficiendo miniſter eſt legis, quare officium legis.
ſuum facile nulla libidine impleuit. Porro ipſa lex,
quę tuendi populi cauſa lata eſt, uullius libidinis ar
gui poteſt. Si quidem ille qui tulit, ſi dei iuſſu
tulit, id eſt quod præcepit æterna iuſtitia, expers
omnino libidinis id agere potuit. Si autem ille
cum aliqua libidine hoc ſtatuit, non ex eo ſit,
vt ei legi cum libidine obtemperare neceſſe ſit: A malo principe bo
quia bona lex & a non bono ferri poteſt. Non enim; na lex ferri poteſt.
ſi quis, verbi cauſa: tyranicam poteſtatem nactus, ab
aliquo cui hoc conducit precium accipiat, vt ſtatuat
nulli licere ve lad coniugium fœminam rapere, pro
pterea mala lex erit, quia ille iniuſtus atque corru
ptus hanc tulit. Poteſt ergo illi legi, quę tuendorum
ciuiū cā vim hoſtilē eadē virepelli iubet, ſine libidi
ne obtemperari. Et de omnibus miniſtris, qui iure
atq; ordine p oteſtatibus quibuſcq; ſubiecti ſunt, id
dici poteſt. Sed illi homines lege inculpata, quo mo
do inculpati queant eſſe, non video: non enim lex
eos cogit occidere, ſed relinquit in poteſtate. Liberū
eis itaque eſt neminem necare, pro iis rebus quas
inuiti poſſunt amittere, & ob hoc amare non debēt.
De vita enim fortaſſe cuipiam ſit dubium, vtrum a
nime nullo pacto auferatur, dum hoc corpus interi
mitur: ſed ſi auferri poteſt, contemnenda eſt: ſi nō po 32.q.5. ch. de pudici
teſt, nihil metuendum. De pudicitia vero quis dubi tia. Pudicitia a violē
tauerit, quin ea ſit in ipſo animo conſtituta, quādo to ſtupratore eri nō
quidem virtus eſt? Vnde a violento ſtupratore eripi pōt nā cū virginis
nec ipſa poteſt. Quicquid igitur erepturus erat ille chriſtianę aſus nulla
qui occiditur, id totum in poteſtate noſtra non eſt: cōceſsionis turpitu
quare quemadmodum noſtrum appellandum ſit, nō dine maculaē et ꝺus
intelligo. Qua propter legem quidem non reprehen carnē illius pfendere
do, quæ tales permitit interfici: ſed quo pacto iſtos crimine. & ſcḡd in
defendam qui interficiunt non inuenio. E. Multo mi ea nec comiſit, nec
nus ego inuenire poſſum, cur hominibus defenſio pmiſit libido patiē
nem quęras, quos reos nulla lex tenet. A. Nulla for tis, ſolius erit culpa
taſſe, ſed earum legum quę apparent, & ab homini-

bus

facientis, oīsq; illa violētia nō pro corruptiōis turpitudine sz p passionis vulnere deputabit, tātū n. in mēte valet integritas castitatis vt illa inuiolata, nec corpore possit pudicitia violari, cuius mēbra potuerūt supari ob id magis timeamus ne sensu ireriori corrupto, peat castitas fidei. Lex multa īpunita relīquit, q̄ post ea per diuinā, puidētiā quā: ne vendicant, fœminæ violēter cō stupr̄ēt in carne: qa violētia nō violat pudicitia si mēte seruat, qñ volūtas parētis sua turpiter carne nō vrtur. sz sine cōcessione tolerat q̄ alius opatur. & sic nō omittit corporis sanctitas manente ai sanctitate, et oppresso corpore. sicut amittit corporis sāctitas violata animi puritate, etiā corpore intacto quā obr̄ēt vt a violento stupratore castitatē seruemus, nō debemus mentiri, Ne aius q̄ corpore excellētior est corrūpatur cōsentire nunquā licet corruptori, sz bñ aliq̄ pmittere possumus. Tunc. n. cōsentimus cū approbamus & volumus, pmittimus ēt nolētes. ne in maiorē turpitudi nē incidamus. consensit igit & aī castitatē violat quæ aīę castitas est in bona volūtate et sincera dilectione. quę nō corrūpitur, nisi cū aius atq; appetimus, quod amādū atq; appetendū nō esse veritas docet, dr autē corporis castitas virginitas, & castitas aī pudicitia nūcupatur. Au. in epist. ad victorinū presbiterū quę est. 122. & in epist. 179. ad probā, & Iulianā nobiles viduas. & in sententijs excerptis ex Aug. sent. 51. in To. 3. & in de mendacio ad cōsentiū ca. 7. in To. 4. & in de ciuit. dei cap. 16. & 18. et 19. in T. 5. & in lib. 4. contra Iulianum pelagianū ca. 8. in To. 7. & in de duodecim abusionum gradibus cap. 5. in Tomo. 9.

bus leguntur: nam nescio vtrum non aliqua vehemētiore ac secretissima lege teneantur, si nihil rerum est quod non administret diuina prouidentia. Quomodo n. apud eam sunt isti peccato liberi, qui pro ijs rebus, quas contemni oportet, humana cēde polluti sunt? E. Videtur ergo mihi & legem istam, quæ populo regendo scribitur, recte ista permittere, & per diuinam prouidentiam vindicari. Ea enim vindicanda sibi hæc lex populi assumit, quę satis sint conciliandę paci hominibus imperitis, & quanta possunt per hominem regi, Illę vero culpę alias pœnas aptas habent, a quibus sola mihi videtur posse liberare sapientia. A. Laudo & probo istam, quanuis inchoatam minusq; perfectam. tamen fidentem & sublima quędam petentem distinctionem tuam. Videtur enim tibi lex ista, quæ regendis ciuitatibus fertur, multa concedere atque impunita relinquere, quę per diuinam ramen prouidentiam vindicantur, & recte. Neq; enim quia non omnia facit, ideo quæ facit improbanda sunt.

Lex æterna moderatrix humanarum. CAP. VI.

* Alias discutiamus.

SED * Dispiciamus, si placet, diligenter, quousque per legē istam quę populos in hac vita cohiber, malefacta vlciscenda sint. Deinde quid restet, qđ per diuinam prouidentiam ineuitabilius secretoque puniatur. E. Cupio, si modo peruenīri possit ad tātæ rei terminos: nam hoc ego infinitum puto. A. Imo adesto aīo & rationis vias pietate fretus ingredere. Nihil est enim tam arduum atq; difficile, quod non deo adiuuante planissimum atque expeditissimum fiat, In ipsum itaque suspensi, ab eo auxilium deprecantes, quod instituimus, quęramus. Et prius respondo mihi, vtrum ista lex quæ literis promulgatur, hominibus hanc vitā viuentibus opituletur? E. Manifestum est: nam ex his hominibus vtiq; populi ciuitatesque consistunt. A. Quid ipsi homines & populi, eius ne generis rerum sunt, vt interire mutari ue non possint, eterniq; omnino sint? An vero mutabiles tēporibusq; subiecti sunt? E. Mutabile plane atque tempori obnoxiū hoc genus esse quis dubiret? A. Ergo si populus sit bene moderatus & grauis, communisq; vtilitatis diligentissimus custos in quo vnusquisq; minoris rem priuatam quam publicam pendat, nonne recte lex fertur, qua huic ipsi populo liceat rearę sibi magistratus, per quos sua res, id est publica administretur? E. Recte prorsus. A. Porro si paulatim deprauatos idem populus, rem priuatam reipublicæ præferat, atq; habeat Venale suffragium, corruptusq; ab eis qui honores amant, regimen in se flagitiosis conscelerātisq; commitat, nonne item recte, si quis tunc extiterit vir bonus, qui plurimum possit, adimat huic populo potestatem dandi honores, & in paucorum bonorum, vel etiam unius redigat arbitrium? E. Et id recte. A. Cum ergo duæ istę leges ita sibi videantur esse contrariæ, vt vna earum honorum dandorum populo tribuat potestatem, auferat altera, & cum ista secunda ita lata sit, vt nullo modo ambæ in una ciuitate simul esse possint, num dicemus aliquam earum iniustā esse, & ferri minime debuisse? E. Nullo modo. A. Appellemus ergo istam legem, si placet, temporalem, quæ quanuis iusta sit commutari tamen per tempora iuste potest. E. Appellemus. A. Quid illa lex quæ summa ratio nominatur, cui semper obtēperandum est, & per quam mali miserā, boni beatam vitam merentur, per quam denique illa, quā temporalem vocāda diximus, recte fertur, recteque mutatur, potest ne cuipiam intelligenti non incommutabilis ęternaq; videri? An potest aliquando iniustum esse, vt mali miseri, boni autem beati sint: aut vt modestus et grauis populus ipse sibi magistratus creet, dissolutus ve ro, & nequā ista licētia careat? E. Video hanc eternā esse atq; incōmutabilem legē. A. Simul etiā te videre arbitror in ista tēporali nihil esse iustum atque legitimū, qđ nō ex hac ęterna sibi hoīes deriuauerint: nā si populus ille quodā tēpore iuste honores dedit, quodā rursus iuste non dedit, hęc vicissitudo tēporalis vt iusta esset, ex illa ęternitate tracta est, qua semper iustum est grauem populum honores dare, leue nō dare: an tibi aliter videtur? E. Assentior. A. Vt igit breuiter ęternæ legis notionem, quę impressa nobis est, quantum valeo verbis explicem ea est qua iustum est vt omnia sint ordinatissima.

Res publica p r uatis ꝓponēda .

Lex ęterna & ī commutabilis q d solutus ista licē tia careat.

Tu si aliter existimas, prome. E. Quid tibi vera dicenti contradicam non habeo. A. Cum ergo hæc sit vna lex, ex qua illæ omnes temporales ad homines regendos

Lege æterna cęs tęporales leges variant, illa vo nunquã variat.

variantur, num ideo ipsa variari vllo modo potest? E. Intelligo omnino non posse: neque enim vlla vis, vllus casus, vlla rerum labes unquam effecerit, vt iustum non sit omnia esse ordinatissima.

Sciętię & experiętię discrimen. CAP. VII.

A. AGE nunc Videamus, homo ipse quomodo in seipso sit ordinatissimus: nam ex hominibus vna lege sociatis, populus constat: quę lex, vt dictum est, temporalis est. Et dic mihi, vtrum certissimum tibi sit viuere te? E. Hoc vero quid certius respondeam? A. Quid illud, potes ne dignoscere aliud esse viuere, aliud nosse se viuere? E. Scio quidem neminem se nosse viuere, nisi viuentem: sed vtrum omnis viuens nouerit se viuere, ignoro. A. Quam vellem vt credis, ita etiam scires pecora carere ratione, cito nostra disputatio ab ista quæstiõe transiret: sed quoniam nescire te dicis, longam sermocinationem moues. Neque enim talis res est, qua prætermissa pergere in ea quæ intendimus, tanta connexatione rationis, quanta opus esse sentio, sinamur. Dic itaque mihi, cũ sæpe viderimus bestias ab hominibus domitas, id est non corpus bestię tantum, sed & animam, ita homini subiugatam, vt voluntati eius sensu quodam & consuetudine seruiat: vtrum tibi vllo modo fieri posse videatur, vt bestia quælibet immanis vel feritate vel corpore, vel etiã sensu quolibet acerrima, pari vice sibi hominem subiugare conetur, cum corpus eius seu vi seu clã multę interimere valeant? E. Nullo modo istud fieri posse consentio. A. Bene sane: sed item dic mihi, cũ manifestũ sit, viribus cęterisque officijs corporis à plurimis bestijs hominem facile superari, quę nam res sit qua homo excellit, vt nulla ei bestiarum, ipse autẽ multis imperare possit? An forte ipsa est quæ ratio vel intelligentia dici solet? E. Non inuenio aliud, quandoquidem in animo est id quo beluis antecellimus: quę si exanimes essent, dicerẽ nos eo prestare, quod animam habemus. Nunc uero cum & illa sint aãaliaid, qd eorũ animis nõ inest vt subdant nobis, ineſt autem nostris vt eis meliores simus, quoniã neque nihil neque paruum aliquid esse cuius apparet, quid aliud rectus quam ratione vocauerim? A. Vide quã facile fiat deo adiuuante quod homines difficillimum putant. Nam ego, fateor tibi, quæstionem istam, quę vt intelligo terminata est, tãdiu nos retenturam putaueram, quam fortasse omnia quæ dicta sunt ab ipso nostre disputationis exordio. Quare accipe iam, vt de inde ratio cõnectat: nã credo nõ te ignorare, id quod scire dicimus, nihil esse aliud quam ratione habere perceptum. E. Ita est.

Hõ bestijs, q̃ ad corpus & aiam ĩpar, bestię vero hoĩ, nunquam imperant.

uens est. A. Viuunt autem bestiæ, & sicut iam emicuit, rationis experres sunt. E. Manifestũ est. A. Ecce igitur iã nosti quod te ignorare responderas, non omne quod viuit scire se viuere, quanquam omne quod se viuere sciat, necessario viuit. E. Non mihi est iã dubium: perge quo intẽderas: aliud. n. viuere esse aliud viuere se scire, satis dixisti. A. Quid ergo tibi horũ duorũ videt esse prestãtius? E. Quid putas, nisi scientiam vitæ? A. Melior ne tibi videtur vitę scientia quam ipsa vita? an forte intelligis superiorem quandam & synceriorem vitã esse scientiam, quã scire nemo potest, nisi qui intelligit? Intelligere autẽ qd est, nisi ipsa luce mẽtis illustrius præstantiusque viuere? Quare tu mihi, nisi fallor, non vitæ aliud aliquid, sed cuidam vitæ meliorem vitam præposuisti. E. Optime omnino & cognouisti & explicasti sententiam meam, si tamen scięntia mala esse nunquam potest. A. Nullo modo arbitror, nisi cum translato verbo scientiã pro experientia dicimus: experiri enim non semper bonum est: sicut experiri supplicia. Illa vero quæ proprie ac pure scientia nominatur, quia ratione atque intelligentia paratur, mala esse quomodo potest? E. Teneo & istam differentiam: persequere cætera.

Aliud viuere & aliud se scire viuere.

A. ILLVD est quod volo dicere: hoc quicquid est quo pecoribus homo præponitur, siue mens, siue spiritus, siue vtrunque rectius appellatur, nam vtrunque in diuinis libris inuenimus, si dominetur atque imperet cæteris quibus unque hõ constat, tunc esse hominẽ ordinatissimum. Videmus enim habere nos, non solum cũ pecoribus, sed etiam cum arbustis & stirpibus multa communia: nanq; alimentũ corporis sumere, crescere, gignere, vigere arboribus quoq; tributum videmus, quæ infima quadam vita continetur: videre autem atq; audire & olfactu, gustu & tactu corporalia sentire posse bestias, & acrius pleraſque quã nos, cernimus & fatemur. Adde vires & valentiam firmitatemq; membrorum, & celeritates facillimosq; corporis motus, quibus omnibus quasdam earum superamus, quibusdam æquamur, a nonnullis etiam vincimur. Genus tamen ipsum rerum, est nobis certe commune cum beluis: iam vero appetere voluptates corporis, & vitare molestias, ferinę vitę omnis actio est. Sunt alia quædam quę iam cadere inferas non videtur, nec tũ in hoie ipso summa sunt, vt iocari & ridere. Quod humanum quidem, sed infimum hominis iudicat, quisquis de natura humana rectissime iudicat. Deinde amor laudis & glorię, & affectatio dominandi, quæ tamen si bestiarum non sunt, non tamen earum rerum tibi dine bestijs meliores nos esse arbitrandum est. Nam & iste appetitus cum rationi subditus non est, miseros facit.

Rationę præcellit homo. CAP. VIII.

Hõ hz multa cõmunia cum bestijs, & cũ arboribus.

Appetitus glorię et dñandi qñ rõni nõ ẽ subditus, nos miseros facit.

cit, Nemo autem cuiquam miseria se præponendum putauit. Hisce igitur moribus animę cum ratio dominat, ordinatus homo dicendus est. Nō enim ordo rectus, aut ordo appellandus est omnino, vbi deterioribus meliora subijciuntur. An tibi non videtur? E. Manifestum est. A. Ratio ista ergo vel mens vel spiritus cum irrationales animi motus regit, id scilicet dominatur in homine, cui dominatio lege debetur ea, quam æternam esse comperimus. E. Intelligo ac sequor.

Stulti & sapientis discrimen. CAP. IX.

A. CVM ergo ita homo constitutus atque ordinatus est nonne tibi sapiens videtur? E. Nescio alius quis mihi sapiens homo videri possit, si hic non videtur. A. Credo etiam te illud scire, plerosque homines stultos esse. E. Hoc quoque satis constat. A. At si stultus sapienti est cōtrarius, quoniā sapietē cōperimus, quis etiam stultus sit, profecto iam intelligis. E. Cui non appareat hunc esse, in quo mens summam potestatē non habet? A. Quid igitur dicendum, cum homo ita est affectus, deesse illi mentem an quamuis insit, eam carere dominatu? E. Hoc potius quod vltimum subiecisti, per vellem abs te audire, quibus documentis perceptum habeas mentem inesse homini, quæ suum non exerat principatum. A. Vtinam tuas istas partes facere velles: nam non mihi facile est sustinere quod ingeris. Illud saltem facile est tibi recordari quod paulo ante diximus, quemadmodum bestiæ mā suefactæ ab hominibus ac domite seruiant: cp ab eis vicissim homines, vt demonstrauit ratio, paterentur, nisi aliquo excellerent. Id autem non inueniebamus in corpore. Ita cū in animo esse appareret, quid aliud appellandum esset, quam ratio, non comperimus: quam postea et mentem & spiritum vocari recordati sumus. Sed si aliud ratio, aliud mens, constat certe non nisi * mentem vi ratione. Ex quo illud conficitur, eum qui rationem habet, mente carere non posse. E. Probē ista reminiscor, ac teneo. A. Quid illud, credis ne domitores beluarum nisi sapientes esse non posse? Eos enim sapientes voco, quos veritas vocari iubet, id est qui regno mētis omni libidinis subiugatione pacati sunt. E. Ridiculum est tales putare istos, quos vulgo mansuetarios nuncupant, vel etiam pastores aut bubulcos, aut aurigas, quibus omnibus domitum pecus subiectum videmus, & quorum industria indomitum subijci. A. En igitur habes documentum certissimum, quo manifestum fiat inesse mentem homini sine dominatu. His quippe inest mens: agunt enim talia, quæ āgi sine mente non possent: non tamen regnat: nam stulti sunt. Neque regnum mentis nisi sapientium esse percognitum est. E. Mirum est hoc iam fuisse a nobis in superioribus coniectum, & mihi quid

Stultus ē i quo mēs sūmā potestatē nō habet.

Supra, cap. 7.

* Alias mētis esse rationem.

Stulti habēt mētē sed in illis nō regnat.

quid responderem, non potuisse in mentem venire?

Regnū mētis, et rerum collatio. CAP. X.

SED alia contexamus. Iam enim & regnum mentis humanæ humanam esse sapientiam, & eam posse etiā non regnare compertum est. A. Putas ne ista mente, cui regnum in libidines æterna lege concessum esse cognoscimus, potentiorem esse libidinem? Ego enim nullo pacto puto. Neque enim esset ordinatissimum vt in potentiora potentioribus imperarent. Quare necesse arbitror esse, vt plus possit mens quam cupiditas, eoipso quo cupiditati recte iusteque dominatur. E. Ego quoque ita sentio. A. Quid? virtutem omnem ne dubitamus omni vitio sic anteponere, vt virtus quanto melior atque sublimior, tanto firmior inuictiorque sit? E. Quis dubitaue rit? A. Nullus igitur vitiosus animus virtute armatum animum superat. E. Verissimum est. A. Iam corpore omni quālibet animum meliorem potentioremque esse nō arbitror nagaturum. E. Nemo id negat, qui (quod facile est) videt, aut substantiam uiuentem non viuenti, aut eam quæ vitam dat ei quę accipit, esse præferendam. A. Multo minus igitur corpus, qualecunque id sit, animum virtute prēditum vincit. E. Euidentissimum est. A. Quid animus iustus, mensque ius proprium imperiumque custodiens, non potest aliam mentem pari æquitate ac virtute regnantem, exarce deiscere, atque libidini subiugare? E. Nullo modo, non solum propter eandem in vtraq; re excellentiam, sed etiam cp a iustitia prior decidet fieriq; vitiosa mens, quę aliam facere conabitur, eoq; ipso erit infirmior. A. Bene intelligis, quare illud restat, vt respōdeas, si potes vtrum tibi videatur rationali & sapiēti mē te quicquam esse præstantius? E. Nihil præter deum arbitror. A. Et mea ista sententia est. Sed quoniam res ardua est, neque nunc oportune quæritur, vt ad intelligēdam veniat, quanquam robustissima teneatur fide, integra nobis sit huius quęstionis diligēs & cauta tractatio.

Mens plus pōt cupiditate.

Nullus alius vitiosus virtute armatū animus superat.

Rationali & sapiēti mēte, nihil præter deū est præstantius.

Peccatū ex libarb. nō ex deo. CAP. XI.

IN Præsentia enim scire possumus quæcunque illa natura sit, quam menti virtute pollenti fas excellere, iniustam esse nullo modo posse. Quare ne ista quidem, tametsi habeat potestatē, cogeit mentem seruire libidini. E. Istud prorsus nemo est qui non sine vlla cunctatione fateatur. A. Ergo relinquitur vt quoniam regnanti menti compotique virtutis, quicquid parat aut prælatum est, non eam facit seruam libidinis propter iustitiam: quicquid autem inferius est, non possit hoc facere propter infirmitatem, sicut ea quæ inter nos conflixerunt docent: nulla res alia mentem cupiditatis comitem faciat, quam propria voluntas & libertum arbitrium. E. Nihil tam necessarium restare vi deo. A. Sequitur, iam vt tibi videatur iuste illā pro peccato

Nihil facit mētē comitem cupiditatis, quā, ppria voluntas, & li

berũ ar. idẽ sup. c. 1. vbi plurima annotauimus, idẽ magna pœna qđ ei libido dominatur.

cato tanto pœnas pendere. E. Negare non possumus. A. Quid agitur? Num ista ipsa pœna parua existimanda est quod ei libido dominatur, spoliatamq; virtutis opulentia, per diuersa in opem atque indigentem trahit, nunc falsa proueris approbantem, nunc etiam defensitantem, nunc improbantem quæ antea probauisset, & nihilominus in alia falsa irruentem: nunc assensionem suspendentem suam, & pierunq; perspicuas ratiocinationes formidantem, nunc desperantem de tota inuentione veritatis, & stultitiæ tenebris penitus inhærentem, nunc conãtem in lucem intelligendi, rursusq; fatigatione deciden tem: cum interea cupiditatum illud regnum tyrãnice sentiat, & variis contrariisq; tempestatibus totum hominis animum vitamq; perturbet: hinc timore, inde desiderio: hinc anxietate, inde inani falsaque lætitia: hinc cruciatu rei amissæ quæ diligebatur, inde ardore adipiscendæ quæ non habetur: hinc acceptæ iniuriæ doloribus, inde facibus vindicandæ, quaquauersum potest coarctare illum auaritia, dissipare luxuria, addicere ambitio, inflare superbia, torquere inuidia, desidia sepelire, peruicacia concitare, affligere subiectio, & quæcunque alia innumerabilia regnum illius libidinis frequentant & exercent: possumus ne tandem nullam istam pœnam putare, quam vt cernis, omnes qui nõ inhærent sapientiæ necesse est perpeti? E. Magnam quidem istam pœnam esse iudico & omnino tustam, si quis iam in sublimitate sapientiæ collocatus, inde descendere ac libidini seruire delegerit, sed vtrum esse quisquã possit incertum est, qui hoc aut voluerit facere, aut velit: quanquam enim credamus hominem tam perfecte conditum a deo, & in beata vita constitutũ, vt ad crũnas mortalis vitæ ipse in de propria voluntate delapsus sit, tamen hoc cum firmissima fide teneam, intelligentia nõdum assequutus sum: cuius rei diligentem inquisitionem si nunc differendã putas, me inuito facis.

An iuxta Platonẽ alia peccarit antehãc vitã.

CAP. XII.

VERVM illud quod me maxime mouet, cur huiusce modi acerbissimas pœnas patiamur nos, qui certe stulti fumus, nec sapientes vnquam fuimus, vt merito hæc dicamur perpeti propter desertam virtutis arcem, & electam sub libidine seruitutem, quin aperias disputando si vales, nullo modo tibi differrẽdum esse concesserim. A. Ita istuc dicis, quasi liquido compertum habeas nunquam nos fuisse sapientes. Attendis enim tẽpus ex quo in hanc vitam natifumus. Sed cum sapientia in animo sit, vtrum ante consortium huius corporis alia quadam vita vixerit animus, & an aliquando sapienter vixerit, magna quæstio est, magnum secretum, & suo considerandum loco: neq; ideo tamẽ hoc quod nũc habemus

An ante cõsortiũ corporis aliqua vita vixerit animus et sapiẽter, magnũ ẽ secretũ, alibi cõsiderandum.

in manibus impeditur, quo minus aperiatur vt potest. Nam quæro absre, sit ne aliqua nobis voluntas? E. Nescio. A. Vis ne hoc scire? E. Et hoc nescio. A. Nihil ergo deinceps me interroges. E. Quare? A. Quia roganti tibi respondere non debeo, nisi volẽti scire quod rogas. Deinde nisi velis ad sapientiam peruenire, frustra tecum de huiuscemodi rebus non est habendus. Postremo meus amicus esse non poteris, nisi velis vt bene sit mihi. Iam vero de te tuipse videris, vtrum tibi voluntas nulla sit beatæ vitæ tuæ. E. Fateor, negari non potest habere nos voluntatem: perge iã videamus quid hinc conficias. A. Faciam: sed dic etiam prius, vtrum & bonam voluntatẽ te habere sentias. E. Quid est bona voluntas? A. Volũtas qua appetimus, recte honesteq; viuere, & ad summã sapientiam peruenire: modo tu vide vtrum rectã honestamque non appetas vitam, aut esse sapiens non vehementer velis, aut certe negare audeas, cum hoc volumus nos habere voluntatem bonam. E. Nihil horum nego, & propterea me non solũ voluntatem, sed etiã bonã voluntatem habere confiteor. A. Quanti pendis oro te hanc voluntatem? Nũquid nam ei vila ex parte diuitias aut honores aut voluptates coporis, aut hæc simul omnia conferenda arbitraris? E. Auerterit deus istã scelleratam dementiam. A. Parum ne ergo gaudendũ est habere nos quiddam in animo, hanc ipsam dico bonã Voluntatem, in cuius comparatione abiectissima sunt ea quæ commemorauimus, pro quibus adipiscendis multi tudinem videmus hominum nullos labores, nulla pericula recusare? E. Gaudendum vero, ac plurimum. A. Quid, hoc gaudio qui non fruuntur, paruo damno eos affectos putas tanti boni? E. Imo maximo. A. Vides igitur iam, vt existimo, in voluntate nostra esse constitũ, vt hoc vel fruamur vel careamus tanto & tã vero bono. Quid enim tã in voluntate, quam ipsa voluntas sita est? Quam quisq; cum habet bonã, id certe habet quod terrenis omnibus regnis, voluptatibusq; omnibus corporis longe anteponendum sit. Quisquis autem nõ habet, caret profecto illa re, quam præstantiorẽ omnibus bonis in potestate nostra non constitutis, sola illi volũtas per seipsam daret. Itaque cum seipse miserrimum iudicet, si amiserit gloriosam famã, ingentes opes, et quælibet corporis bona, tu eum nõ miserrimum iudicabis, etiam si talibus abundet omnibus, cum iis inhæret quę amittere facillime potest, neque dum vult habet, caret autem bona voluntate, quæ nec comparanda est istis, & cum sit tam magnũ bonum, velle solum opus est vt habeatur. E. Verissimũ est. A. Iure igit ac merito stulti homines, tametsi nunquã fuerunt sapientes, hoc enim dum-

Bona voluntas quid sit, idẽ infra cap. 13.

Retractauit. 1. Retra. c. 9. in. 3 T. horũ. op. 2. ten. di. 28. c. 2 libi, et dist. 41. cap. si autem.

bium & occultissimum est huiuscemodi afficiuntur miseria. E. Assentior.

Vita beata quę CAP. XIII.

A. Considera nunc vtrū tibi videatur esse prudētia appetendarum & vitandarum rerum scientia. E. Videtur. A. Quid fortitudo? Nōne illa est animę affectio, qua omnia incōmoda & damna rerum, non in nostra potestate cōstitutarum, contemnimus? E. Ita existimo. A. Porro tēperantia est affectio coercens & cohibens appetitū ab iis rebus quę turpiter apperūt: an tu aliter putas? E. Imo ita vt dicis sentio. A. Iā iustitiam quid dicamus esse, nisi virtutē qua sua cuiq; tribuuntur? E. Nulla mihi alia iustitiæ notio est. A. Quisquis ergo bonā habens voluntatē, de cuius excellentia iā dnu loquimur, hanc vnam dilectionem amplexetur, qua interim melius nihil habet, hac sese obiectet, hac denicq; pfruatur & gaudeat, cōsiderans eā & iudicans quanta sit, quamque inuito illi eripi vel surripi nequeat, num dubitare poterimus istum aduersari rebus omnibus, quæ huic vni bono inimicæ sunt? E. Necesse est omnino vt aduersetur. A. Nulla ne hūc putamus prędituri esse prudentia, qui hoc bonū appetendum, & vitanda ea quę huic inimica sunt, videri? E. Nullo modo mihi videtur hoc posse quisquā sine prudētia. A. Recte: sed cur non huic etiam fortitudinē tribuimus? Illa quippe omnia quæ in potestate nostra non sunt, amare iste, ac plurimi ęstimare non potest. Mala enim voluntate amantur, cui tanquam inimicæ charissimo suo bono resistat necesse est: cum autem non amat hæc, non dolet amissa, & omnino contemnit, quod opus esse fortitudinis, dictū atq; concessum est. E. Tribuamus sane: non enim intelligo quem fortē verius appellare possim, quam eū qui rebus iis quas neq; vt adipiscamur, neque vt obtineamus in nobis situm est, æquo & trāquillo animo caret, quod hunc necessario facere compertū est. A. Vide iā nunc vtrum ab eo tēperātiā alienare possimus, cum ea sit virtus quæ libidines cohibet. Quid autem tā inimicū bonę voluntati est quā libido? Ex quo perfecto intelligis istū bonę volūtatis suę amatorē resistere omni modo, atq; aduersari libidinibus, & ideo iure tēperantē vocari. E. Perge, assentior. A. Iustitia restat, quæ quomodo desit huic homini, nō sane video. Qui enim habet & diligit voluntatē bonā, & obsistit eis, vt dictū est, quæ huic inimica sunt, male cuiquā velle non potest. Sequitur ergo vt memini faciat iniuriam: quod nullo pacto potest, nisi qui sua cuiq; tribuerit: hoc autē ad iustitiā pertinere cū dicerē, approbasse te vt puto memini sti. E. Ego vero memini, & fateor in hoc hoīe, qui suā bonam voluntatē magnipendit & diligit, oēs quatuor virtutes, quę abs te paulo ante me assentiēte dēscripturę sunt, esse cōpertas. A. Quid igitur impedit, cur huius vitā nō cōcedamus esse laudabilē? E. Nihil prorsus, imo hortātur vel etiā cogūt oīa. A. Quid vitā miserā, potes ne vllo modo non iudicare fugiendā profecto putas? E. Quin etiā appetendā sedulo existimo. A. Nō ergo misera est quę laudabilis vita est. E. Hoc vtiq; sequit. A. Nihil iā quantū opinor difficile tibi vt assentiaris relinquitur, eā scilicet quę misera nō est, beatā esse vitā. E. Manifestissimū est. A. Placet igitur beatū esse hominē dilecto rem bonę voluntatis suę, & prę illa contēnentē quodcū que aliud bonum dicitur, cuius amissio potest accidere etiā cum volūtas tenēdi manet. E. Quid ni placeat, quo superiora quę cōcessimus necessārio trahūtur? A. Bene intelligis: sed dic quęso, nōne bonā volūtatē suā diligere, & tam magni ęstimare quā dictum est, etiā ipsa bona voluntas est? E. Verū dicis. A. Atsi hunc beatū recte iudicamus, nonne recte miserū qui contrarię voluntatis est? E. Rectissime. A. Quid ergo causę est, cur dubitandū putemus, etiam si nunquā antea sapientes fuimus, voluntate nos tamen laudabilē & beatam vitam, voluntate tutem ac miserā, mereri ac degere? E. Fateor huc certis & minime negandis rebus esse perueniendum. A. Vide etiam aliud: nā credo te memoria tenere, quam dixerimus esse bonam voluntatem: opinor enim, ea dicta est, qua recte atque honeste viuere appetimus. E. Ita memini. A. Hanc igitur voluntatem, si bona itidem voluntate diligamus atque amplectamur, rebusque omnibus, quas retinere non quia volumus possumus, anteponamus: consequenter illæ virtutes vt ratio docuit, animum nostrū incolent, quas habere idipsum est recte honesteque viuere. Ex quo conficitur, vt quisquis recte honesteque vult viuere, si id se velle præ fugacibus bonis velit, assequatur tantam rē tanta facilitate, vt nihil aliud ei quā ipsum velle sit habere quod voluit. E. Vere tibi dico, vix me contineo quin exclamem lætitia, repente mihi oborto tam magno, & tam in facili constituto bono. A. Atqui hoc ipsum gaudium quod huius boni adeptione gignitur, cum tranquille & quiete atque constanter ergit animū, beata vita dicit, nisi tu putes aliud esse beate viuere, quā veris bonis certisq; gaudere. E. Ita sentio.

Cur pauci euadāt beati. CAP. XIIII.

A. RECTE: sed censes ne quēq; hoium nō oībus modis velle atq; optare vitā beatā? E. Quis dubitat omnem hoiem vellet? A. Cur igit eā non adipiscūtur oēs? Dixeramus enim atque conuenerat inter nos, volūtate illam mereri homines, voluntate etiam miseram, & sic mereri vt accipiant. Nunc vero existit nescio quæ repugnantia, & nisi diligenter dispiciamus, perturbare

ac magnipēdit. pus ēvt hēat ī se, prudētiā, fortitudinē, tēperātiā, atq; iustitiam.

quas virtutes ex Enāg. discimus, prudētiā quidē, quum dicit dūs, Math. 10. estote prudētes vt serpētes fortitudinē vo qū admonet. Matt. 10. Ne timueritis eos q corpus occidūt Animā occidē non. Retracta. 1. Retra. c. 9. 1. 3. T. pūr. ho. opu. Tēperātiā aūt qū affirmat matt. 5. oīs q aspexerit mulierē vt cōcupiscat eā, iā mæchatus ē eā in cor. de suo. Iustitiā quoq; qū docet. Mat. 7. sicut multis vt faciāt vo bis hoīes, ita & vos facite illis. Beati viuere est veris bonis certisq; gaudere.

Hō q suā bonā volūtatē diligit

Qui non amat hęc tēporalia, nō dolet amissa.

Tēperātia quid,

Fortitudo q̄d.

Prudētia quid,

Iustitia quid,

Universidad de Deusto Biblioteca

nititur superiorem tam euigilatam firmamque rationē. Quomodo enim voluntate quisque miseram vitam patitur, cum omnino nemo velit misere viuere? Aut quo modo voluntate beatam vitam consequitur homo, cum tam multi miseri sint, & beati omnes esse velint? An eo euenit, quod aliud est velle bene aut male, aliud mereri aliquid per bonam vel malam voluntatem? NŠ illi qui beati sunt, quos etiam bonos esse oportet, non propterea sunt beati quia beate viuere voluerunt, nam hoc volunt etiam mali, sed quia recte viuere volunt, quod male nolunt. Quamobrem nihil mirum est, quod miseri homines non adipiscuntur quod volūt, id est beatam vitā. Illud enim cui comes est, & sine quo ea nemo dignus est, nemoq; assequitur, recte scilicet viuere, non item volunt. Hæc enim æterna lex illa, ad cuius considerationē redire iam tempus est, incommutabili stabilitate firmauit, vt in voluntate meritum sit, in beatitudine autem ea miseria præmium atque supplicium. Itaque cum dicimus, voluntate homines esse miseros, non ideo dicimus quod miseri esse velint, sed quod in ea voluntate sint, quam etiam eis inuitis miseria sequatur necesse est. Quare non repugnat superiori ratiōi, quod volūt omnes beati esse, nec possunt: nō. n. volūt oēs recte viuere, cui vni voluntati vita beata debet; nisi quid hēs aduersus hęc dicere.

Beati sūt hoies nō qz beate viuere volunt, qđ et malit optāre, sz qa recte viuere cupiūt qđ mali parupendunt.

Retractaur. 1. Retra. c. 9. in 3. T. ho. opu.

In voluntate meritum.

Lex æterna, lex humana quid valeāt.

CAP. XV.

E. EGO vero nihil. Sed videamus iam quomodo hęc ad propositam illam quæstionem de duabus legibus referantur. A. Fiat. Sed dic mihi prius, vtrum qui recte viuere diligit, eoque ita delectatur, ut non solum ei rectū sit, sed etiam dulce atque iucundum, amet hanc legem, habeatque charissimam, qua videt tributam esse bonæ voluntati beatam vitam, malæ miseram? E. Amat omnino, ac vehementer: nam istam ipsam sequens ita viuit. A. Quid cum hanc amat, mutabile aliquid amat ac temporale, an stabile aliquid amat ac sempiternum? E. Aeternum sane atque incommutabile. A. Quid illi qui in mala voluntate perseuerantes, nihilominus beati esse cupiūt possūnt ne amare istam legem, qua talibus hominibus miseria merito rependitur? E. Nullo modo arbitror. A. Nihil ne amant aliud? E. Imo plurima, ea scilicet in quibus adipiscendis vel retinendis mala voluntas illa persistit. A. Opinor te dicere diuitias, honores, voluptates, & pulchritudinem corporis, ceteraque omnia quæ possunt & volentes non adipisci, & amittere inuiti. E. Ista ipsa sunt. A. Num hæc æterna esse censes, cum temporis volubilitati videas obnoxia? E. Quis hoc vel demētissimus senserit? A. Cum igitur manifestissimum sit, alios esse homines amatores rerum æternarum, alios temporalium, cumque duas leges esse conuenerit, vnam æternā aliam,

aliam temporalem, siquid equitatis sapis, quos istorum iudicas æterne legi, quos temporali, subdendos? E. Puto in promptu esse quod queris: nam beatos illos ob amorem ipsorum æternorum sub æterna lege agere existimo, miseris vero temporalis imponitur. A. Recte iudicas, dummodo illud inconcussum teneas, quod apertissime ea ratio demōstrauit eos, q tēporali legi seruiūt, nō esse posse ab æterna liberos: vnde oīa, q iusta sunt, iustęq; variant, exprimi diximus: eos vero qui legi æternę per bonam voluntatē inhærent, temporalis legis non indigere, satis (ut apparet) intelligis. E. Teneo quod dicis. A. Iubet igitur æterna lex auertere amorem a temporalibus, & eum mandatum conuertere ad æterna. E. Iubet vero. A. Quid deinde censes temporalem iubere, nisi vt hæc quę ad tempus nostra dici possunt, quando eis homines cupiditate inhærent, eo iure possideant, quo pax & societas humana seruetur, quanta in his rebus seruari potest? Ea sunt autem primo hoc corpus, & eius quæ vocantur bona, vt iuuentus, valetudo, acumē sensum, vires, pulchritudo, & siqua sunt cætera, partim necessaria bonis artibus, & ideo pluris pensanda, partim viliora. Deinde libertas, quæ quidem nulla vera est, nisi beatorum & legi æternæ adhærentium. Sed ea nunc libertatem commemoro, qua se liberos putant qui dominos homines non habent, & quam desiderāt ii qui a dominis hominibus manumitti volunt: deinde parentes, fratres, coniunx, liberi, propinqui, affines, familiares, et quicum ne nobis aliqua necessitudine adiūncti sunt. Ipsa denique ciuitas, quæ parentis loco haberi solet, honores etiā & laudes, & ea quæ dicitur gloria popularis. Ad extremum pecunia, quo vno nomine continentur omnia, quorum iure domini sumus, & quorum vendēdorum atque donandorum habere potestatem videmur. Horum omnium quemadmodum lex illa sua cuique distribuat, difficile & longum est explicare, & plane ad id quod proposuimus non necessarium. Satis est enim videre nō vltra porrigi huius legis potestatem in vindicando, quam vt hęc vel aliquid horum admiat atque auferat ei quem punit, vel metu coerceat. Ergo & ad id quod vult, torquet ac retorquet miserorum animos, quibus regendis accommodata est. Dum enim hæc amittere timent, tenent in his vtendis quemdamodum aptum vinculo ciuitatis, qualis ex huiusce modi hominibus constitui potest. Non autem vicissitur peccatum cum amantur ista, sed cum aliis per improbitatem auferuntur. Quamobrē vide vtrum iam peruentū sit ad id quod infimum puta bas. Institueramus enim quærere, quatenus habeat ius vicissim ea lex, qua populi terreni ciuitatesque gubernantur.

In ps. ps. 31. in T. 8. et 1. 1. To. horum opus.

Libertas nulla ya ē, nisi beatorū, et legi æternę adhærētium. Nā hic ex pte ē libertas, et ex pte seruitus, non dum tota, non dum pura, non dū plena libertas.

1. q. 3. c. to. s, qa nōdū ęternitas, hēmus. n. ex pte i firmitatē, et ex pte accepimus libertatē, qcqd peccatū ē a nobis antea delectū est ī baptismo, nūqd qa deleta ē ois iniqtas, nulla remāsit? Si nō remāsisset si ne pcō huic videremus, qs aūt audeat hoc dica

re, nisi superbus, nisi miser. Pœnas ñ est ferre pœna, si homines hęc ī corrigendi amarent. Cum igitur eisdem rebus alius male, alius bene vtatur, & is quidē qui male, amore inhęreat atq; implicetur, scilicet subditus eis rebus quas sibi subditas oportebat, et ea bona sibi constituens, quibus ordinandis beneque tractandis ipse esse utique debere bonum: ille autem qui recte his vtitur, ostendat quidem bona esse, sed non sibi. Et ideo eū eis amore cōglutinetur, neque velut mēbra sui animi faciat, quod fit amando, ne cum resecari cœperint, eum cruciatu ac tabe fœdent sed eis totus superferatur, & habere illa atque regere cum opus est paratus, & amittere aut non habere parattor. Cum ergo hęc ita sint, num aut argentum & aurum propter auaros accusandum putas, aut cibos propter voraces, aut vinū propter ebriosos, aut muliebres formas propter scortatores & adulteros, atque hoc modo cætera, cū prętertim videas & igne bene vti medicū, & pane scelerate vtentes ficum? E. Verissimum est, non res ipsas, sed homines qui eis male vtuntur esse culpandos.

Malefacere qđ, non est nisi malum.

Vult decipere, & ita vitas nō ē. igit vt seruimus legi dī liberi sumus, vt legi pēti serui sumus, vt Apo. ad Ro. 7. testat, Aug. sup euā. Ioā. tra. 41. et 77. ī T. 9. et i dey b. di. ser. 57. et ī de ÿb. apo. ser. 3. et. 5. i T. 10.

Medicus bene vtit igne, et venefices malevti tur pane.

Epilogus tractatę quęstiōis. CAP. XVI.

A. RECTE: sed quantū & quid valeat æterna lex, vt opinor, videre iā cœpimus, & quantū lex temporalis in vindicando progredi possit, inuentum est: & rerū duo genera, æternarum & temporalium, duoque rursus hominum, aliorum æternas, aliorum temporales sequentiū & diligentiū, satis aperteq; distincta sunt. Quid autē se positum constitit, nullaque re de arce dominandi, rectoq; ordine mentē deponi nisi volūtate. Et est manifestum, non rem vllam, cum ea quisque male vtitur, sed ipsum male vtentem esse arguendū. Referamus nos si placet ad quęstionem in exordio huius sermonis propositam, & videamus vtrum soluta sit: nam quęrere instituramus quid sit male facere, & propter hoc oia quę dicta sunt, diximus. Quocirca licet nunc animaduertere et cōsiderare, vtrum sit aliud male facere, quam neglectis rebus æternis, quibus per seipsam mens fruitur, & per seipsam percipit, & quas amans amittere non potest, temporalia & quę per corpus hominis partem vilissimam miranda sectari. Nam hoc vno genere omnia male facta id est peccata, mihi videntur includi. Tibi autem quid videatur expecto cognoscere. E. Est ita ut dicis, & assentior omnia peccata hoc vno genere cōtineri, cū quisque auertitur

auertitur a diuinis vereque manentibus, & ad mutabilia atque incerta conuertitur. Quæ quanquā in ordine suo recte locata sint, & suam quandam pulchritudinem peragāt, peruersi tamē animi est et inordinati, eis sequēdis subiici, quibus ad nutum suum ducendis potius diuino ordine ac iure prælatus est. Et illud simul mihi videre iam videor absolutum atque cōpertum, quod postilam quęstionem quid sit male facere, deinceps quærere instituueramus, vnde male faciamus. Nisi enim fallor, vt ratio tractata monstrauit, id facimus ex libero voluntatis arbitrio. Sed quæro, vtrum ipsum liberum arbitrium quo peccandi facultatem habere conuincimur, oportuit nobis dari ab eo qui nos fecit? Videmur enim nō fuisse peccaturi, si isto careremus. Et metuendū est, ne hoc modo deus etiam male factorū nostrorum author existimetur. A. Nullo modo istuc timueris: sed vt diligentius inquirat, aliud rēpus sumendū ē. Nā hęc sermocinatio modū terminūq; iā desiderat. Qua velim credas magnarū abditarūq; rerū inquirēdarū quasi fores ēe pulsatas. In quarū penetralia cū deo duce venire cœperimus, iudicabis profecto, quātū iter hāc disputationē, & eas quę sequūtur iterūm, quātūque illę præstēt, nō modo inuestigatiōis sagacitate, sed etiā maiestate rerū, & clarissima luce veritatis, pietas tm adsit, vt nos diuina, puidētia cursum quē instituimus, tenere & pficere pmittat. E. Cedo volūtati tuę, & ei meam iudicio & voto libentissime adiungo.

Malefacere est ipsum liberum volūtatis arbitrium. idem supra cap. 1. et, 11.

D. AVRELII AVGVSTINI DE LIBERO ARBITRIO

LIBER II. EVODIVS.

liberū arbitriū ad recte agēdū datum. CAP. I.



AM si fieri pōt, explica mihi quare dederit deus hoī liberū volūtatis arbitriū: qđ vtiq; si nō accepisset, peccare nō posset. A. Iā. n. certū tibi atq; cognitū ē, deū ēdisse hoī, hoc qđ dari debuisse nō putas? E. Quātū ī superiori libro ītelligere mihi visus sum, et hēmus liberū volūtatis arbitriū, et non nisi eo peccamus. A. Ego quoq; memini iā nobis id factū ēe pspicuū. Sed nūc iterrogaui vtrū hoc qđ nos hre, et quo nos peccare manifestū ē, deū nobis dedisse scias. E. Nullū aliū puto. Ab ipso. n. sumus, et siue peccātes siue recte agētes, ab illo pœnā meremur aut pmiū. A. Hoc quoq; vtrū liquido noueris, an authoritate cōmotus libenter etiā incognitū credas,

credas, cupio scire. E. Auctoritati quidem me primũ de hac re credidisse cõfirmo, Sed quid verius quã omne bonum ex deo esse, & omne iustũ bonum esse, & peccantibus pœnam, rectecq; facientibus premium iustum esse? Ex quo conficitur a deo affici, & peccantes miseria, & recte facientes beatitate. A. Nihil resisto: sed quero illud alterum, quomodo noueris nos ab ipso esse? Neque enim hoc nunc, sed ad ipso nos vel pœnam vel premiũ meri explicasti. E. Hoc quoq; non aliunde video esse manifestum, nisi quod iam constat deum vindicare peccata. Siquidem ab illo est omnis iustitia. Non enim vt alicuius est bonitatis alienis prestare beneficia, ita iustitiq; vindicare in alienos. Vnde manifestum est ad eum nos pertinere, quia non solum in nos benignissimus in prestando, sed etiam iustissimus in vindicando est. Deinde ex eo quod ego posui, tu quoque concessisti, omne bonum ex deo esse, etiã hominem ex deo esse intelligi potest. Homo enim ipse in quantum homo est, aliquod bonum est, quia recte viuere cum vult, potest. A. Plane si hec ita sunt, soluta est quæstio quam proposuisti. Si enim homo aliquod bonum est, & non posset nisi cum vellet recte facere, debuit habere liberã voluntatem, sine qua recte facere non posset. Non enim quia per illam etiam peccatur, ad hoc eam deum dedisse credendum est. Satis ergo causæ est, cur dari debuerit, quoniam sine illa homo recte non potest viuere. Ad hoc autem datam vel hinc intelligi potest, quia si quis ea vsus fuerit ad peccandum, diuinitus in eum vindicatur. Quod iniuste fieret si non solum vt recte viueretur, sed etiam vt peccaretur libera esset voluntas data. Quomodo enim iuste vindicaretur in eum, quiad hanc rem vsus esset voluntate, ad quam rem data est? Nunc vero deus cum peccante punit, quid videtur tibi aliud dicere, nisi cur non ad eam rem vsus es libera voluntate, ad quam tibi eam dedi, hoc est ad recte faciendum? Deinde illud bonum quo commendatur ipsa iustitia, in damnandis peccatis rectecq; factis honorãdis, quo modo esset si homo careret libero voluntatis arbitrio? Non enim aut peccatum esset, aut recte factum, quod nõ fieret voluntate. Ac per hoc & pœna iniusta esset & premium, si homo voluntatem non haberet libera. Debuit autem & in supplicio & in premio esse iustitia, quoniam hoc vnum est bonorum quę sunt ex deo. Debuit igitur deus dare homini liberam voluntatem.

Retractauit. 1. Retrac. ca. 9. 1.3. To.ho. op.

Volũtas naturaliter nobis data nõ ad peccãdũ, aliter nõ iuste vendicarent pcã, ista ad recte agendũ data est.

Cur datũ ẽ libe-rum arbitrium ad malũ flexile. CAP. II.

E. Iam concedo eam deum dedisse: sed nonne tibi videtur quæso te, si ad recte faciendum data est, quod non deberit ad peccandum posse conuerti, sicut ipsa iustitia quę data est homini ad bene viuendũ? Nunquid enim potest quispiam per iustitiam suam male viuere? Sic nemo

mo posset per voluntatem peccare, si voluntas data esset ad recte faciẽdum. A. Donabit quidem deus vt spero, vt tibi valeam respondere, vel potius vt ipse tibi eadẽ, quæ summa omnium magistra est, veritate intus docente respondeas. Sed paulisper mihi volo dicas, si id quod abs te quæsieram, certum & cognitum tenes, deum nobis dedisse liberam voluntatem, vtrum oporteat dicere dari non debuisse quod dedisse confitemur deum. Si.n. incertum est vtrum dederit, recte quærimus vtrum bene sit data, vt cum inuenerimus bene datam esse, inueniat etiam illum dedisse, a quo homini data sunt omnia bona si aũt inuenerimus nõ bũ datã esse, nõ eũ dedisse, intelligamus, quẽ culpare nefas est. Si vero certũ est quod ipse illã dederit oportet fateamur quoquo modo data est, necq; non dari, necq; aliter dari eam debuisse quam data est, Ille enim dedit, cuius factum recte reprehendi nullo pacto potest. E. Quanquam hæc inconcussa fide teneam, tñ quia cognitione nondũ teneo, ita quęramus quasi omnia incerta sint. Video enim ex hoc quod incertum est, vtrum ad recte faciendum voluntas libera data sit, cum per illam etiã peccare possimus, fieri etiam illud incertum, vtrũ dari debuerit, Si enim incertum est ad recte faciendum datam esse, incertum est etiam dari debuisse, Ac per hoc etiam vtrum eam deus dederit, incertum erit: Qa si incertũ est dari debuisse, incertum est ab eo datã esse, quem nefas est credere dedisse aliquid quod dari non debuit. A. Illud saltem tibi certum est, deum esse. E. Etiam hoc non contemplando, sed credendo inconcussum teneo. A. Si quis ergo illorum insipientium, de quibus scriptum est, Dixit insipiens in corde suo non est deus; hoc tibi dicere, nec vellet tecum credere quod credis, sed cognoscere vtrum vera credideris, relinqueres ne hominẽ an aliquo modo, quod inconcussum tenes, persuadendũ esse arbitrareris, presertim si ille non oblectari pertinaciter, sed studiose id vellet agnoscere? E. Hoc quod vltimum posuisti, satis me admonet quid ei respondere debeam. Certe.n. quanuis esset absurdissimus, cõcederet mihi, cum doloso & pernicaci de nullo omnino, & maxime de re tanta, non esse differendũ. Quo concesso, prior mecum agerer, vt sibi crederem bono animo eum istuc querere, necq; aliquid in se quod ad rem hanc attinet, dolo ac peruicacię latere, Tum ego demõstrarem quod cuiuis facillimum puto, quanto esset æquis, cum sibi de occultis animi sui quæ ipse nosset, Vellet alterum credere qui non nosset, vt etiam ipse tantorum virorum libris, qui secum filiodei vixisse testatũ literis relinquerũt, esse deum crederet, quia & ea se vidisse scripserunt, quæ nullo modo fieri possent, si non esse deus: & nimium stultus esset,

Ps. 13.

esset, si me reprehenderet quod illis crediderim, qui sibi vellet vt crederem, Iam vero quod recte reprehendere non valeret nullo modo reperiret, cur etiam nollet imitari. A. Si igitur vtrum sit deus, satis esse existimas, q̃ non temere tantis viris credendum esse iudicauimus, cur non quæso te, de ijs quoque rebus, quas tanquam incertas & plane incognitas quærere instituimus, similiter putas eorundem virorum authoritati sic esse credendum, vt de inuestigatione earum nihil amplius laboremus? E. Sed nos id quod credimus, nosse & intelligere cupimus. A. Recte meministi, quod etiam in exordio superioris disputationis a nobis positum esse, negare non possumus. Nisi enim esset & aliud credere, & aliud intelligere, & primo credendum esset, quod magnum & diuinum intelligere cuperemus frustra propheta dixisset, Nisi crediderit is, non intelligetis. Ipse quoque dominus noster, & dictis & factis ad credendum primo hortatus est, quos ad salutem vocauit. Sed postea cum de ipso dono loqueretur quod erat daturus credentibus, non ait, hęc est autem vita ęterna vt credant, sed, Hęc est, inquit, vita æterna, vt cognoscant te solum deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Deinde iam credentibus dicit, Quærite & inuenietis: nam neque inuentum dici potest, quod incognitum creditur, neque quispiam inueniendo deo fit idoneus, nisi antea crediderit quod est postea cogniturus. Quapropter domini præceptis obtemperantes quæramus instanter. Quod enim hortãte ipso quærimus, eodem ipso demõstrante inueniemus, quãtum hęc in hac vita & a nobis talibus inueniri queunt: nam & a melioribus etiam dum has terras incolunt, & certe a bonis & pijs omnibus post hanc vitam euidentius atque perfectius ista cerni obtinerique credendum est, & nobis ita fore sperandum est, & ista cõtemptis terrenis & humanis, omni modo desideranda & diligenda sunt.

Aliud intelligere aliũ credere. et prius Esa. 7 credere, quã intelligere opportet.

Ioan. 17. Matt. 7.

Ratio ĩ hoĩe p ſtã tiſsimũ, quæ & ſeipſam intelligit.

CAP. III.

QVERAMVS Autem hoc ordine, si placet: primum quomodo manifestum est deum esse: deinde vtrum ab illo sint, quęcunque in quantumcumque sunt, bona sunt postremo vtrum in bonis numeranda sit voluntas libera. Quibus cõpertis satis apparebit, vt opinor, vtrum recte homini data sit. Quare prius abs te quæro, vt de manifestissimis capiamus exordium, vtrum tuipse sis: an tu fortasse metuis, ne in hac interrogatione fallaris, cum vtique si non esses, falli omnino non posses? E. Perge potius ad cętera. A. Ergo quoniam manifestum est esse te, nec tibi aliter manifestum esset, nisi viueres, id quoque manifestum est & te viuere. Intelligis ne ista duo esse verissima? E. Prorsus intelligo. A. Ergo etiam

etiã hoc tertiũ manifestũ est, hoc est intelligere te. E. Manifestum. A. Quid in his tribus tibi videtur excellere? E. Intelligentia. A. Cur tibi hoc videtur? E. Quia cũ tria sint hæc, esse, viuere, intelligere: & lapis est, & pecus viuit, nec tamen lapidem puto viuere, aut intelligere: qui autem intelligit, eũ & esse & viuere certissimũ est: quare nõ dubito id excellẽtius iudicare, cui omnia tria insunt, quã id cui duo vel vnũ desit: nã quod viuit, vtiq; & est, sed non sequitur vt etiam intelligat: qualẽ vitam esse pecoris arbitror. Quod autem est, non vtiq; consequens est, vt viuat & intelligat: nam esse cadauera possum fateri, viuere autem nullus dixerit, Iam vero quod non viuit, multo minus intelligit. A. Tenemus igitur horum trium duo deesse cadaueri, vnum pecori, nihil homini. E. Verum est. A. Tenemus etiam id esse in his tribus præstantius, quod homo cũ duobus cæteris habet, id est intelligere, quod habentem sequitur & esse & viuere. E. Tenemus sane. A. Dic mihi iam, vtrũ illos vulgatissimos corporis sensus habere te noueris, videndi & audiendi & olfaciendi & gustandi & tangẽdi? E. Noui. A. Quid putas pertinere ad videndi sensum, id est qd putas nos videndo sentire? E. Quęcunq; corporalia. A. Nũ etiã dura & mollia vidẽdo sentimus? E. Nõ. A. Quid ergo propriæ ad oculos ptinet quod per eos sentimus? E. Color. A. Quid ad aures? E. Sonus. A. Quid ad olfactum? E. Odor. A. Quid ad gustũ? E. Sapor. A. Quid ad tactũ? E. Molle vel durũ, leue vel asperũ, & multa alia. A. Quid corporum formas, magnas, breues, quadras, rotũdas, & si qd hmõi est, nonne & tangẽdo et vidẽdo sentimus? E. Et ideo nec visui ꝓprie, nec tactui tribui potsũt, iz vtriq; ? E. Intelligo. A. Intelligis ergo quędam singulos sensus habere propria, de quibus renunciẽt, & quædam quosdam habere cõmunia? E. Et hoc intelligo. A. Quid igitur ad quemque sensum pertineat, & quid inter se vel ómnes vel quidam eorum communiter habeant, num possumus vllo eorum sensu dijudicare? E. Nullo modo sed quodam interiore ista dijudicantur. A. Num fortasse ipsa est ratio qua bestiæ carent? Nam vt opinor, ratione ista comprehendimus, & ita esse habere cognoscimus. E. Magis nos arbitror ratione comprehendere esse interiorem quendam sensum, ad quem ab istis quinq; notissimis sensibus cuncta referuntur. Nanque aliud est quo videt bestia, aliud quo ea quæ videndo sentit vel vitat vel appetit. Ille enim sensus in oculis est, ille autem intus in ipsa anima. Quo non solum ea quę viden tur, sed etiam quæ audiuntur, quæque cæteris capiũtur corporis sensibus, vel appetunt animalia delectata & assumunt, vel offensa deuitãt & respuunt. Hic autẽ nec

Hõẽ, viuit, & intelligit ĩ ꝗbus tribus intelligẽtia excellit.

Obiecta ꝓpria ꝙnque sensuũ particularium.

Obiecta cõmunia sensuum.

De sensu ĩteriori qui cõmunis dicitur.

visus

visus nec auditus nec olfactus nec gustus nec tactus di
ci potest, sed nescio quid aliud quod omnibus communi
ter præsidet. Quod cum ratione comprehendamus, vt di
xi, hoc ipsum tamen rationem vocare non possumus, quo
niam & bestijs inesse manifestum est. A. Agnosco istud
quicquid est, & eum interiorem sensum appellare nō du
bito. Sed nisi & istum transeat quod ad nos refertur a
sensibus corporis, peruenire ad scientiam non potest.
Quicquid enim scimus id ratione comprehen sum tene-
mus. Scimus autem vt de ceteris taceam, nec colores au
ditu, nec voces visu posse sentiri. Et cum hoc scimus,
nec oculis, nec auribus scimus, neque illo sensu interio-
re, quo nec bestiæ carent. Non enim credendum est, eas
nosse nec auribus sentire lucem, nec oculis vocem, qm
ista nō nisi rōnali animaduersiōe et cognitiōe discernimus.
E. Nō possum dicere hoc me habere pceptū. A. Quid si. n.
sensu illo interiore, quo eas nō carere cōcedis, hoc quo-
que diiudicant, nec colores auditu nec visu voces posse
sentiri? Nam etiam putas eas posse discernere ab inuicē
colorem qui sentitur, & sensum qui in oculo est, & inte-
riorem illum sensum apud animam, & rationem qua ista
sigillatim definiuntur & dinumerantur? E. Nullo modo.
A. Quid ista ratio posset hęc quatuor discernere ab inui-
cem & diffinitionibus terminare, nisi ad eam referetur,
& color per oculorum sensum, & ipse rursus per illum
interiorem qui ei præsidet, & idem interior p seipsum, si
tamen iam nihil aliud interpositum est? E. Non video
quomodo aliter posset. A. Quid hoc? Vides ne sensu ocu
lorum, colorem sentiri, eundem autem sensum eodē sen-
su non sentiri? Non enim quo sensu colorem vides, hoc
eodem vides etiam ipsum videre. E. Nō omnino. A. Bni-
tere etiam ista diiudicare: nam credo te non negare aliud
colorem esse, & aliud colorem videre, & itē aliud etiam
cum color non subest habere sensum, quo videri posset
si sub esset. Ev. Discerno, & ista, & inter se differre conce
do. A. Num horum trium quicquā vides oculis nisi co-
lorem? E. Nihil aliud. A. Dic ergo, vnde videas alia duo,
non enim ea non visa posses discernere. E. Nescio quid
aliud esse scio, nihil amplius. A. Nescis igitur vtrum iam
ipsa sit ratio, an illa vita sit quam sensum interiorem vo
camus præcellentē sensibus corporis, an aliquid aliud?
E. Nescio. A. Illud tamen scis, ea definiri nisi ratione non
posse, neq; rationem id facere, nisi de ijs quę sibi exami
nanda offeruntur. E. Certum est. A. Quicquid igitur est
aliud quo sentiri potest omne quod scimus, ministerium
rationis est, cui offert & renunuciat quicquid attingit,
vt ea, quæ sentiuntur discerni suis finibus possint, &
non sentiendo tantum, sed etiam sciendo comprehendi.

Hęc potētia existimatiua in brutis ī nobis vero cogitatiua, seu fantastica uirtus nūcupat.

E. Ista

E. Ista est. A. Quid ipsa ratio quæ ministros suos, & ea quæ suggerunt, discernit ab inuicem, & item quid inter hec & seipsam distet, agnoscit, secq; illis præpotentiorem esse confirmat, num alia re seipsam nisi seipsa, id est ratione comprehendit? An aliter scires te habere rationē, nisi id ratione perciperes? E. Verissimum est. A. Quoniā ergo cum colorem sentimus, non itidem sensu ipso nos sentire etiam sentimus: neque cum audimus sonum, nostrum etiam audimus auditum: neque cum olfacimus rosam, olet nobis aliquid & ipse olfactus: neque quicquā gustantibus sapit in ore ipse gustus, nec tangentes aliquid, ipsum etiam tangendi sensum possumus tangere manifestum est quinque istos sensus nullo eorum sensu posse sentiri, quanuis eis corporalia quæque sentiantur. E. Manifestum est.

Derōne quę seipsam seipsa cō prehendit.

A. ARBITROR etiam illud esse manifestum, sensum illum interiorem, non ea tantum sentire quę acceperit a quinque sensibus corporis, sed etiam ipsos ab eo sentiri. Non enim aliter bestie moueret se, vel apperē do aliquid, vel fugiendo, nisi se sentire sentiret, non ad sciēdum, nō hoc rationis est, sed tantū ad mouendum, quod non vtique aliquo illorum quinque sentit. Quod si adhuc obscurum est, eluceſcet si animaduertas quod exempli gratia sat est in vno aliquo sensu, velut in visu. Namque aperire oculum, & mouere aspiciendo ad id quod videre appetit, nullo modo posset, nisi oculo clauso vel non ita moto se id non videre sentiret. Si autem sentit se non videre dum non videt, necesse est etiam sentiat se videre dum videt, quia cum eo appetitu non mouet oculum videns, quo mouet non videns, & indicat se vtrumq; sentire. Sed vtrum & seipsam hęc vita sentiat, quæ se corporalia sentire sentit, non ita clarum est, nisi quod se quisque intus interrogans, inuenit omnem rem viuentem fugere mortem. Quę cum sit vitę contraria, necesse est vt vita etiam seipsam sentiat, quæ cōtrarium suum fugit. Quod si adhuc non liquet, omittatur, vt non nitamur ad id quod volumus, nisi certis manifestisq; documētis. Manifesta enim sunt, sensu corporis sentiri corporalia, eundem autem sensum hoc eodem sensu non posse sentiri. Sensu autem interiore & corporalia sensu corporis sentiri, & ipsum corporis sensum: ratione vero & illa omnia, & eandem ipsam notam ñe ri & scientia contineri, an tibi non videtur? E. Videtur sane. A. Age nunc, responde vnde sit quæstio, ad cuius solutioem peruenire cupiētes, iā diu istā molimur viā.

Ratio & alia ea se discernit. CAP. IIII.

Vita seipsam sē tit qa cōtrariū suū fugit, hoc ē mortem.

Sensus iterios alia sensibilia, & seipsos sentiūt idē de rōne quę alia seipsā intelligit.

E. QVANTVM memini, trium illarum quæstionum quas pauloante ad contexendum ordinem huius disputationis posuimus, nunc prima versatur, id est quomodo

ordo & pstātia suū ad obiecta

CAP. V.

Sec. T. L manif stum

manifestum fieri possit, quanuis tenacissime credendum sit, deum esse. A. Recte hoc tenes: sed etiã illud diligenter tenere te volo, cum de te ipso quærerẽs, vtrum te esse noueris, non solum hoc, sed etiam alia duo nobis apparuisse quæ noueris. E. Id quoq; teneo. A. Nũc ergo vide ad quam rem istarum trium intelligas pertinere omne, quod corporis sensus attingit: id est in quo rerum genere tibi ponendum videatur, quicquid vel oculorum, vel alio quolibet corporis instrumento noster sensus attingit: vtrum in eo quod tantum est, an in eo quod etiam viuit, an in eo quod etiam intelligit? E. In eo quod tantum est. A. Quid ipsum sensum in quo genere trium horum esse censes? E. In eo quod viuit. A. Quid igitur horum duorum melius esse iudicas, sensum ipsum, an quod sensus attingit? E. Sensum scilicet. A. Quare? E. Quia melius est id, quod etiam viuit, quam id quod tantum est. A. Quid illum sensum interiorem, quem quidem intra rationem, & adhuc nobis cõmunem cum bestijs superius indaganimus, dubitabis ne huic sensui pręponere quo corpus attingimus, & quem iam ipsi corpori præponendum esse dixisti? E. Nullo modo dubitauerim. A. Etiam hoc cur non dubites, volo abs te audire. Non enim poteris dicere, hunc sensum interiorem iam in eo genere trium illorum esse ponendum quod etiam intelligit, sed ad hoc in eo quod & est & viuit, etiam si intellectu caret. Iste enim sensus ineſt & bestijs, quibus intellectus nõ ineſt. Quæ cum ita sint, quæro cur præponas sensum interiorem huic sensui quo corporalia sentiuntur, cum sit vterque in eo genere quod viuit. Sensum autem istum qui corpora attingit, ideo pręposuisti corporibus, quia illa sunt in eo genere quod tantum est, iste vero in eo quod etiam viuit. In quo cum & ille interior reperiatur, cur eum meliorem putes dic mihi? Si enim dixeris, quia ille istum sentit, non te credo inuenturum regulam qua

Sap. cap 9.

* Alias figere.

* fidere possimus, omne sentiens melius esse quam id quod ab eo sentitur, ne fortassis ex hoc etiam cogamur dicere omne intelligens melius esse quam id quod ab eo intelligitur. Hoc enim falsum est, quia homo intelligit sapientiam, & non est melior quam ipsa sapientia. Quamobrem vide qua causa tibi visum sit, sensum interiorem huic sensui quo sentimus corpora esse pręferendum. Quia moderatorem & iudicem quendam illum huius esse cognosco. Nam & si quid huic in officio suo defuerit, ille tanquam debitum a ministro flagitat, sicut paulo ante disputatum est. Non enim te videre, aut non videre sensus oculi videt. Et quia non videt, non potest quid sibi desit, aut quid satis sit iudicare, sed ille interior, quo admonetur & anima bestiæ aperire oculum clausum, & quod deesse sentit implere. Nulli autem dubium est eum qui iudicat, eo de quo iudicat esse meliorem. A. Cernis ergo istum etiam corporis sensum de corporibus quodã modo iudicare? Ad illum enim pertinet voluptas & dolor, cum vel leniter vel aspere corpus attingitur. Nam sicut ille interior quid desit vel satis sit oculorum sensui iudicat, sic ipse sensus oculorum quid desit vel satis sit coloribus iudicat. Item sicut ille interior de auditu nostro iudicat, vtrum minus an sufficienter intentus sit, sic iudicat auditus ipse de vocibus, quid earum leniter influat, aut aspere perstrepat. Non necesse est cęteros sensus corporis prosequi. Iam enim, vt opinor, animaduertis quid velim dicere: ita scilicet sensum illum interiorẽ de istis corporis sensibus iudicare, cum eorum & integritatem probat, & debitum flagitat, quemadmodum & ipsi corporis sensus de corporibus iudicant, assumentes ineis lenem tactum, reiicientesq; contrarium. E. Cerno sane, & verissima ea esse consentio.

Rõ cęteris superior, infra deũ est

CAP. VI.

A. Attende iam vtrum ratio etiam de hoc interiore sensu iudicet. Iam. n. non quæro, vtrum eam meliorem iudicare esse dubites, quia non dubito id te iudicare, quanquã ne id quidem iam querendum putem, vtrum de isto sensu iudicet ratio. Nanque in ijs ipsis quę infra eam sunt, id est in corporibus, & in sensibus corporis, & isto interiore sensu, quomodo aliud sit alio melius, & quam sit illis prestantior ipsa, quid tandẽ nisi ipsa renunciat? Quod profecto nullo modo posset, nisi de his ipsa iudicaret. E. Manifestum est. A. Cum ergo eam naturam quæ tantum est, nec viuit nec intelligit, sicuti est corpus exanime, præcedat ea natura quæ nõ tantum est, sed etiam viuit, nec intelligit, sicuti est anima bestiarum: & rursus hãc præcedat ea quę simul & est & viuit & intelligit, sicuti in homine mens rationalis, num arbitraris in nobis, id est in ijs in quibus natura nostra completur vt homines simus aliquid inueniri posse præstantius, quam hoc quod in his tribus tertio loco posuimus? Nam & corpus nos habere manifestum est, & vitam quandam qua ipsum corpus animatur atque vegetatur, quæ duo etiam in bestijs agnoscimus, & tertium quiddam quasi animæ nostrę caput aut oculum, aut si quid congruentius de ratione atq; intelligentia dici potest, quã nõ habet natura bestiarum. Quare vide obsecro, vtrũ aliquid inuenire possis, quod sit in natura hominis ratione sublimius. E. Nihil omnino melius video. A. Quid si aliqd inueniri potuerimus, qđ nõ solũ esse nõ dubites, sed etiã ipsa nostra ratione prestantius, dubitabis ne illud quicquid sit, deũ

dicere? E. Non continuo si quid melius quam id quod in mea natura optimum est inuenire potuero, deum esse dixerim. Non enim mihi placet deum appellare, quo mea ratio est inferior, sed quo nullus est superior. A. Ita plane: nam ipse huic tuę rationi dedit, tã de se pie vereque sentire. Sed quęso te si non inueneris esse aliquid supra nostram rationem, nisi quod æternum atque incõmutabile est, dubitabis ne hunc deum dicere? Nam & corpora mutabilia esse cognoscis, & ipsam vitam qua corpus animatur, per affectus varios mutabilitate non carere manifestum est. Et ipsa ratio cum modo ad verum peruenire nititur, modo non nititur, & aliquãdo peruenit, aliquando non peruenit, mutabilis esse profecto conuincitur. Quæ si nullo adhibito corporis instrumento, nec per tactum, nec per gustum, nec per olfactũ, nec per aures, nec per oculos, nec per ullum sensum se inferiorem, sed per seipsam cernit æternum aliquid & incõmutabile, simul & seipsam inferiorem, & illum oportet deum suum esse fateatur. E. Hunc plane farebor deum, quo nihil superius esse constiterit. A. Bene habet: nam mihi satis erit ostendere esse aliquid huiusmodi, quod aut fateberis deum esse, aut si aliquid supra est, eumipsum deum esse concedes. Quare siue supra sit aliquid, siue non sit, manifestum erit deum esse, cum ego quod promtũ esse supra rationem, eodem ipso adiuuante monstrauero. E. Demonstra ergo quod polliceris.

Deus ẽ quo nihil superius esse constat.

Sẽsus iterior & exterior, et quo modo idẽ sentiatur a multis. CAP. VII.

A. Faciam: sed prius quæro, vtrum sensus corporis meus idem sit qui tuus, an vero meus non sit nisi tuus? Quod si non ita esset non possem per oculos meos videre aliquid, quod tu nõ videres. E. Cõcedo prorsus, quãuis eiusdem generis, tamen singulos nos habere sensus videndi vel audiendi, vel quoslibet alios cęterorũ. Nõ enim solum videre, sed etiam audire aliquis hominũ potest quod alius non audiat, et aliud aliquid quodlibet alio sensu quisquam sentire quod alius non sentiat. Vnde manifestum est & tuum non nisi tuum, & meum sensum non esse nisi meum. A. Hoc idem respondebis de illo etiã sensu iteriore: an aliquid aliud? E. Nihil sane aliud nam & ille vtique sensum meũ sentit meus, et tuũ sentit tuus: nã ideo plerũque interrogor ab eo qui aliquid videt, vtrũ hoc etiã ergo videã, qa ego me videre aut nõ videre sentio, nõ ille qui interrogat. A. Quid ipsam rationem, nonne vnusquisque nostrum habet suam? Quandoquidem fieri potest vt ego aliquid intelligam, cum tu id non intelligis: nec vtrum intelligam tu scire possis, ego autem sciam. E. Manifestum est etiam rationales mentes singulos quosque nostrum singulas habere. A. Num etiam poteris dicere singulos soles nos habere quos videmus

demus, aut lunas, aut luciferos, aut cætera huiusmodi, quanuis suo quisque ac proprio sensu ista videat? E. Nullo modo istuc dixerim. A. Possumus ergo videre unum aliquid multi simul, cum sint, sensus nostri nobis singulis singuli: quibus omnibus illud vnum sentimus quod simul videmus, vt quanuis alius sensus meus sit, et alius tuus, possit tamen fieri, ut id quod videmus nõ sit aliud meum & aliud tuum, sed illud vnum pæsto sit utrique nostrum & simul ab utroque videatur. E. Manifestissimum est. A. Possumus etiam vnam aliquam vocem simul audire, ut quanuis alius sit auditus meus, alius tuus, non sit tamen alia mea & alia tua vox quam simul audimus, vel alia pars eius auditu meo capiatur, & alio tuo, sed quicquid sonuerit, & vnum & totum audiendũ simul adsit ambobus. E. Et hoc manifestum est. A. Iam etiam de cęteris sensibus corporis licet animaduertas quod dicimus, neque omnino illos quod ad hanc rẽ attinet, ita se habere, ut illos duos oculorum & aurium, neque omnino non ita. Nam quia ex hoc vno aere & ego & tu possumus implere spiramentum, & eius aeris affectionem odore sentire: & item quia ex vno melle, vel quolibet alio cibo se potu ambo gustare possumus, & eius affectionem sapore sentire: quanuis illevnus sit, nostri autem sint sensus singuli, tibi tuus, & mihi meus ut unum odorem vel unum saporem cum ambo sentiamus, nec tu tamen cum meo sensu sentias, nec ego tuo, nec aliquo vno qui vtriusque nostrum possit esse cõmuniter, sed prorsus mihi sensus meus sit, & tuus tibi, etiã si vnus aut odor aut sapor ab utrisque sentiatur: hinc ergo isti sensus inueniuntur habere aliquid tale, quale illi duo in visu & auditu: sed in eo dispares sunt quantum ad id quod nunc agimus pertinet, quod etsi vnum aerẽ naribus ambo trahimus, aut unum cibum gustando capimus, non tamen eam partem aeris duco quam tu, nec eandem partem cibi sumo quam tu, sed aliam ego, aliam tu: & ideo de toto aere cum spiro, duco partem quanta mihi satis est, & tu item de toto aliam, quanta tibi satis est ducis. Et cibus quanuis unus & totus ab utroque absumatur, nõ tamen & a me totus, & a te totus absumi potest: quomodo uerbũ & ego totũ audio, & tu totum simul, & speciẽ quamlibet quantam ego uideo, tantam & tu simul: sed cibi vel potionis alia pars in me alia in te transeat necesse est: an parum ista intelligis? E. Imo uero apertissima & certissima esse cõsentio. A. Num censes tãgẽdi sensum comparandũ esse oculorũ & auriũ sensibus in ea re de qua nunc agitur, quia nõ solum corpus unum ambo possumus sentire tangẽdo, sed etiã eandem partẽ tu quoque poteris tangere quã ego tetigero, ut nõ

solũ idẽ corpus, sed eandẽ quoque corporis partẽ possimus ambo sentire tangendo? Nõ enim sicuti cibum aliquem appositum nõ possumus & ego totũ & tu totum capere, cum ambo illo vescimur, sic etiam in tangendo accidit: sed & vnum & totum quod ego tetigero, etiã tu potes, vt id ambo tãgamus, nõ singulis partibus, sed totum singuli. E. Fateor hoc modo duobus illis superioribus ensibus: hunc tãgendi sensum esse simillimũ: sed in hoc video esse dissimilẽ, quod simul, id est vno tempore, & videre aliquid vnum totum ambo possumus & audire: tangere autẽ possumus quidem totum aliquid ambo vno tempore, sed partibus singulis, eandem autem partem nõ nisi temporibus singulis: nã nulli parti quam tactu capis, possum meum tactũ admouere, nisi tu amoueris tuũ. A. Vigilantissime respondisti: sed oportet te etiã illud videre, cum horũ omnium quæ sentimus, alia sint quæ ambo, alia quæ singuli sentiamus, ipsos vero sensus nostros, suos quisque singuli sentiamus, vt nec ego sentiam sensum tuũ, neque tu meum: quid de his rebus quæ sentiũtur a nobis per corporis sensus, id est quid de corporalibus rebus non possumus sentire ambo, sed singuli, nisi quod ita sit nostrum vt hoc in nos vertere & cõmutare possimus: sicuti est cibus & potus, cuius nullam partem quã ego percepero, & tu percipere poteris: quia etsi nutrices alimenta mansa infantibus reddunt, illud tamen quod inde gustus rapuerit atque in mãdentis viscera commutauerit, nullo modo reuocari poterit vt in escã refundatur infantis. Gula enim cum aliquid iucundi de sapit, etiã si exiguã, tamen irreuocabilẽ partem sibi vendicat, & hoc cogit fieri quod naturæ corporis cõuenit: quod nisi ita esset, nullus remaneret sapor in ore postea quam fuerint mãsa illa reddita atque deputa. Quod etiã de aeris partibus recte dici potest, quas naribus ducimus: nã etiã si aliquid aeris quod ego reddidero, possis etiã tu ducere, nõ tamẽ poteris etiam illud quod inde in alimentũ meum cesserit: quia nec reddi potest. Nã etiã naribus alimentũ nos capere medici docẽt: & quod alimentũ & spirãdo solus sentire possum, & restãdo restituere non possum, vt abs te etiam ductũ naribus sentiatur. Nã cætera sensibilia quæ quanuis sentiamus, non tamen ea sentiendo in nostrum corpus corrupta mutamus, possumus ea, siue vno tempore, siue singulis vicissim temporibus ambo sentire, sic vt vel totũ vel pars ipsa quã sentio, abs te etiã sentiatur: qualia sunt, siue lux, siue sonus, siue corpora quæ attingimus, nõ tamẽ lædimus. E. Intelligo. A. Manifestũ est ergo, ea quę nõ cõmutamus, & tamẽ sentimus corporis sensibus, & nõ pertinere ad naturam sensuum nostrorũ, & propterea magis nobis

nobis esse cõmunia, quia in nostrum propriũ & quasi priuatum nõ vertuntur atque mutantur. E. Prorsus assentior. A. Proprium ergo et quasi priuatũ intelligẽdũ ẽ quod vnicuiq; nostrũ soli est, & quod in se solus sentit, quod ad suã naturã proprie pertinet. Cõmune autem et quasi publicũ, quod ab omnibus sentientibus nulla sui corruptione atque commutatione sentitur. E. Ita est. Quid hoĩbus ꝓpriũ, quidq; comune.

A. Age nunc attende, & dic mihi vtrũ inueniatur aliquid quod omnes ratiocinãtes sua quisque ratione atq; mente communiter videant, cum illud quod videtur prẽsto sit omnibus, nec in vsum eorum quibus præsto est commutetur, quasi cibus aut potio, sed incorruptũ inter eos grumque permaneat, siue illi videant, siue nõ videant, an forte nihil huiusmodi esse arbitraris? E. Imo multa ex se video: quibus vnum cõmemorari satis est, quod ratio & veritas numeri omnibus ratiocinantibus præsto est, vt omnis eã computator sua quisque ratione & intelligentia conetur apprehendere. Et alius id facilius, alius difficilius possit, alius omnino nõ possit, cũ tamen ipsa æqualiter omnibus se præbeat valentibus eam capere: nec cum eã quisque percepit, in sui perceptoris quasi alimentum vertatur atque mutetur: nec cum in ea quisque fallitur, ipsa deficiat, sed ea vera & integra permanente ille in errore sit tanto amplius, quanto minus eã videt. A. Recte sane: sed video te tanquam non rudem harum rerum cito inuenisse quod diceres: tamen si tibi aliquis diceret, numeros istos non ex aliqua sua natura, sed ex ijs rebus quas sensu corporis attingimus, impressos esse animo nostro quasi quasdã imagines quorumque visibilium, quid respõderes? An tu quoque id putas? E. Nullo modo id putauerim: non enim si sensu corporis percepi numeros, idcirco etiam rationem partitionis numerorum vel copulationis sensu corporis percipere potui. Hac enim luce mentis refello eum, quisquis vel in addendo vel in retrahendo dum computat falsam summã renunciauerit. Et quicquid sensu corporis tango, veluti est hoc cœlum, & hæc terra, & quæcunque in eis alia corpora sentio, quandiu futura sint nescio. Septem autem & tria decem sunt, & non solum nunc, sed etiam semper. Neque vllo modo aliquando septem & tria nõ erunt decem. Hanc ergo incorruptibilem numeri veritatem, dixi mihi & cuilibet ratiocinanti esse communem. A. Non resisto tibi verissima & certissima respondenti. Sed ipsos quoque numeros non per corporis sensus attractos esse facile videbis, si cogitaueris quemlibet numerum tot vocari quoties vnum habuerit: verbi gratia, si bis habuerit vnum, duo vocantur: si ter, tria: & si decies habet vnum, tunc vocantur decẽ:

Numerorũ cognitio vtilis.

CAP. VIII.

Fusius & clari us de hac materia i. 1. de doct. Christ. ca. 16. in Tom. 3. et in. 1. To. hor. opusc. Ratio numeri oĩbus ratiocinãtibus ꝑsto ẽ.

& quilibet omnino numerus quoties habet vnum, hinc illi nomen est, & tot appellatur. Vnum vero quisquis uerissime cogitat, profecto inuenit corporis sensibus nō posse sentiri. Quicquid enim tali sensu attingitur, iam non vnum sed multa esse conuincitur: corpus enim est, & ideo habet innumerabiles partes. Sed vt minutas quasq; minusq; articulatas non persequar, quantulumcunq; illud corpusculum sit, habet certe aliam partem dexteram, aliam sinistram, aliam superiorem, aliam inferiorem, aut aliam vlteriorem, aliam citeriorem, aut aliquas finales, aliam mediam. Hęc enim necesse est quamlibet exiguo corporis modulo inesse fateamur. Et propterea nullum corpus vere pureq; vnum esse concedimus, in quo tamen non possent tam multa numerari, nisi illius vnius cognitione discreta. Cum enim quæro vnum in corpore, & me non inuenire non dubito, noui vtiq; quid ibi quæram, & quid ibi non inueniam, & nō posse inueniri, uel potius omnino ibi non esse. Vbi ergo noui quod non est corpus vnum, quid sit vnum noui? vnum enim si non nossem, multa in corpore numerare non possem. Vbicunque autem vnum nouerim, nō vtique per corporis sensum noui, quia per corporis sensum non noui nisi corpus quod vere pureq; vnum non esse conuincimus. Porro si vnum non percepimus corporis sensu, nullum numerum eo sensu percepimus, eorum duntaxat numerorum quos intelligentia cernimus. Nullus enim est ex iis qui non tot vocetur, quoties habet vnum, cuius perceptio corporis sensu nō fit. Cuiuslibet enim corpusculi pars dimidia, quantis duabus totum constat, habet & ipsa dimidiam suam. Sic ergo sunt illæ duæ partes in corpore, vt nec ipsę simpliciter duæ sint. Numerus autem ille qui vocatur duo, quoniam bis habet illud quod simpliciter vnum est, pars eius dimidia, id est illud ipsum quod simpliciter vnum est, non potest rursus habere dimidiam partem vel tertiam vel quotalibet, quoniam simplex & vere vnum ē. Deinde quoniam tenentes ordinem numerorum, post vnum duo videmus, qui numerus ad vnum collatus, duplus inuenitur: duplus duorum non consequenter adiungitur, sed interposito ternario quaternarius sequitur qui duplus est duorum. Et hæc ratio per omnes ceteros numeros certissima & incommutabili lege pertenditur, vt post vnū, id est post primū omnium numerorū, ipso excepto primus sit, qui duplū eius habet, duo enim sequuntur. Post secūdū autē, id est post duo, ipso excepto secūdus sit qui duplū eius habet. Post duo enim primus est ternarius, secūdus quaternarius, duplus secūdi: post tertiū, id ē ternariū, ipso excepto tertius sit, qui duplus est eius: post tertiū enim, id est post ternariū, primus est quaternarius, secūdus quinarius, tertius senarius, qui duplus est tertij. Atque ita post quartum, ipso excepto quartus habet duplum eius. Post quartum enim, id est quaternarium, primus est quinarius, secundus senarius, tertius septenarius, quartus octonarius, qui duplex est quarti: atq; ita per omnes cæteros reperies hoc quod ī prima copula numerorum, id est vnō & duobus inuētū est, vt quotus quisq; numerus est ab ipso principio, totus post illū sit duplus eius. Hoc ergo quod per omnes numeros esse immobile firmū, incorruptūq; cōspicimus vnde cōspicimus? Non enim vllus vllo sensu corporis oēs numeros attingit: innumerabiles enim sunt: vnde ergo nouimus per oēs hoc esse, aut qua phātasia vel phātasmate tāquā certa veritas numeri per innumerabilia tā fideliter, nisi in luce interiore cōspicitur, quā corporalis sensus ignorat? His et talibus multis documētis coguntur fateri, quibus disputātibus deus donauit ingeniū, & pertinacia caliginē nō obducit, rationē veritatē q; numerorū, & ad sensus corporis nō pertinere, & inuertibilē syncerāq; cōsistere, & omnibus ratiocinātibus ad videndū esse cōmunē. Quapropter cū multa alia possint occurrere, quæ cōmuniter & tāquā publice prę sto sunt ratiocinātibus, & ab eis videātur mēte atque ratione singulorū quorūque cernentiū, eaque inuiolata & incōmutabilia maneāt, nō tamen inuitus acceperim quod ista ratio & veritas numeri tibi potissimum occurrerit, cum ad id quod interrogaueram respondere uoluisses: non enim frustra in sanctis libris sapientiæ coniunctus est numerus, vbi dictum est: Circuiui ego & inclinaui cor meum, vt scirem & considerarem & quærerem sapientiam & numerum.

Nullum corpus est vnum vere, & pure.

Vnum per corporis sēsum nō agnoscitur.

Ec cle. 7.

VERVNTAMEN quæso te quid de ipsa sapientia putas existimandū? Singulas quasque suas arbitraris singulos quosque homines habere sapientias? An uerovnā præsto esse communiter omnibus, cuius quanto magis quisque sit particeps, tanto est sapientior? E. Quam dicas sapientiam nondum scio: Video quippe varie videri hominibus, quid fiat dicatur ue sapiēter: nam & qui militant, sapienter sibi facere videntur. Et qui contempta militia colendo agro curam atque operam impendunt, hoc potius laudant, tribuuntque sapientiæ: & qui astuti sunt ad excogitandos modos conquirendæ pecuniæ, sibi videntur sapientes: & qui hæc omnia negligunt vel abijciunt, & quæque sunt huiusmodi temporalia, & totum studium suum ad inuestigationem conferunt veritatis, vt semetipsos deumque cognoscant, magnū hoc esse sapientiæ munus iudicant: & qui huic ocio quærendi & con-

Quid sapientia sine qua nemo beatus.

CAP. IX.

Omnes putant sua agere negocia sapienter.

Nullus sensus corporis omnes numeros attingit, quia innumerabiles sunt.

contemplandi veri nolunt se dare, sed potius laboriosis similis curis & officijs agunt, vt hominibus consulant, et in rerū humanarum iuste moderandarum & gubernāda rum actione versentur, sapientes se esse arbitrātur: & qui vtrunq; horum agunt, & partim viuunt in cōtēplatione veritatis, partim in laboribus officiosis, quos humanę societati deberi putant, sibi palmā sapientiæ tenere videntur. Omitto innumerabiles sectas, quarum nulla est quę nō sectatores suos præponens cæteris, eos solos velit esse sapientes. Quamobrem cum id nūc agatur inter nos, vt nō quid credamus respondendū sit, sed quid di lucida intelligētia teneamus, nullo modo ad id tibi quē interrogasti respondere potero, nisi quod credēdo teneo contemplando etiā & ratione cernendo nouerim quæ sit ipsa sapientia. A. Num aliā putas esse sapientiam nisi veritatē, in qua cernitur & tenetur summū bonum? Nā illi omnes quos commemorasti diuersa sectantes bonū appetunt & malum fugiunt, sed propterea diuersa sectā tur, quod aliud alij videtur bonum. Quisquis ergo appetit quod appetendum non erat, tametsi id non appeteret nisi ei videretur bonum, errat tamen. Errare autem nec; ille potest qui nihil appetit, nec; ille qui hoc appetit quod debet appetere: inquantum igitur omnes homines appetunt vitā beatā, nō errant. Inquantū autē quisque non eā tenet vitę viā quæ ducit ad beatitudinem, cum se fateatur & profiteatur nolle nisi ad beatitudinē peruenire, intantū errat. Error est enim cum sequimur aliquid, quod non ad id ducit quo volumus peruenire. Et quanto magis in via vitę quis errat, tanto minus sapit. Tanto enim magis longe est a veritate, in qua cernitur, & tenetur summū bonum. Summo autē bono assecuto & adepto, beatus quisq; sit, quod omnes sine controuersia volumus. Vt ergo cōstat nos beatos esse velle, ita nos cōstat velle esse sapientes, quia nemo sine sapientia beatus est. Nemo enim beatus est nisi summo bono, quod in ea veritate, quā sapientiā vocamus, cernitur & tenetur. Sicut ergo antequā beati simus, mentibus tamē nostris impressa est notio beatitatis: per hanc enim scimus fidenterq; & sine vlla dubitatione dicimus beatos nos esse velle: ita etiā prius quam sapientes simus, sapiētię notionem in mente habemus impressam, per quam vnusquisque nostrum si interrogetur, velit ne esse sapiēs sine vlla caligine dubitationis, se velle respondet. Quare si iam constat inter nos quæ sit sapientia, quam fortasse verbis explicare non poteras nam si eam nullo modo animo cerneres, nullo modo scires, & velle te esse sapientem, & uelle debere, quod te negaturum esse nō arbitror: volo iam dicas mihi, vtrum etiam sapientiam

Sapiētia ē veritas, qua cernit, & tenetur summum bonum.

Error ē quādo sequimur aliqd quod nō ad id ducit, quo volumus peruenire.

Nemo sine sapiētia ē beatus.

sicut numeri rationem atque veritatem omnibus ratiocinantibus communem se præbe re arbitreris? An quoniam tot sunt mentes hominum quot homines sunt, vnde nec ego de tua mēte aliquid cerno, nec tu de mea, tot etiam putas esse sapientia quot potuerunt esse sapientes? E. Si summū bonū omnibus vnū est, oportet etiā veritatem in qua cernitur & tenetur: id est sapientiam omnibus vnam esse communem. A. An dubitas summum bonum, quicquid illud est, omnibus hominibus vnum esse? E. Dubito sane, quia diuersos diuersis rebus gaudere video tanquā summis bonis suis. A. Vellem quidē vt de summo bono ita nemo dubitaret, vt nemo dubitat quic quid illud est, non nisi eo adepto posse fieri hominē beatum. Sed quoniam magna quæstio est, & longum sermonem forte desiderat, putemus omnino tot summa bona esse, quot sunt ipsę res diuersę quę a diuersis tanq̄ summa bona appetuntur: num ideo sequitur, vt ipsa sapientia etiam non sit vna communis omnibus, quia ea bona quę in illa cernunt & eligunt homines, multa & diuersa sunt? Si enim hoc putas, potes & de luce solis dubitare quod vna sit, quia multa & diuersa sunt quæ in ea cernimus. De quibus multis eligit quisque pro volū tate, quo fruatur per oculorum sensum. Et alius altitudinem montis alicuius intuetur libenter, & eo gaudet aspectu. Alius campi planiciem, alius conuexa vallium, alius nemorum viriditatem, alius mobilem æqualitatem maris, alius hęc omnia, vel quædam horum simul plura confert ad lętitiam videndi. Sicut ergo ista multa & diuersa sunt: quæ in luce solis homines vident & eligūt ad fruendum, lux tamen ipsa vna est, in qua videt & tenet quo fruatur vniuscuiusque intuentis aspectus: ita etiam & si multa sint bona eaque diuersa, e quibus eligat quisque quod volet, idque videndo & tenendo ad fruē dum summum sibi bonum recte vereque constituat, fieri tamen potest, vt lux ipsa sapientię, in qua hæc videri & teneri possunt, omnibus sapientibus sit vna communis. E. Fateor fieri posse, nec impedire aliquid vt non sit omnibus communis vna sapientia, etiam si multa & diuersa sint summa bona. Sed vellem scire an ita sit. Quod enim concedimus fieri posse vt ita sit: non continuo ita esse concedimus. A. Tenemus interim esse sapientiam. Sed vtrum sit communis vna omnibus, an singuli sapiētes suas habeant sicuti animas vel mentes suas, hoc nō dum tenemus. E. Ita est.

A. Quid hoc quod tenemus, vel esse sapientiā, vel sapiētes, et beatos eē oēs hoies velle, vbi videmus? Nā hoc te videre et verū eē, nullo modo vtiq; dubitaueri. Hoc ergo verum sic vides, vt cogitationē tuā, quam si mihi

Comparatio. Sūma sapiētia ē vna cōis oibus vt lux solis qua diuersa cernimus vna ē, nam cogitat sapientiā, nescio qs i oriēte cogitat il lā, alius i occidēte, si bene illā cogitāt i tanta locorū diuersitate positi, amborum pīsto est, nā hęc ē pfectio sapiētię, vbique ē, et lōge ē a malis, qui vbique sunt, qa ipsi iacēt i dissimilitudine sua. Augu. super psal. 140. in Tom. 8.

Vna sapientia omniū sapiētiū communis. IAP. X.

non

non enuncies, ego prorsus ignoro. An ita vt intelligas & a me videri posse hoc verum, tametsi mihi abs te nō dicatur? E. Imo ita vt abs te quoq; etiam me inuenio videri posse non dubitem. A. Quod ergo vnum verum videmus ambo singulis mentibus, nonne vtrique nostrū commune est? E. Manifestissime. A. Item credo te nō negare studendum esse sapientiæ, atq; hoc verum esse concedere. E. Prorsus non dubito. A. Hoc item verum & vnum esse, & omnibus qui hoc sciunt ad videndū esse commune, quāuis vnusquisque id nec mea, nec tua, nec cuiusquam alterius, sed sua mente conspiciat, cum id quod conspicitur, omnibus conspicientibus communiter præsto sit, nunquid negare poterimus? E, Nullo modo. A. Item iuste esse viuendū, & deteriora melioribus esse subdenda, & paria paribus comparāda, & propria suis quibusque tribuenda, nonne fateberis esse verissimum, & tam mihi quam tibi, atque omnibus id videntibus præsto esse communiter? E. Assentior. A. Quid incorruptum melius esse corrupto, æternum temporali, inuiolabile violabili, poteris negare? E. Quis potest. A. Hoc ergo verum potest quisque suum proprium dicere, cum incommutabiliter contemplandum adsit omnibus qui hoc contemplari valent? E. Nullus hoc vere dixerit suum esse proprium, cum tam sit vnum atque omnibus commune quam verum est. A. Item a corruptione auertendum animū, atque ad incorruptionem conuertendū esse, id est non corruptionem, sed incorruptionem diligendam esse quis negat? Aut quis cum verum esse fatetur, non etiam incommutabile intelligat, atque omnibus mentibus id valentibus intueri, communiter præsto esse videat? E. Verissimum est. A. Quid eam vitā quæ nullis aduersitatibus de certa & honesta sententia dimouetur, dubitat aliquis esse meliorem, quam eam quæ facile incommodis temporalibus frangitur atque subuertitur? E. Quis dubitauerit? A. Iam huiusmodi plura non quæram. Satis enim est quod ista tanquam regulas & quædam lumina virtutum, & vera, & incommutabilia, & siue singula, siue omnia communiter ad esse, ad cōtemplandum eis qui hęc valent sua quisque ratione ac mente concupiscere, pariter mecum vides, certissimūq; esse concedis. Sed sane quæro vtrum hæc tibi videantur ad sapientiam pertinere? Nam credo videri tibi eū qui sapientiam assequutus est, esse sapientem. E. Videtur omnino. A. quid ille qui iuste viuit, posset ne ita viuere nisi videret quæ inferiora quibus potioribus subdat, & quę paria sibimet copulet, & quæ propria suis quibusque distribuat? E. Non posset. A. Qui ergo hæc videt, num eū negabis sapienter videre? E. Non nego. A. Quid

ille qui prudenter viuit, nonne eligit incorruptionem, & eam corruptioni præponendam esse decernit? E. Manifestissime. A. Cum ergo id eligit quo conuertat animum, quod eligendum esse nemo ambigit, num negari potest sapienter eligere? E. Nullo modo negauerim. A. Cum ergo ad id quod sapienter eligit conuertit animū, sapienter vtique conuertit. E. Certissimum est. E. Et qui ab eo quod sapienter eligit, & quo se sapienter conuertit, nullis terroribus pœnisq; depellitur, sapienter sine dubio facit. E. Prorsus sine dubio. A. Manifestissimum est igitur omnes has, quas regulas diximus & lumina virtutum, ad sapientiam pertinere: quandoquidem quāto magis quisque ad agendam vitam eis vtitur, & secūdum hęc agit vitam, tanto magis viuit facitq; sapienter: Omne autem quod sapienter fit, non potest recte dici a sapientia esse separatum. E. Omnino ita est. A. Quam ergo veræ atque incommutabiles sunt regulæ numerorum, quorum rationem atque veritatem incommutabiliter atque communiter omnibus eam cernentibus præsto esse dixisti, tam sunt veræ atq; incommutabiles regulæ sapientiæ, de quibus paucis nunc singillatim interrogatus respondisti esse veras atque manifestas, easque omnibus qui hæc intueri valent, communes ad contemplandum adesse concedis.

Oē q̄ sapiēter fit nō pōt recte dici a sapientia separatum.

Idē. ca. p̄cedēti vbi aliqua de exp. psal. 146. annotauimus.

E. Dubitare non possum, Sed peruellem scire, vtrum vno aliquo genere contineantur hæc duo, sapientia scilicet & numerus, quia coniuncta etiam in scripturis sanctis hæc posita esse commemorasti: an alterum existat ab altero, vt alterum in altero consistat, veluti numerus a sapientia, vel in sapientia. Nam sapientiam existere numero, aut consistere in numero, non ausim dicere; nescio enim quo modo quia multos noui numerarios aut numeratores, vel si quo alio nomine vocandi sunt, qui summe atq; mirabiliter computant, sapientes autem per paucos, aut forsitan neminem, longe venerabilior mihi occurrit sapientia quam numerus. A. Rem dicis quam ego quoque mirari soleo. Nam cum incommutabilem veritatem numerorum mecum ipse considero, & eius quasi cubile ac penetrale vel regionem quādam, vel si quod aliud nomen aptū inueniri potest, quo nominemus quasi habitaculū quoddā sedēq; numerorū, longe remouear a corpore; & inueniēs fortasse aliqd qđ cogitare possim, nō tñ aliqd inueniēs qđ verbis p ferre sufficiā redeo taquā lassatus ī hęc nra vt loq possim, et ea quę ante oculos sita sunt dico, sicut dici solet. Hoc mihi accidit etiā cū de sapientia quātum valeo, vigilantissime atq; intentissime cogito. Et propterea multum miror, cū hæc duo sint in secretissima certissimaq;

Sapiētia, & numerus, et huius laus. CAP. XI. Sap. 2. Sup. ca. 8.

Veritate

Eccl.2.sup.c.8. veritate,accedente etiam testimonio scripturarum quo commemoraui coniuncte ita posita: plurimum miror, vt dixi,quare numerus vilis sit multitudini hominum, & chara sapientia:sed nimirum illud est,quod vna quæ dam eadēq; res est. Veruntamen quoniam nihilominus in diuinis libris de sapientia dicitur,quod attingit a fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, ea potentia qua fortiter a fine vsque ad finem attingit, numerus fortasse dicitur:ea vero qua disponit omnia suauiter,sapientia proprie iam vocatur:cum sit vtrumq; vnius eiusdemque sapientiæ. Sed quia dedit numeros omnibus rebus etiam infimis, & in fine rerum locatis: & corpora enim omnia quanuis in rebus extrema sint, habent numeros suos,sapere au em non dedit corporibus neque animis omnibus,sed tantum rationalibus,tā quam in eis sibi sedem locauerit, de qua disponat omnia,illa etiam infima quibus numeros dedit:itaque quoniam de corporibus facile iudicamus,tāquam de rebus quæ infra nos ordinatæ sunt,quibus impressos numeros infra nos esse cernimus,& eos propterea vilius habemus. Sed cum cœpersimus tanquam sursum versus recurrere,inuenimus eos etiam nostras mentes transcendere, atque incommutabiles in ipsa manere veritate. Et quia sapere pauci possunt,numerare autem etiam stultis concessum est,mirantur homines sapientiam,numerosque contemnunt. Docti autem & studiosi, quanto remotiores sunt a labe terrena,tanto magis & numerum & sapientiā in ipsa veritate cōtuentur,& vtrunque charū habent:& in eius veritatis comparatione non solū eis aurum & argentum,& cætera de quibus homines dimicant,sed ipsi etiam vilescunt sibi. Nec mireris numeros ideo vilescere hominibus,& charam esse sapientiā, quia facilius possunt numerare quam sapere, cum videas charius illos habere aurum quam lumē lucernæ, cui cōparatum aurum ridetur. Sed honoratur amplius res lōge inferior,quia lucernam sibi & mendicus accendit,aurum vero pauci habent: quanquam sapientia absit vt in comparatione numeri inuenitur inferior,cum eadē sit,oculus quo cerni possit,inquirat. Sed quemadmodum in vno igne consubstantialis,vt ita dicam,sentitur fulgor & calor,nec separari ab inuicem possunt,tamen ad ea calor peruenit, quæ prope admouentur, fulgor uero etiam longius latiusq; diffunditur: sic intelligentiæ potentia quę ineſt sapientię propinquiora feruescunt, sicuti sunt animę rationales:ea vero quę remotiora sunt, sicuti corpora,non attingit calore sapiendi,sed perfundit lumine numerorum, quod tibi fortasis obscurum est:nō enim vlla visibilis similitudo,inuisibili rei potest ad

Sap.8.

Quomō vna & eadem diuina sapiētia,& numerus,& sapiētia, ex scripturis dr.

Comparatio.

Comparatio.

ad omnem conuenientiam coaptari. Tātum illud attende,quod & quæstioni quam suscepimus satis est, & humilioribus etiam mentibus quales nos sumus sese manifestat,quia & si clarum nobis esse non potest, vtrum in sapientia,vel ex sapientia numerus,an ipsa sapientia ex numero,an innumero sit,an vtrunque nomen vnius rei possit ostendi, illud certe manifestum est vtrumque verum esse,& incommutabiliter verum.

Vna olum cōis summa Veritas.

QVAPROPTER Nullo mō negaueris esse incō mutabilem veritatem,hæc omnia quæ incommutaliter vera sunt continentem,quā nō possis dicere tuam vel meam vel cuiusquam hominis,sed omnibus incommutabilia vera cernentibus,tanquam miris modis secretū & publicum lumen prēsto esse ac se præbere communiter:omne autem quod communiter omnibus rationcinātibus atq; intelligentibus prēsto est,ad vllius eorum propriē naturam pertinere quis dixerit? Meministi enim, vt opinor,quid de sensibus corporis paulo ante tractātū sit:ea scilicet quæ oculorum vel aurium sensu cōmuniter tangimus,sicuti sunt colores & soni,quos ego & tu simul videmus vel simul audimus non pertinere ad oculorum nostrorum auriumue naturam,sed ad sentiendum nobis esse communia. Sic ergo etiā illa quæ ego et tu cōmuniter propria quisq; mente conspicimus,nequa quā dixeris ad mētis alicuius nostrū pertinere naturā. Duorum enim oculi qū simul vidēr,nec huius nec illius oculos esse poteris dicere,sed aliquid tertium in qū vtri usq; feratur aspectus. E. Apertissimū atq; verissimū est. A. Hāc ergo veritatē,de qua iā diu logmur, & in qua vna tā multa cōspicimus,excellētiorē putas esse q̄ mēs nostra est,an æqualē mētibus nostris,an etiā inferiorē? Sed si esset inferior,nō secūdū illā, sed de illa iudicaremus sicut iudicamus de corporibus,quia infra sunt, & dicimus ea plerunq;,nō tātū ita esse vel nō ita,q̄ ita vel nō ita esse debere: sic et de aīs nostris nō solū ita eē animū nouimus,sed plerunque etiā ita esse debere. Et de corporibus quidē sic iudicamus,cū dicimus minus cādum esse quam debuit,aut minus quadrum, et multa similiter. De animis vero,minus aptus est quam debeat, aut minus lætus,aut minus lenis,aut minus vehemens, sicut nostrorum morum se ratio tulerit. Et iudicamus hæc secundum illas inferiores regulas veritatis, quas communiter cernimus: de ipsis vero nullo modo quis iudicat:cum enim quis dixerit æterna temporalibus esse potiora,aut septem & tria decem esse, nemo dicit ita esse debui, sed tantum ita esse cognoscens, non examinator corrigit,sed tātū lætatur inuentor. Si autē esset

C A P. XII.

Veritas nō ē inferior mentibus nostris.

æqualis mentibus nostris hæc veritas,mutabilis ēt ipsa esset,

Veritas nō est equalis mentibus nostris.

esset. Mentes enim nostræ aliquando eam minus, aliquando plus vident, & ex hoc fatentur se esse mutabiles: cum illa in se manens nec proficiat cum plus a nobis videtur, nec deficiat cū minus, sed integra & incorrupta, & conuersos lętificet lumine, & auersos puniat tæcitate. Quid quod etiam de ipsis mentibus nostris secundum illam iudicamus, cum de illa nullo modo iudicare possimus? Dicimus enim, minus intelligit quā debet, aut tantum quantum debet intelligit. Tantum autē mēs debet intelligere quātū, prius admoneri atq; inhærere potuerit cōmutabili veritati. Quare si nec interior

Per similia excitamur ad summum bonum. CAP. XIII. Psal. 19. &. 105.

nec equalis est, restat vt sit superior atq; excellentior. PROMISERAM autem si meministi, me tibi demonstraturū esse aliq̄d, quod sit mēte nostra atque ratione sublimius. Ecce tibi est ipsa veritas: amplectere illam si potes, & fruere illa, & delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Quid enim petis amplius quā vt beatus sis? Et quid beatius eo qui fruitur in concussa & incommutabili & excellentissima veritate? An uero clamant homines beatos se esse, cum pulchra corpora magno desiderio concupita, siue coniugum, siue etiā

Comparatio.

meretricum amplexantur, & nos in amplexo veritatis beatos esse dubitamus? Clamant homines se beatos esse, cum æstu aridis faucibus ad fontem abundantem salubremq; perueniunt, aut esurientes prandium cœnamve ornatam copiosamq; reperiunt: & nos negabimus beatos esse, cū irrigamur pascimurq; Veritate? Solemus audire voces clamantium se beatos, si iaceant in rosis

Comparatio.

aliisq; floribus, vel etiam vnguentis odoratissimis perfruantur. Quid fragrantius, quid iucundus inspiratione veritatis? Et dubitamus nos cum ab illa inspiramur, dicere beatos? Multi beatam vitam in cantu vocum & neruorum & tibiarum sibi constituunt, & cum ea sibi

Comparatio.

desunt, se miseros iudicant, cum autem adsunt, efferuntur lętitia: & nos cum mentibus nostris sine vllo strepitu, vt ita dicā, canorum & facundum quoddam silentiū veritatis illabitur, aliam beatam vitam quærimus, & tā certa & præsente nō fruimur? Luce auri & argēti, luce gēmarū & aliorū colorū, siue ipsius lucis quę ad hos

Comparatio.

oculos pertinet, siue in ignibus terrenis, siue in stellis et luna vel sole claritate & iucunditate delectati hoies cum ab ista lætitia nullis molestijs, nulla indigentia reuocantur, beati sibi videntur, & propter hęc semper volunt viuere: & nos in luce veritatis beatam vitam collocare metuimus? Imo vero quoniā in veritate cognoscitur & tenetur summum bonum, eaque veritas sapiētia est, cernamus in ea, teneamus q; summū bonū, eo q; perfruamur. Beatus est quippe qui fruitur summo bono: hæc

Beatus ē q̄ summo bono fruit.

no: hęc. n. veritas ostēdit oīa bona quę vera sunt, quæ sibi suo captu intelligentes homines, vel singula, vel plura eligunt, quibus fruantur. Sed quemadmodum illi qui bus fruantur. Sed quemadmodum illi qui in luce solis eligunt quod libenter aspiciant, & eo aspectu lætificantur, in quibus si q̄ forte fuerint vegetioribus sanisque & fortissimis oculis prędi ti, nihil libentius quam ipsum solem cōtuentur, qui etiam qui cætera quibus infirmiores oculi delectantur, illustrat: sic fortis acies mentis & vegeta cum multa vera & incommutabilia certa ratione conspexerit, dirigit se in ipsam veritatē, qua cuncta monstrantur, eique inhęrens tanquam obliuiscitur cętera, & in illa simul omnibus fruitur. Quicquid enim iucundum est in cæteris veris, ipsa vtique veritate iucū dum est. Hęc eū libertas nostra, cum isti subdimur veritati: & ipse est deus noster qui nos liberat a morte, id est a condītione peccati. Ipsa enim veritas etiam homo cū hominibus loquens, air credentibus sibi: Si manseritis in verbo meo, vere discipuli mei estis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.

Comparatio.

Quic q̄d iucūdū ē ī ȳis rebus, veritate iucūdū ē, hęc est libertas nr̄a, q̄ nos a morte et a cōditiōe peccati liberat. Io. 5. 8. 14. &. 17: Sūmū bonū nemo amittit inuitus CAP. XIIII. Aīa nulla re fruitur cū libertate nisi qua fruit cū securitate, idē sūper Io. trac. 41. ī To. 9. & 1. 1. de doc. chri. c. 4. & 5. in To. 3. & in 1. To. horū opu.

NVLLA enim re fruitur anima cum libertate, nisi qua fruitur cum securitate. Nemo autem securus est in ijs bonis quę potest inuitus amittere. Veritatem aūt atq; sapientiam nemo amittit inuitus: non enim locis separari ab ea quisquam potest, sed a quæ dicitur a veritate atque sapientia separatio, peruersa voluntas est qua inferiora diliguntur. Nemo autem vult aliquid nolens. Habemus igitur qua fruamur omnes equaliter atque communiter: nulię sunt angustiæ, nullus in ea defectus: Omnes amatores suos nullo modo sibi inuidos recipit, & omnibus communis est, & singulis casta est. Nemo alicui dicit: Recede, vt etiā ego accedam, remoue manus, vt etiam ego amplectar. Omnes inhærent, ipsam omnes tangunt: Cibus eius nulla ex parte discerpitur: nihil de ipsa bibis quod ego non posim. Non enim ab eius communione in priuatum tuum mutas aliquid: sed quod tu de illa capis, & mihi manet integrum. Quod te inspirat, non expecto vt reddat abs te, & sic ego inspiret ex eo: enim aliquid eius aliquando fit cuiusquā vnius, aut quorundam proprium, sed simul omnibus torę est communis. Minus ergo ea quę tangimus vel quæ gustamus, vel quæ olfacimus huic sunt veritati similia, sed magis ea quę audimus & cernimus: qa & omne verbū a qbus auditur totū, audit ab omnibus, & simul a singulis totū. Et species omnis quę oculis adiacet, quāta videtur ab vno, tanta & ab alio simul. Sed multum lōgo interuallo sunt ista similia: nec tota enim simul sonat quelibet vox, qa per tēpora tēditur & producitur, & aliud eius prius so-

Quę audimus veritati cōparāt, q̄ tota ab oībus ca pit, vt vox ab audītibus audi tur tota, & species q̄ oculis cer

nat, aliud posterius: & species omnis visibilis tanquam intumescit per locos, nec vbiq; tota est. Et certe omnia hæc auferūtur inuito, et quo minus ei frui possimus, qui busdā impedimur angustijs. Nam & si posset esse cuiuis quam suauis cantus sempiternus, & studio si eius certatim ad eum audiendum ventrent, coarctarent sese atque pugnarent de locis, quanto plures essēt, vt cantāti esset quisque propinquior, & in audiendo nihil tenerent manere secum, sed omnibus vocibus fugientibus tangeren tur. Solem autē istū si vellem intueri, atque id pertinaciter possem, & in occasu me desereret, & subuelaretur nubilo, & multis alijs obstaculis voluptatem videndi eum inuitus amitterem. Postremo etiam si adesset semper suauitas, & lucis videnti, & vocis audienti, quid magnum ad me peruenīret, cum mihi esset commune cum beluis? At illa veritatis & sapientię pulchritudo, tantum adest perseuerās voluntas fruendi, nec multitudine audientium constipata se cludit venientes, nec peragitur tempore, nec migrat locis, nec nocte intercipitur, nec umbra intercludit, nec sensibus corporis subiacet. De toto mūdo ad se conuersis qui diligunt eam, omnibus proxima est, omnibus sempiterna: nullo loco est, nusquam deest, foris admonet, intus docet, cernentes se: commutat omnes in melius, a nullo in deterius commutatur: nullus de illa iudicat, nullus sine illa iudicat bene. Ac per hoc eā manifestū est, mētibus nostris quæ ab ipsa vna fiunt singulę sapientes, & non de ipsa, sed per ipsam de cęteris iudicant, sine dubitatione esse potiorem.

Comparatio.

Comparatio.

Nō de sapientia sed per sapiētiā iudicamus.

De summa quæ deus ē, & humana sapientia.

CAP. XV.

TV autem concesseras, si quid supra mentes nostras esse monstrarem, deum te esse confessurum, si adhuc nihil esset superius. Quam tuam concessionem accipiens dixeram satis esse, vt hoc demonstrarem. Si enim aliqd est excellentius, ille potius deus est: si autem non est, tā ipsa veritas deus est. Siue ergo illud sit, siue nō sit, deum tamen esse, negare non poteris: quę nobis erat ad differēdum & tractandum quæstio constituta. Nā si te hoc monet quod apud sacrosanctam disciplinam Christi in fidē recepimus, esse patrē sapientiæ: memento nos etiā hoc in fide accepisse, qꝺ æterno patri sit æqualis quę ab ipso genita est sapientia. Vnde nunc nihil quęrendum est, sed inconcussa fide retinendum. Est enim deus: & vere summeq; est. Quod iam non solum indubitatum quantū arbitror fide retinemus, sed etiam certa, quāuis adhuc tenuissima forma cognitionis attingimus, quod quæstioni susceptę sufficit, vt cætera quę ad rem pertinent explicare posimus: nisi quid habes aduersus ista qꝺ opponas.

E. Ego vero incredibili omnino, & quā tibi verbis explicare non possum lætitia perfusus accipio ista, & clamo esse

mo esse certissima. Clamo autē voce interiore, qua exaudiri cupio ab ipsa veritate & illi inhęrere: quod non solū bonū, sed etiā summum bonū & beatificum esse cōcedo A. Recte sane, etiā ego plurimū gaudeo. Sed quęso te, nūquid iam sapientes & beati sumus, an adhuc tendimus eo, vt id nobis esse proueniat? E. Eo nos potius tendere existimo. A. Vnde ergo ista comprehendis, quibus veris certisque gaudere te clamas, & ad hoc ad sapientiā pertinere concedis? An quisquam insipiens potest nosse sapientiam pertinere concedit? An quisquā insipiens potest nosse sapientiam. E. Quādiu insipiens est, non potest. A. Tu ergo iā sapiens es, aut nondum nosti sapientiam. E. Nō sum quidē adhuc sapiens, sed nec insipiētem me dixerim, inquantum aoui sapiētiam: quoniā & certa sunt ista quæ noui, & ad sapientiā pertinere negare non possum. A. Dic quęso te, nonne fateberis eum qui non est iustus, iniustum esse: & qui non est prudens, imprudentē esse: & qui non est temperans, intemperantem esse? An dubitari de his aliqd potest? E. Fateor hominem, qñ iustus nō est, iniustū esse: hoc etiā de prudente & tēperante respondeam. A. Cur ergo & quando sapiēs non est, nō sit insipiens. E. Hoc quoque fateor, quādo quisque sapiens non est, eū esse insipientē. A. Nunc ergo tu quid horum es? E. Quolibet horum me appelles nōdum audeo me dicere sapientem: & ex ijs quę concessi, video esse consequens, vt me insipiētē nō dubitē dicere. A. Nouit ergo insipiens sapientiā. Non enim sicut iam dictū est, certus esses velle te esse sapientem, idque oportere, nisi notio sapiētiæ mēti tibi inhæreret, sicut earū rerū de qbus singillatim interrogatus respōdisti, quæ ad ipsam sapientiam pertinēt, quarū cognitione lætatus es. E. Ita est vt dicis.

De clamore ītedioris quem suis auribus spūalis habes ab Au. in exposi. psal. 5. in Tomo. 8.

Quisqꝭ sæpe abvtitur pro quis.

A. Quid igitur aliud agimus cum studemus esse sapientes, nisi vt quanta possumus alacritate, ad id quod mente contingimus, totam animam nostram quodāmodo colligamus & ponamus ibi, atque stabiliter infigamus, vt nō iam priuato suo gaudeat quod implicauit rebus transeuntibus, sed exuta omnibus temporum & locorū affectionibus, apprehēdat id qd vnū atqꝫ idē semper est. Sicut, n. tota vita corporis est aia, sic beata vita aiæ deus est. Quod dū agimus, donec peragamus in via sumus. Et quod istis veris et certis bonis, quāuis adhuc in hoc tenebroso itinere coruscātibus, gaudere cōcessum est, vide vtrū hoc sit quod scriptū est d sapiētia, qd agat cum amatoribus suis, cum ad eā veniūt, & eā ꝙrūt. Dictum est enim. In vijs ostēdet se illis hilariter, & oī prudētia occurret illis. Quoquo enim te verteris, uestigijs quibusdā quę operibus suis impressis loquitur tibi, et re in exteriora relabē: em, ipsis exteriorum formis intro re

Numerus erigit animum.

CAP. XVI.

Vt vita corporis aia, ita animę vita deus.

uocat: vt quicquid te delectat in corpore, & per corpo reos illicit sensus, videas esse numerosum, & quæras vn de sit, & in teipsum redeas, atque intelligas te id quod attingis sensibus corporis, probare aut improbare non posse, nisi apud te habeas quasdã pulchritudinis leges, ad quas referas quæque pulchra sentis exterius. Intue re cœlum & terram & mare, & quæcunque in eis vel desuper fulgent vel deorsum repunt vel volant vel na tant, formas habent, quia numeros habent: adime illis hęc, nihil erunt. A quo ergo sunt, nisi a quo numerus? quandoquidem intantum illis est esse, inquantum nume rosa esse. Et omnium quidem formarum corporearũ ar tifices homines in arte habẽt numeros, quibus coaptent opera sua & tandiu manus atque instrumenta in fabri cando mouent, donec illud quod formatur foris, ad eã quę intus est lucem numerorum relatum, quantum po test impertret absolutionem, placeatque per interpretem sensum interno iudici supernos numeros intuenti. Quæ re deinde artificis ipsius membra quis moueat numerus erit: nam mouentur etiam illa numeros. Et si detrahas de manibus opus, & de animo intentionem fabricandi, motus que ille membrorum ad delectationem referatur, saltatio vocabitur. Quęre ergo quid in saltatione dele ctet, respondebit tibi numerus: Ecce sum. Inspice iã pul chritudinem formati corporis, numeri tenẽtur in loco. Inspice iam pulchritudinem mobilitatis in corpore, et numeri versantur in tempore. Intra ad artem vnde isti procedunt, quære in ea tempus et locum, nũquam erit, nusquam erit, viuit in ea tamen numerus: nec eius regio spatiorum est, nec ętas dierum, & discendæ arti tamen cum se accommodant, qui se artifices fieri volunt, cor pus suum per loca & tempora mouent, animũ vero per tempora. Accessu quippe temporis peritiores fiũt. Trã scende ergo & animum artificis, vt numerum sempiter num videas: iã tibi sapientia de ipsa interiore sede fulgebit, & de ipso secretario veritatis: quę si adhuc lãguidiorem aspectum tuum reuerberat, refer oculum mentis in illam viam, vbi se ostendebat hilariter. Memento sã ne distulisse te visionem, quã fortior saniorque repetas. Vę qui derelinquunt te ducem, & oberrant in vestigiis tuis, qui nutus tuos pro te amant, & obliuiscuntur quid innuas. O suauissima lux purgatę mentis sapientia: nõ enim cessas innuere nobis, quæ & quanta sis. Et nutus tui sunt omne creaturarum decus. Et artifex enim quo dãmodo innuit spectatori operis sui de ipsa operis pul chritudine, ne ibi totus hęreat, sed speciem corporis fa bricati sic percurrat oculis, vt in eum qui fabricauerit recurrat affectu. Similes autem sunt hominibus, qui ea quæ

Illa habent formas q̃ habẽt numeros.

Cmparatio

In saltatiõe numerus delectat.

Sap. 14. &. 15. & Roma, 1.

quæ facis pro te amant, qui cum audiũt aliquẽ facundũ sapientem, dum nimis fauitatẽ vocis eius, & structuras syllabarum apte locatarum auide audiunt, amittunt sen tentiarum principatum, cuius illa verba tanquam signa fomerunt: Vę qui se auertunt a lumine tuo, & obscurita ti sue dulciter inhęrent. Tanquã enim dorsum ad te po nentes, in carnali opere velut in vmbra sua defiguntur, & tamen etiam ibi quod eos delectat, adhuc habent de circunfulgentia lucis tuæ. Sed vmbra dũ amatur, langui diorem facit oculum animi, & inualidiorem ad perferen dum conspectum tuum. Propterea magis magisq; homo tenebratur, dum sectatur libentius, quicquid infirmiorẽ tolerabilius excipit. Ex quo incipit non posse videre quod summe est, & malum putare quicquid fallit impro uidum, aut illicit indignum, aut captum excruciat, cum ea pro merito patiatur auersionis suæ, quicquid iustum est, malũ esse nõ possit. Si ergo quicquid mutabile aspe xeris, vel sensu corporis, vel animi consideratione cape re non potes, nisi aliqua numerorũ forma teneatur, qua detracta in nihil recidat: noli dubitare vt ista mutabi lia non intercipiantur sed dimensis motibus, & distin cta varietate formarum, quasi quosdam versus tempo rum peragant, esse aliquam formam ętternam & incõmu tabilem: quæ neque contineatur & quasi diffundatur lo cis, neque prorendatur atque varietur temporibus, per quam cuncta ista formari valeant, & pro suo genere im plere atq; agere locorum ac temporum numeros.

Deus forma incõmutabilis, ad quẽ referenda sunt omnia.

CAP. XVII. Nulla res põt fomare seipsam.

OMNIS Enim res mutabilis, etiã formabilis sit ne cesse est. Sicut autem mutabile dicimus quod mutari po test, ita formabile quod formari potest appellauerim. Nulla autem res formare se ipsam potest: quia nulla res potest dare sibi quod nõ habet: & vtique vt habeat for mam, formatur aliquid. Quapropter quęlibet res si quã habet formã, nõ ei opos est accipere quod habet: si qua vero non habet formã, nõ potest a se accipere quod nõ habet: Nulla ergo res, vt diximus, formare se põt. Quid autem amplius de mutabilitate corporis & animi dica mus? Superius enim satis dictum est. Conficitur itaq;, vt & corpus & animus forma quadã incõmutabili & sem per manente formentur. Cui formę dictũ est: Mutabis ea & mutabuntur, tu autem idẽ ipse es, & anni tui nõ de ficient. Annos sine defectu, pro æternitate posui prophe tica loquutio. De hac item forma dictũ est, quod in sęp sa manens innouat omnia. Hinc etiam cõprehendũtur omnia prouidentia gubernari. Si enim omnia quæ sunt, forma penitus subtracta nulla erunt, forma ipsa incom mutabilis, per quam mutabilia cuncta subsistunt, vt for marũ suarũ numeris impleantur & agãtur, ipsa est eorũ

Psal. 101. Prophetica loquutio posuit annos sine defectu, pro eternitate.

Sap. 7.

prouidentia: nõ enim ista essent, si illa nõ esset. Intuens ergo & cõsideras vniuersam creaturã, quicunq; iter agit ad sapientiam, sentit sapientiã in via se sibi ostendere hilariter, & in omni prouidentia occurrere sibi: & tanto alacrius ardescit viam istam peragere, quanto & ipsa via illã pulchra est ad quam exæstuat peruenire. Tu autem si præter id quod est & non viuit, & id quod est & viuit, neque intelligit, & id quod est et viuit & intelligit, inueneris aliquod creaturarum genus, tunc aude dicere aliquod bonum esse quod non sit ex deo. Tria enim hæc duobus etiam nominibus enunciari possunt, si appellẽtur corpus & vita: quia & illa quæ tantum viuit, neque intelligit, qualis est pecorum, & hęc quę intelligit, sicuti est hominũ, rectissime vita dicitur. Hęc autem duo id est corpus, quæ quidem creaturę deputãtur: nã & creatoris ipsius vita dicitur, & ea summa vita est. Istę igitur duę creaturę corpus & vita, quoniã formabilia sunt, sicuti superius dicta docuerunt, amissaq; omni no forma in nihilum recidunt, satis ostendunt se ex ista forma subsistere, quę semper eiusmodi est. Quãobrẽ quãtacunque bona, quanuis magna, quãuis minima, nisi ex deo esse non possunt. Quid. n. maius in creaturis, quam vita intelligens, aut quid minus potest esse quã corpus? Quę quantumlibet deficiant & eo tendant vt non sint, tamẽ aliquid formę illis remanet, ut quoquomodo sint. Quicquid autem formę cuipiam rei deficienti remanet, ex illa forma est quę nescit deficere, motusque ipsos rerum deficientium vel proficientium excedere numerorum suorum legem non sinit. Quicquid igitur laudabile aduertitur in rerũ natura, siue exigua, siue ampla laude dignum iudicetur, ad excellentissimam & ineffabilem laudem referendũ est cõditoris: nisi quid habes ad hęc,

Corpus, et vita.

Et bonis male vti possumus.

CAP. XVIII.

E. Satis mihi persuasum esse fateor, & quemadmodum manifestum fiat, quantum in hac vita atque inter tales quales nos sumus potest, deum esse, & ex deo esse omnia bona, quandoquidem omnia quæ sunt, siue quæ intelligunt & viuunt & sunt, siue quæ tantum viuunt & sunt, siue quæ tantum sunt, ex deo sunt. Nunc iam tertiam quæstionem videamus, vtrum expediri possit, inter bona esse numerandam liberam Volũtatem. Quo demonstrato, sine dubitatione concedam, deum dedisse nobis eam, darique oportuisse. A. Bene meministi proposita, & secundam quæstionem iam explicatam vigilanter animaduertisti: sed videre debuisti etiam istam tertiam, iam solutam. Propterea quippe tibi videri dixeras, dari non debuisse liberum voluntatis arbitriũ, quod eo quisque peccat. Cui sententiæ tuæ cum ego intulissem, recte fieri non posse, nisi eodem libero voluntatis arbitrio, at quæ

que ad id potius hoc deum dedisse asseueraret: respondisti liberã volũtatẽ ita nobis dari debuisse, vt iustitia data est, qua nemo nisi recte potest vti. Quę respõsio tua in tantos circuitus disputationis nos ire cõpulit, quibus tibi probaremus & maiora & minora bona nõ esse nisi ex deo. Quod nõ tã dilucide ostẽdi posset, nisi prius aduersus opiniones impiæ stultitiæ, qua dicat insipiens in corde suo, non est deus, qualiscunq; de re tãta pro modulo nostro initia ratio, eodẽ ipso deo in tã periculoso itinere nobis opitulãte, ĩ aliquid manifestũ intẽderetur. Quę duo tamẽ, id est deũ esse, & oĩa bona ex ipso esse, quãq; incõcussa fide etiã antea tenerẽtur, sic tamẽ tracta sunt, vt hoc quoq; tertiũ, scilicet inter bona esse numerandã liberã voluntatẽ, manifestissime appareat. Iã enim superiore disputatione patefactũ est, cõstitiq; inter nos naturã corporis inferiore gradu esse quã animi naturã, ac per hoc animũ maius bonũ esse quã corpus. Si ergo in corporis bonis inuenimus aliqua quibus nõ recte vti homo possit, nec tamẽ propterea dicimus, nõ ea dari debuisse, quonã esse cõfitemur bona, quid mirũ si & in animo sunt quędã bona, quibus etiã non recte vti possimus: sed quia bona sunt, nõ potuerũt dari nisi ab illo, a quo sunt oĩa bona? Vides enim quantũ boni desit corpori, cui desunt manus, & tamẽ manibus male vtiq; qui eis operaꝝ vel ęua vel turpia. Sine pedibus aliquẽ si aspiceres, fatereris deesse integritati corporis plurimũ bonum: & tamen eũ qui ad nocendũ cupiã, vel ipsum dehonestandum pedibus vteretur, male vti pedibus nõ negares. Oculis hanc lucem videmus, formasq; internoscimus corporum: idq; et speciosissimũ est in nostro corpore, vnde in fastigio quodã dignitatis hęc mẽbra locata sunt, & ad salutem tuendã, multaq; alia vitæ cõmoda refert vsus oculorũ, oculis tamen plerique pleraque agunt turpiter, & eos militare cogunt libidini. Et vides quantum bonum desit in facie si oculi desint: cum autem adsunt, quis hos dedit, nisi bonorum omniũ largitor deus? Quẽadmodum ergo ista probas in corpore, & non intuens eos qui male his vtuntur, laudas illũ qui hæc dedit bona: sic liberam voluntatem sine qua nemo potest recte viuere, oportet & bonum esse & diuinitus datum, & potius eos dãnandos qui hoc bono male vtũtur, quam eum qui dederit, dare non debuisse, fateris. E. Prius ergo vellem, vt mihi probares aliquod bonum esse liberam voluntatem, & ego concederem deum illam dedisse nobis, quia fateor ex deo oĩa bona esse. A. Ita nẽ tãdẽ nõ, pbaui tibi tãto molimĩe superioris disputatiõis, cũ omnẽ speciẽ formamq; corporis a summa omnium rerum forma, id est a veritate subsistere fatereris, & bonum

Mat.10.

num esse concedederes? Nam & capillos nostros numeratos esse, ipsa in Euangelio loquitur veritas. De numeri autem summitate, & a fine vsque ad finē pertendere potentia, quæ loquuti fuerimus, excidit tibi? Quæ igitur ista tanta peruersitas, capillos nostros, quāuis inter exigua & omnino abiectissima, tamen inter bona numera re, nec inuenire cui authori tribuantur nisi bonorū omnium cōditori deo, quia & maxima & minima bona ab illo sunt, a quo est omne bonū: & dubitare de libera vo

Voluntas ē bonū sine quo ne mo recte viuere potest.

luntate, sine qua recte viui non posse concedunt, etiam qui pessime viuunt. Et certe nunc respondeq̄so, quid tibi melius esse videat in nobis, sine quo recte viui pōt, an sine quo recte viui non potest? E. Iamiam parce quæso: puder cæcitatis. Quis enim ambigat id longe esse præstantius, sine quo recta vita nulla est? A. Iam ergo tu negabis iusum hominem recte posse viuere? E. Abiit tam immanis amentia. A. Cum ergo in corpore oculū concedas esse aliquod bonum, quo amisso tamen ad recte viuendum non impeditur: voluntas libera tibi videtur nullum bonū, sine qua recte nemo viuit? Intueris enim iustitiam, qua nemo male vtitur. Hæc inter summa bona quæ in ipso sunt homine numerātur, omnesq̄ virtutes animi quibus ipsa recta vita & honesta constat. Nam neque prudentia, neque fortitudine, neque temperantia male quis vtitur: in his enim omnibus, sicut in ipsa etiam quam tu commemorasti iustitia, recte ratio viger, sine qua virtutes esse non possunt. Recta autem ratione male vti nemo potest.

Magnis bonis nemo malevtit. CAP. XIX.

ISTA ergo magna bona sunt: sed meminisse te oportet, non solum magna, sed etiam minima bona non esse posse, nisi ab illo a quo sunt omnia bona, hoc est deo. Id enim superior disputatio persuasit, cui fortes tamq̄ lætus assensus es. Virtutes igitur quibus recte viuitur, magna bona sunt: species autem quorumlibet corporum, sine quibus recte viui potest, minima bona sunt: potentiæ vero animæ sine quibus recte viui non potest, media bona sunt. Virtutibus nemo male vtitur: cæteris autem bonis, id est mediis & minimis, non solum bene, sed etiam male quisque vti potest. Et ideo virtute nemo male vtit, q̄a opus virtutis est bonus vsus istorū, quibus etiam non bene vti possumus. Nemo autem bene vtendo male vtitur. Quare abūdantia & magnitudo bonitatis dei nō solū magna, sed etiam media & minima bona esse præstitit. Magis laudāda est bonitas eius in magnis, quam in mediis, & magis in mediis quā in minimis bonis, sed magis in omnibus, quā si non omnia tribuisset.

2.sen,di.26.ca. si vero.

E. Assentior. Sed illud me mouet, quoniam de libera voluntate quæstio est, & videmus ipsam bene vti cæteris vel

Virtutis opus quid.

2.sen.dist.26.c. attende, et,ca. quæritur.

vel non bene, quomodo & ipsa inter illa quibus vtimur numeranda sit. A. Quomodo omnia quæ ad scientiam cognoscimus, ratione cognoscimus, et tamen etiam ipsa ratio inter illa numeratur quæ ratiōe cognoscimus. An oblitus es cum quæreremus quæ ratione cognoscātur, confessum te fuisse etiā rationem ratione cognosci? Noli ergo mirari, si cæteris per liberam voluntatē vtimur, etiam ipsa libera voluntate per eam ipsam vti nos posse: vt quodammodo seipsa vtatur voluntas quæ vtitur cæteris, sicut seipsam cognoscit ratio, q̄ cognoscit & cætera. Nā & memoria nō solū cætera oīa quæ meminimus cōprehendit, sed etiā quod non obliuiscimur nos habere memoriam, ipsa se memoria quodāmodo tenet in nobis, quæ non solum aliorum, sed etiam sui meminit, vel potius nos & cætera & ipsam per ipsam meminimus. Voluntas ergo quæ medium bonum est, cum inhæret in commutabili bono, eique communi non proprio, sicuti est illa de qua multum locuti sumus & nihil digne diximus veritas, tenet homo beata vitā: eaque ipsa vita beata, id est animi affectio inhærentis incōmutabili bono, proprium & primum est hominis bonum. In eo sunt etiam virtutes quibus male vti nemo potest. Nā hęc quanuis magna in homine & prima sint, propria tamen esse vniuscuiusq̄ hominis, non communia satis intelligitur. Veritate enim atque sapientia, quæ communis est omnibus, omnes sapientes & beati fiunt inhærendo illi. Beatitudine autem alterius hominis nō fit alter beatus, quia & cum eum imitatur vt sit, inde appetit beatus fieri, vnde illum factum videt, illa scilicet incommutabili communique veritate. Neq̄ prudentia cuiusquā fit prudens alius, aut fortis fortitudine, aut temperans temperantia, aut iustus iustitia hominis alterius quiquā efficitur: sed coaptando animum illis incommutabilibus regulis laminibusq̄ virtutum, quę incorruptibiliter viuunt in ipsa veritate sapientiaq̄ communi, quibus & ille coaptauit & fixit animum, quem istis virtutibus præditum sibi ad imitandum proposuit. Voluntas ergo adhærens communi atq̄ incōmutabili bono, impetrat prima & magna hominis bona, cum ipsa sit medium quoddam bonum. Voluntas autem auersa ab incōmutabili & cōmuni bono, & conuersa ad proprium bonum aut ad exterius aut ad interius, peccat. Ad proprium cōuertitur, cum suæ potestatis vult esse. Ad exterius, cum alio rum propria, vel quęcunq̄ ad se non pertinent, cognoscere studet. Ad inferius, cum voluptatem corporis diligit: atque ita homo superbus & curiosus & lasciuus effectus, excipitur ab alia vita, quę in cōparatione superioris vitæ mors est: quę tamen regitur administratione diuinæ

Ratio ratiōe cognoscitur.

Beatitudine alterius hoīs nō efficit alter beatus, q̄ ide appetit beatum fieri vnde et ille beatus.

Volūtas auersa ab incōmutabili bono et conuersa ad ppriū bonū, aut ad exterius, aut ad interius peccat.

diuinæ prouidentiæ, quę congruis sedibus ordinat omnia, et pro meritis sua cuique distribuit. Ita fit, vt neque illa bona quæ a peccantibus appetuntur, vllo modo mala sint, neq; ipsa volũtas libera, quã in bonis quibuslibet mediis numerandã esse cõperimus, sed malũ sit auersio eius ab incõmutabili bono, & conuersio ad mutabilia bona: quæ tamẽ auersio atq; cõuersio, quoniã nõ cogit, sed ẽ volũtaria, digna et iusta eã miserię pœna subsequitur.

Homo lapsus, ex seipso potest resurgere. CAP. XX.

SED tu fortasse quęsiturus es, quoniam mouetur voluntas cum se auertit ab incommutabili bono ad mutabile bonum, vnde ei iste motus existat: qui profecto malus est, tametsi volũtas libera, quia sine illa nec recte vti potest, in bonis numeranda sit. Si enim motus iste, id est auersio voluntatis a domino deo, sine dubitatione peccatum est, num possumus authorẽ peccati deum dicere? Non erit ergo iste motus ex deo. Vnde igitur erit? Ita quęrenti tibi, si respondeam nescire me, fortasse eris

1. Retra. cap. 9.

tristior: sed tamen vera responderim: Sciri enim nõ potest quod nihil est: Tu tantum pietatem inconcussam tene, vt nullum tibi bonum, vel sentienti, vel intelligenti, vel quoquomodo cogitanti occurrat quod nõ sit ex deo. Ita enim nulla natura occurrit, quæ non sit ex deo. Omnẽ quippe rem vbi mensuram & numerũ et ordinem videris, deo artifici tribuere ne cunctaris. Vnde autem ista penitus detraxeris, nihil omnino remanebit: quia etsi rem aũferas aliqua formę alicuius inchoatio, vbi neq; mensuram neque numerũ neque ordinẽ inuenias, quia vbicunque ista sunt, forma perfecta est, oportet auferas etiã ipsam inchoationem formę, quę tanquã materies ad perficiendum subiacere videtur artifici. Si enim formæ perfectio bonum est, nonnullum iam bonum est & formę ĩchoatio. Ita detracto penitus omni bono, non quidem non nihil, sed omnino nihil remanebit. Omne autem bonum ex deo: nulla ergo natura est quę non sit ex deo. Motus ergo ille auersionis, quod fatemur esse peccatum, quoniam defectiuus motus est: omnis autem defectus ex nihilo est: vide quo pertineat, & ad deum non pertinere ne dubites. Qui tamen defectus quoniam est voluntarius, in nostra est posita potestate. Si enim times illũ, oportet vt nolis. Si autem nolis, nõ erit. Quid ergo securius, quã esse in ea vita, vbi nõ possit tibi euenire quod non vis? Sed quoniam non sicut homo spontececidit, ita etiã sponte surgere potest, porrectã nobis de super dexterã dei, ideſt dominũ nostrũ Iesum Christum, fide firma teneamus, & expectemus certa spe, & charita te ardenti desideremus. Si quid autem de origine peccati diligentius quęrendum adhuc putas, nã omnino ego iam opus esse non arbitror, si quid tamen putas, in aliã disputationem

Motus auersionis ñ ptinet ad deũ, nisi vt pmittit, sz aliũd ẽ peccatũ venire de astutia suadentis diaboli, aliũd de

1. retra. c. 9

malitia

2. sen. di. 2. c. si igitur.

consentiẽtis hoĩs, et aliũd ẽ iustitia pmittẽtis dei, dia

disputationem differendum est. E. Sequor sane voluntatem tuam, vt in tempus aliud quod hinc moueri possit, differamus. Nam illud tibi non concesserim, vt satis iam inde quęsitum putes.

D. AVRELII AVGVSTINI DE LIBERO ARBITRIO LIBER III.

Vnde sit qđ hõ deflectitur a sũmo bono. CAP. I.



QVONIAM satis mihi manifestũ est, inter bona & ea quidem nõ mima numerndã esse liberam volũtatem, ex quo etiã fateri cogimur eam diuinitus datam esse, darique oportuisse: iam si opportunum existimas, cupio per te cognoscere, vnde ille motus existat, quo ipsa voluntas auertitur a communi atque incommutabili bono, & ad propria vel aliena vel ĩma, atque omnia commutabilia conuertitur bona. AV. Quid enim opus est hoc scire? E. Quia si ita data est, vt naturalem habeat istum motum, iam necessitate ad hęc conuertitur, neque vlla culpa deprehendi potest, vbi natura necessitasque dominatur. A. Placet ne tibi iste motus, an displicet? E. Displicet. A. Reprehendis ergo eum? E. Vtique reprehendo. A. Reprehendis igitur animi motum inculpabilem? E. Inculpabile animi motum non reprehendo, sed nescio an vlla culpa sit, relicto incommutabili bono ad commutabilia conuerti. A. Reprehendis ergo quod nescis. E. Noli verbo premere: ita enim dixi, nescio an vlla culpa sit, vt intelligi voluerim sine dubio culpam esse. Nam hoc verbo quod dixi, nescio, satis profecto irrisi dubitationẽ de re manifesta. A. Vide qđ sit certissima veritas, quæ te coegit tam cito obliuisci quod paulo ante dixisti. Si enim natura vel necessitate iste motus existit, culpabilis esse nullo pacto potest: tu vero esse culpabilem ita firmissime tenes, vt dubitationem de hac re tam certa etiam irridẽdã putaueris. Cur ergo tibi vel affirmandum, vel certe cum aliqua dubitatione dicendum visum est, quod perspicue falsum esse ipse conuincis? Dixisti enim, Si ita data est voluntas libera, vt naturalem habeat istum motum, iam necessitate ad hęc conuertitur, neque vlla culpa deprehendi

bolus suggerit, hõ cõcĩpit, et deus pmittit, non tm cũ hoc peccatũ qđ recti facti priuatio ẽ efficiẽt ẽ hẽt cãm, sz deficiẽtẽ, nã vt videre tenebras nõ ẽ videre, sz deficere a vidẽdo: sic peccaĩ nõ ẽ ageĩ, sz deficere, et sic cã illius ẽ mala volũtas, q̃ attamẽ nõ efficiẽs, sz defficiẽs, cã illius ẽ Aug. 12 de ciuit. dei. c. 8 in Tom. 5.

Auersio a deo nõ ẽ naturalis, nec necessaria.

hendi potest, vbi natura necessitasq; dominatur. Nullo modo autem dubitare debuisti non esse ita datam, quando istum motum culpabilem esse non dubitas. E. Ego ipsum motum culpabilem dixi, & ideo mihi displicere & reprehendēdū esse dubitare non possum: animam vero quæ isto motu ab incommutabili bono a commutabilia detrahitur, nego esse culpandum si eius natura talis est, vt eo necessario moueatur. A. Cuius est iste motus, quē profecto culpandum esse concedis? E. In animo eum video, sed cuius sit nescio. A. Nunquid negas eo motu animum moueri? E. Non nego. A. Negas ergo motum quo mouetur lapis motum esse lapidis? Neque enim illū dico motum quo eum nos mouemus, vel aliqua vi aliena mouetur, veluti cum in cœlum iacitur, sed eum quo ad terram nutu suo vergit & cadit. E. Non equidē nego motum quo ita vt dicis inclinatur & ima petit: motum esse lapidis, sed naturalem. Si autem hoc modo etiam illum motum habet anima, profecto etiā ipse naturalis est, nec ex eo quod naturaliter mouetur, recte vituperari potest: quia etiam si ad perniciē mouetur, naturę tamen sue necessitate compellitur. Porro quia istum motum nō dubitamus esse culpabilem, omni modo negandum est esse naturalem: & ideo non est similis illi motui quo naturaliter mouetur lapis. A. Egimus ne aliquid superioribus duabus disputationibus? E. Egimus sane. A. Credo ergo meminisse te, in prima disputatione satis esse compertū, nulla re fieri mentem seruam libidinis, nisi propria voluntate: nam neque a superiore, neque ab equali eā posse ad hoc dedecus cogi, quia iniustum est, neque ab inferiore, quia non potest. Restat igitur vt eius sit proprius iste motus, quo fruendi voluntatem ad creaturam a creatore conuertit: qui motus si culpæ depuratur, vnde quis dubitat, irrisione dignus tibi visus est, non est vtique naturalis sed voluntarius: in eoque similis est illi motui quo deorsum versus lapis fertur, q̄ sicut iste proprius ē lapis, sic ille animi: veruntamen in eo dissimilis, quod in potestate non habet lapis cohibere motū quo fertur inferius, animus vero dum non vult, non ita mouetur, vt superioribus desertis inferiora diligat: & ideo lapidi, naturalis est ille motus, animo vero iste voluntarius. Hinc est quod lapidē si quis dicat peccare, quod pondere suo tendit in infima, non dicam ipso lapide stolidior, sed profecto demēs iudicatur: animum vero peccati arguimus, cum eum conuincimus superioribus desertis ad fruendū inferiora præponere. Propterea quid opus est quærere vnde iste motus exsistat, a quo voluntas auertitur ab incommutabili bono ad commutabile bonum, cum eā nō nisi animi, & voluntarium, & ob hoc culpabilem esse fateamur

Si motus auersionis a deo est naturalis nullo mō esset culpandus.

Supra li. 1. c. 11.

Nulla re mēs libidini efficit seruia, nisi propria voluntate.

Cōparatio q̄d vt lapis naturaliter deorsū fert, ita volūtas volūtarię auertit a deo, sz lapis nō pōt cohibere ta lē motū q̄ deorsum fert, 1. Retrac, cap. 7.

luntas potest

teamur, omnisq; de hac re disciplina vtilis ad id valeat, vt eo motu improbato atque cohibito, voluntatem nostram ad fruendum sempiterno bono, a lapsu temporalium conuertamus. E. Video, & quodammodo tāgo ac teneo vera esse quę dicis: non enim quicquam tam firme atq; intime sentio quam me habere voluntatem, eaq; me moueri ad aliquid fruendum: quid autem meū dicam prorsus non inuenio, si voluntas qua volo & nolo non est mea: quapropter cui tribuendum est si quid per illā male facio, nisi mihi? Cum enim bonus deus me fecerit, nec bene aliquid faciam nisi per voluntatem, ad hoc potius datam esse a bono deo satis apparet motus aūt quo huic atque illuc voluntas conuertitur, nisi esset voluntarius, atque in nostra positus potestate, neque laudandus cum ad superiora, neque culpandus homo esset cum ad inferiora detorquet quasi quendam cardinē: volūtatis neq; omnino monendus esset, vt istis neglectis æterna vellet adipisci, atque vt male nollet viuere vellet autē bene. Hoc autem monendum non esse hominem, quisquis existimat, de hominum numero exterminandus est.

De peccātia dei et hominis libertate.

CAP. II.

QVAE Cum ita sint, ineffabiliter me mouet, quomodo fieri possit, vt & deus præscius sit omnium futurorum, & nos nulla necessitate peccemus. Qui quis .n. dixerit aliter euenire posse aliquid quam deus ante præsciuit, præscientiam dei destruere insanissima impietate molitur. Quapropter si præsciuit deus peccaturum esse primum hominem, quod necesse est concedat mihi quisquis mecum omnium futurorum præscium fatetur deū: si ergo ita est, non dico non faceret, bonum enim fecit, nec obesse quicquam deo posset peccatum eius quē bonum ipse fecit. Imo in quo faciēdo bonitatem suam ostēderat, ostendit etiam in puniendo iustitiam, & in liberādo misericordiam. Nō itaque dico, non eum faceret: sed hoc dico, quoniam si peccaturum esse præsciuerat, necesse erat id fieri, quod futurum esse præsciebat deus. Quomodo est igitur voluntas libera, vbi tam ineuitabilis apparet necessitas? A. Pulsasti vehementer, misericordia dei adsit, aperiatque pulsantibus. Veruntamen maximam partem hominū ista quæstiōe torqueri nō ob aliud crediderim, nisi quia nō pie quærunt, velociores q̄ sunt ad excusationem quam ad confessionem peccatorum suorum. Aut enim nullam diuinam prouidentiam præesse rebus humanis libenter opinantur, dumque fortuitis committunt casibus & animos & corpora sua, tradunt se feriendos & dilaniandos libidinibus, diuina iudicia negantes, humana saltēm, eos a quibus accusantur fortunæ patrocinio propulsare se putant: quam tamen eçcā effingere ac pingere consueuerūt, vt aut meliores ea sint

Deus faciendo hoiem oūdit bonitatē suā & puniēdo oūdit iustitiā, & liberādo misericordiam.

a qua se regi arbitrantur, aut se quoque cũ eadẽ cæcitate & sentire ista fateantur & dicere. Nec. n. talibus absurde etiam conceditur, casibus eos agere omnia, quando agẽdo cadunt. Sed aduersus hanc opinionẽ plenam stultissimi ac dementissimi erroris, satis (vt orbitror) secunda nostra sermocinatione dissertum est. Alij vero quanquã negare non audeant præsidere humanæ vitæ prouidentiam dei, malunt tamen eam vel infirmam vel iniustam vel malam nefario errore credere, quam sua peccata pœnitentiæ supplici confiteri, Qui omnes si persuaderi sibi paterentur, vt cum de optimo & iustissimo & potentissimo cogitant, bonitatem & iustitiam & potentiam dei lõge maiorem superioremq; esse crederent, quam quod cogitatione cõcipiunt, considerantes q; semetipsos, gratias deo se habere intelligeret, etiã si aliquid inferius eos voluisset esse quã sunt omnibus q; ossibus & medullis conscientiq; suæ clamarent, Ego dixi domine miserere mei, cura animam meam quia peccaui tibi: ita certis itineribus diuinę misericordiæ in sapientiam ducerẽtur, vt neque inuentis rebus inflati, neque non inuentis turbulenti & cognoscendi instructiores fierent ad viuendum, & ad quærendum ignorando mitiores. Tibi vero cui iam hoc persuasum esse non dubito, vide quam facile tam de magna quæstione respondeam, cum mihi prio interrogãti pauca responderis.

Psal. 41

Voluntas maxime libera. CAP. III.

CERTE Enim hoc te moue, & hoc miraris quomodo non sit contraria & repugnantia, vt deus præscius sit omnium futurorum, & nos non necessitate, sed voluntate pecemus. Si enim præscius est deus, inquis, peccaturum esse hominem, necesse est vt peccet: si autem necesse est, non ergo est in peccando voluntatis arbitriũ, sed potius ineuitabilis & fixa necessitas. Qua ratiocinatione hoc videlicet ne conficiatur times, vt aut deus futurorũ omnium præscius impie negetur, aut si hoc negare non possumus, fateamur nõ voluntate, sed necessitate peccari. An aliquid aliud te mouet? E. Nihil interim aliud. A. Res ergo vniuersas quarum deus est præscius, non voluntate sed necessitate fieri putas? E. Omnino ita fieri puto. A. Expergiscere tandem, teq; ipsum paululum intuere, & dic mihi si potes, qualem fis habiturus cras voluntatem, vtrũ peccandi, an recte faciendi? E. Nescio. A. Quid, deum itidem nescire hoc putas? E. Nullo modo id putauerim. A. Si ergo voluntatem tuã crastinam nouit, & omnium, siue qui sunt, siue qui futuri sunt futuras præuidet volũtates, multo magis præuidet quid de iustis impijsq; facturus sit. E. Prorsus si meorum operum præscium deum dico, multo fidentius eum dixerim præscire opera sua, & quid sit facturus, certissime præuidere. A. Nonne igitur

igitur caues, ne tibi dicatur, etiam ipsum quæcunque facturus est, non voluntate sed necessitate facturum, si omnia quorum deus præscius est necessitate fiunt, nõ voluntate? E. Ego cum dicerem necesitate vniuersa fieri quæ deus futura præsciuit, ea sola intuebar, quę in creatura eius fiunt non autem quæ in ipso: non enim ea fiunt, sed sunt sempiterna. A. Nihil ergo in sua creatura operatur deus? E. Iam semel statuit quemadmodum feratur ordo eius vniuersitatis quam condidit: neque enim aliquid noua voluntate admimistrat. A. Nunquid neminem beatum facit? E. Facit vero. A. Tunc vtique facit quando ille fit. E. Ita est. A. Si igitur, verbi gratia, post annum te beatus futurus es, post annum te beatum facturus est. E. Etiam. A. Iam ergo præscit hodie, quid post annum facturus est. E. Semper hoc præsciuit: nunc quoque hoc eum præscire consentio, si est ita futurum. A. Dic quæso, num tu creatura eius non es, aut tua beatitudo non in te fiet? E. Imo & creatura eius sum, & in me fiet quod beatus ero. A. Non ergo voluntate, sed necessitate in te fiet beatitudo tua deo faciente, tu ergo inuitus beatus es? E. Voluntas illius mihi est necessitas: si enim mihi esset potestas vt essem beatus, iam profecto essem: volo enim etiam nunc & non sum, quia non ego, sed ille me beatum facit. A. Optime de te veritas clamat: Non enim possumus aliud sentire esse in potestate nostra, nisi quod cum volumus facimus, quapropter nihil tam in nostra potestate, quam ipsa voluntas est: Ea enim prorsus nullo interuallo mox vt volumus præsto est. Et ideo recte possumus dicere, nõ voluntate viuimus, sed necessitate, aut non voluntate morimur, sed necessitate, & si quid aliud huiusmodi. Non voluntate autem volumus, quis vel delirus audeat dicere? Quamobrem quanuis præsciat deus nostras voluntates futuras: non ex eo tamen conficitur, vt non voluntate aliquid velimus. Nã & de beatitudine quod dixisti, non abs te ipso beatum fieri, ita dixisti quasi hoc ego negauerim: sed dico, cum futurus es beatus, non te inuitum, sed volentem futurum. Cum igitur præscius deus sit futuræ beatitudinis tuę, nec aliter aliquid fieri possit quam ille præsciuit, alioquin nulla præscientia est, non tamen ex eo cogimur sentire quod absurdissimum est & longe a veritate seclusum, non te volentem beatum futurum. Sicut autem voluntatem beatitudinis cum esse cœperis beatus, non tibi aufert præscientia dei, quæ hodie de tua futura beatitudine certa est: sic etiã voluntas culpabilis, si qua in te futura est, nõ propterea voluntas nõ erit, qm deus etiã futurã esse præsciuit. Attende. n. quæso quanta cęci-

tate

1. Retrac. ca. 9.
2. sent. dist. 28. cap. alibi.
2. sent. dist. 41. cap. si autem.

tate dicatur, si præsciuit deus futuram volũtatem meã, quoniã nihil aliter potest fieri quam præscitum, necesse est vt velim quod ille præsciuit: si autem necesse est, non iã voluntate, sed necessitate id me velle fatẽdum est. O stultitiam singularem: Quomodo ergo non potest aliud fieri quam præsciuit deus, si voluntas non erit, quam volũtatẽ futurã ille præsciuerit? Omitto illud æquẽ monstruosum, quod paulo ante dixi eundem hominẽ dicere, necesse est vt ita velim, qui necessitate superposita auferre nititur voluntatem. Si enim necesse est vt velit, vnde voluntas non erit? Quod si non hoc modo dixerit, sed dixerit se, quia necesse est vt velit, ipsam voluntatem in potestate non habere, occurreretur ex eo quod ipse dixisti, cum quererem vtrum inuitus beatus sis futurus: respondisti enim q̃ iam esses beatus, si potestas esset in te: velle enim te, sed nondum posse dixisti. Vbi ego subieci de te clamasse Veritatem: nõ enim negare possumus habere nos potestatem, nisi cum nobis quod volumus deest: dum autem volumus, si ipsa volũtas deest nobis, non vtique volumus. Quod si fieri nõ potest, vt dũ volumus non velimus, adest vtique voluntas volentibus: nec aliud quicquam est in potestate, nisi quod volẽtibus adest. Voluntas igitur nostra nec volũtas esset, ni si esset in nostra potestate. Porro quia est in potestate, liberа est nobis. Non enim est nobis liberum quod in potestate nõ habemus, aut potest non esse quod habemus. Ita fit vt & deum non negemus esse præscium omnium futurorum, & nos tamen velimus quod volumus. Cum enim sit præscius voluntatis nostræ, cuius est præscius, ipsa erit. Voluntas ergo erit, quia volũtatis est præscius. Nec voluntas esse poterit, si in potestate non erit. Ergo & potestatis est præscius. Non igitur per eius præscientiam mihi potestas adimitur, quę propterea mihi certior aderit, quia ille cuius præscientia non fallitur, ad futurã mihi esse præsciuit. E. Ecce iam non nego ita necesse esse fieri quęcunque præsciuit deus, & ita eum peccata nostra præscire, vt maneat tamen nobis voluntas libera, atque in nostra posita potestate.

Et si deus oĩa p̃sciuit nõ tĩ necessitate, ꝫ uolũtate nos operamur, ea q̃ bona vel mala facimus.

Nõ ẽ nobis liberũ, qđ potestate nõ habemus.

Præscientia dei nõ obstat libe. arb. CAP. IIII.

A. Quid ergo te mouet? an forte oblitus quid prima nostra disputatio pegerit, negabis nullo cogẽte, aut superiore, aut inferiore, aut æquali, sed ea nos voluntate peccare? E. Nihil horum prorsus audeo negare: sed tamen fateor, nondum video quomodo sibi non aduersentur hæc duo, præscientia dei de peccatis nostris, & nostrũ in peccando liberum arbitrium. Nam & iustum deum necesse est fateamur & præscium. Sed scire vellem qua iustitia puniat peccata, quæ necesse est fieri: aut quomodo non sit necesse fieri, quæ futura esse præsciuit: aut quomodo non

non creatori deputandum est, quicquid in eius creatura fieri necesse est. A. Vnde tibi videt aduersum esse liberũ arbitriũ nostrũ præscientię dei. Quia præscientia est, an ꝙa dei præscientia est? E. Quia dei potius. A. Quid ergo, si tu p̃scires peccaturũ eũ aliquẽ, nõ esset necesse vt peccaret? E. Imo necesse esset vt peccaret. Non, n. aliter esset præscientia mea nisi certa præscirem. A. Non igitur quia dei præscientia est, necesse est fieri quæ præscierit, sed tãtum modo quia præscientia est. Quę si non certa prænoscit, vtique nulla est. E. Consentio. Sed quorsum ista? A. Quia nisi fallor, non continuo tu peccare cogeres, quem peccaturum esse præscires. Neque ipsa præscientia tua peccare eum cogeret, quanuis sine dubio peccaturus esset. Nõ enim aliter id futurum esse præscires. Sicut itaque nõ sibi aduersan tur hęc duo, Vt tu præscitẽtia tua noueris qđ alius sua voluntate facturus est, ita deus neminẽ ad peccatum cogens, præuidet tamen eos qui propria voluntate peccabũt. Cur ergo non vindicet iustus, quæ fieri nõ cogit præscius? Sicut enim tu memoria tua non cogis facta esse quę præterierunt, sic deus præscientia sua nõ cogit facienda quę futura sunt. Et sicut tu quædam quæ fecisti meministi, nec tamen quę meministi, omnia fecisti: ita deus omnia quorum ipse author est præscit, nec tamẽ omnium quę præscit ipse author est. Quorum autem nõ est malus author, iustus est vltor. Hinc ergo iam intelligę, quia iustitia deus peccata puniat, quia quę nouit futura non facit: nam si propterea non debet retribuere supplicium peccantibus, quia præuidet peccaturos, nec rectę facientibus debet præmia retribuere, quia & recte facturos nihilominus præuidet. Imo vero fateamur & ad præscientiam eius pertinere, ne quidem eum lateat futurorum, & ad iustitiam, vt peccatum, quia voluntate cõmittitur, ita iudicio eius impune non fiat, sicut præscientia non cogitur fieri.

Comparatio qđ ego nõ cogerẽ, quẽ peccaturũ eẽ p̃scirẽ, sic & de dei præscientia dicendum.

Deus oĩa q̃ facit p̃scit, sed nõ oĩa q̃ p̃scit facit.

IAM Illud quod tertio loco posuisti, quomodo non creatori deputandum sit, quicquid in eius creatura fieri necesse est, regula illa pietatis facile commonebit, quam meminisse nos conuenit, gratiarum actiones nos debere creatori nostro. Cuius profecto largissima bonitas iustissime laudaretur, etiam si aliquo inferiore creaturę gradu nos condidisset. Quanuis enim anima nostra peccatis tabefacta, sit, sublimior est tamen & melior, quam si in hãc lucem visibilem uerteretur. Et vides profecto de huius lucis eminentia, quantum laudent animę deum etiam corporis sensibus deditę, Quapropter nõ te iam moueat, quod vituperantur animę peccatrices, vt dicas in corde tuo, melius fuisse si nõ essent. In fut enim cõparatione vituperantur dũ cogitantur quales essent si peccarent.

Cur ẽt dãnãdas alias creat deus. CAP. V.

Aĩa peccatrix corporali luce excellentior.

care noluissent. Institutor tamen earum deus præclarissime pro humana facultate laudandus est, non solum quoniam peccantes ea iuste ordinat, sed etiam quia tales instituit, vt etiam peccatis sordidatę, nullo modo lucis corporalis dignitate superentur, de qua tamen iure laudatur. Illud quoque moneo caueas, ne forte non dicas quidem melius fuisse vt non essent, sed dicas aliter fieri eas debuisse. Quicquid enim tibi vera ratione melius occurrerit, scias fecisse deum tanquam bonorum omnium conditorem. Non est autem vera ratio, sed inuidiæ infirmitas, cum aliquid melius faciendum fuisse cogitaueris, iam nihil aliud inferius velle fieri, tanquam si perspecto cœlo, nolles terram factam esse, inique omnino. Comparatio. Recte enim reprehenderes, si prætermisso cœlo, terram factam videres, quoniam diceres ita eam fieri debuisse, sicuti posses cogitare cœlum. Cum ergo etiam illud ad cuius speciem volebas terram perducere, factum esse perspiceres, non autem hoc terram, sed cœlum vocari: credo quod re meliore non fraudatus, vt inferior quoq; altqua fieret & terra esset, nequaquam inuidere deberes. In qua terra rursus secundum partes eius tanta est varietas, vt nihil quod ad terræ pertinet speciem cogitanti occurrat, quod non in tota eius mole deus omnium conditor fecerit. Namque a terra feracissima & amœnissima vsque ad falsissimam & infœcundissimam, ita gradatim per medias peruenitur, vt nullam reprehendere audeas, nisi in comparatione meliotis. Atque ita per omnes gradus laudis ascendas, vt quod summum genus terrę inueneris, solum tamen esse nolis. Iam vero inter totam terram & cœlum quanta distantia est? Interponuntur enim humida flabilisque natura. Atque ex his quatuor elementis, aliæ innumerabiles nobis, numerarę autem deo rerum species formęque variantur. Potest ergo esse aliquid im rerum natura, quod tua ratione non cogitas. Non esse autem quod vera ratione cogitas, nō potest. Neque enim tu potes aliquid melius in creatura cogitare, quod creaturæ artificem fugerit. Humana quippe anima naturaliter diuinis ex quibus pendet connexa rationibus, cum dicit, melius hoc fieret quā illud: si verum dicit, & videt quod dicit, in illis quibus connexa est rationibus videt. Credat ergo deum fecisse, quod vera ratione ab eo faciendum fuisse cognouit, etiam si hoc in rebus factis non videt. Quia etiam si cœlum oculis videre non posset, & tamen ratione vera tale aliquid faciendum fuisse colligeret, credere debuit factum esse, quanuis id oculis non videret. Non enim cogitatione videret fuisse faciendum, nisi in ijs rationibus qui bus facta sunt omnia. Quod autem ibi non est, tam nemo

Aia nō pōt uidere aliqd esse faciēdū, nisi ĩijs rōnibus qbus facta sunt oīa.

mo potest veraci cogitatione videre, quam non est verum. In eo plerique homines errant, quia meliora cum mente conspexerint, non in sedibus congruis ea oculis quærunt. Velut si quisquam perfectam rotunditatem ratione comprehendens, stomachetur quod talem in nuce non inuenit, si nullum vnquam corpus rotundam præter huiuscemodi poma conspexit. Nam ita quidam cum ratione verissima videant meliorem esse creaturam, quę quanuis habeat liberam voluntatem, deo tamen semper infixa, nunquam peccauerit, intuentes peccata hominum, non vt peccare desinant, sed quia facti sunt dolent, dicentes: Tales nos faceret vt semper incommutabili eius veritate perfrui, nūquam autem peccare vellemus. Non clament, non succenseant: quia neque ipsos ideo coegit peccare, quia fecit, quibus potestatem vtrum vellēt dedit: & sunt tales quidam angeli, qui neque peccauerūt vnquam, neque peccaturi sunt. Quamobrē si te delectat creatura, quæ perseverantissima voluntate non peccat, non est dubitandum quod eā peccanti recta ratione prę ponas: sed sicut eam tu cogitatione præponis, sic eā creator deus ordinatione præposuit. Crede esse talem in superioribus sedibus, & in sublimitate cœlorum: quia si bonitatem conditor præbuit ad eam condendam, cuius prænidit futura peccata, nullo modo non pręberet eam bonitatem vt creaturam conderet, quam peccaturam non esse præciuit. Habet enim illa sublimis perpetuam beatitudinem suam, in perpetuum fruens creatore suo, quam perpetua tenende iustitiæ voluntate promereretur. Habet deinde ordinem suum etiam ista peccatrix, amissa in peccatis beatitudine, sed non dimissa recuperandæ beatitudinis facultate, quæ profecto superat eam, quam peccandi perpetua voluntas tenet. Inter quam & illam priorem permanentem in voluntate iustitiæ, hæc medietatem quandam demonstrat, quæ pœnitendi humilitate altitudinem suam recepit. Nam neque ab illa creatura quam pręscinit deus non solum peccaturam, sed etiam in peccandi voluntatem mansuram, abstinuit largitatem bonitatis suæ vt eam non conderet. Sicut Comparatio. enim melior est vel oberrans equus quam lapis, propterea non oberrans, quia proprio motu & sensu caret: ita est excellentior creatura quę libera volūtate peccat, quam quę propterea non peccat, quia non habet liberā voluntatem. Et sic vt laudarem vinū in suo genere bo- Comparatio. num, in quo vino inebriatum hominem vituperarem, & tamen eundem hominem iam vituperatum & adhuc ebrium, laudato illo vino de quo ebrius factus est anteponerem: ita corporalis creatura in suo gradu iure laudanda est cum illi vituperandi sint qui eius immode

rato vsu a veritatis perceptione auertũtur: quanuis ſi dẽ rurſus iam peruerſi & quodãmodo temulenti, eidẽ creaturę in ordine ſuo laudabili, cuius auiditate euanuerũt, non iam merito vitiorum, ſed adhuc naturę dignitate pręferuntur. Quia igitur omnis anima omni corpore eſt melior, omnisq; peccatrix anima quocunque ceciderit nulla cõmutatione corpus efficitur, nec omnino illi aufertur quod anima eſt, & ideo nullo pacto amittit, quod corpore eſt melior in corporibus autem lux tenet primum locum, conſequens eſt, vt primo corpori anima extrema præponatur, fieriq; poſſit, vt corpori alicuius anię aliquod aliud corpus anteferat, vt autẽ ipſi animę nullo modo. Cur ergo non laudetur deus, & ineffabili prædicatione laudetur, qui cũ fecerit eas quæ in legibus eſſent iuſtitię pmãſurę, fecit etiã alias anias quas vel peccaturas vel i peccatis etiã pſeueraturas eẽ puidebat, cũ et tales adhuc meliores ſint eis, q̃ quoniã nullũ habẽt rationale ac liberum voluntatis arbitriũ peccare nõ poſſunt? Quæ tamen adhuc etiam ipſæ meliores ſunt ſquam corporum quorumlibet quãlibet ſplendiſſimus fulgor, quem pro ipſius ſummi dei ſubſtantia quidam quanuis cum magno errore, venerantur. Quod ſi in ordine corporearum creaturarum ab ipſis ſyderum choris uſq; ad numerum capillorum noſtrorum, ita gradatim bonarũ rerum pulchritudo contexitur, vt imperitiſſime dicatur, quid eſt hoc? aut qd hoc oĩa. n. ordine ſuo creata ſunt, quãto imperitius de quacunq; anima dicit̃, quę ad quãtamlibet iui decoris diminutionem defectumq; peruenerit, omniũ corporũ dignitatem ſine vlla dubitatione ſuperauit? Aliter enim æſtimat ratio, aliter vſus. Ratio æſtimat luce veritatis, vt recto iudicio ſubdat minora maioribus. Vſus autem conſuetudine cõmoditatis plerunq; inclinatur, vt ea pluris æſtimet quę veritas minora eſſe conuincit. Cũ enim corpora cœleſtia corporibus terreſtriſtribus magna differentia ratio præponat, quis tamen carnalium hominum non malet vel plura deeſſe in cœlo ſydera, quam vnam arbuſculã in agro ſuo, aut vaccam in armento? Sed ſicut ætate maiores homines vel omnino contemnunt, vel certe patienter corrigenda expectant iudicia paruulorum, qui exceptis quibuſdam quorum amore lætantur, quemlibet hominum cæterorum mori malint quam paſſerem ſuum, et multo magis ſi homo ſit ille terribilis, paſſer autẽ canorus & pulcher: ita ii qui prouectu animi ad ſapientiam profecerunt, imperitos rerum æſtimatores cum inuenerint deũ laudantes in creaturis ĩminoribus, qui eas carnalibus ſuis ſenſibus accomodatius adhibent, in ſuperioribus vero atque melioribus, partim eum non laudantes, minus ue

Anima etſi peccatris, attamen adhuc corpore eſt nobilior.

Diſcrimẽ inter iudiciũ ratiõis, & vſus.

Comparatio.

Comparatio.

nus ue laudantes, partim etiã vituperare aut emendare conantes, partim non credentes, quod earum ille ſit cõditor, talium iudicia vel omnino contemnere, ſi corrigere nequeunt, vel donec corrigant, æquo animo tollerare ac ſuſtinere conſueſcant.

Peccata ão præſcienti nõ ĩputanda.

QVAE Cum ita ſe habeant, tantũ abeſt a vero, quod creatori deputanda exiſtimantur peccata creaturę, quãuis neceſſe eſt fiant, quę ipſe futura pręſciuit, vt cũ tu dixeris non te inuenire quomodo non ei deputetur quic quid in eius creatura fieri neceſſe eſt, ego contra non inueniam modum, neque inueniri poſſe atque omnino nõ eſſe confirmem, quo ei deputetur quicquid in eius creatura ita fieri neceſſe eſt, vt voluntate peccantium fiat. Si enim quis dixerit, non eſſe quam miſerum me eſſe malem. Reſpondebo, mentiris. Nam & nunc miſer es, nec ob aliud mori non vis, niſi vt ſis. Ita cũ miſer nolis eſſe, eſſe vis tamen. Age igitur gratias ex eo quod es volens, vt quod inuitus es auferatur. Volens enim es, & miſer inuitus es. Quod ſi ingratus es in eo quod eſſe vis iure cogeris eſſe quod non vis. Ex illo igitur quod etiã ingratus habes quod vis, creatoris laudo bonitatem. Ex illo autem quod pateris ingratus quod non vis, ordinatoris laudo iuſtitiam. Si dixeris, Non ideo mori volo quod malim miſer eſſe quã oĩno nõ eſſe, ſed ne poſt mortẽ miſerior ſim. Reſpõdebo, Si hoc iniuſtũ eſt, nõ ſic eris: ſi autẽ hoc iuſtũ eſt, laudemus eũ cuius legibus ſic eris. Si dixeris, Vnde pręſumã, quod ſi hoc iniuſtum eſt non ſic ero? Reſpondebo, quia ſi eris in tua poteſtate, aut miſer non eris, aut tuipſe te iniuſte regendo, iuſte eris miſer: aut volendo & non valẽdo te iuſte regere, nõ eris in tua poteſtate, & aut in nullius eris, aut in alterius. Si in nullius, aut inuitus, aut volens. Sed inuitus eſſe nihil potes, niſi te vis aliqua ſuperauerit. Porro nulla vi ſuperari poteſt, qui eſt in nullius poteſtate. Si autẽ volens in nullius eris poteſtate, ad hoc ratio recurrit vt ſis in tua. Et aut te iniuſte regendo iuſte miſer ſis: aut quoniam quodlibet volens eris, habes adhuc vnde gratias agas bonitati conditoris tui. Quod ſi in tua poteſtate non eris, aut potentior profecto, aut infirmior te habebit in poteſtate. Quod ſi infirmior, tua culpa & iuſta miſeria. Poteris enim infirmiorem ſuperare ſi voles. Si autem potentior te infirmiorẽ habebit in poteſtate, nullo modo tam rectam ordinationem recte iniuſtam putabis. Veriſſime igitur dictum eſt: Si hoc iniuſtum eſt, nõ ſic eris: ſi autẽ iuſtũ, laudemus eũ cuius legibus ſic eris.

CAP. VI.

Nemo appetit non eſſe.

SI Dixeris, Ideo magis volo vel miſer eſſe quam omnino non eſſe, quia iam ſum: ſi autem prius quam eſſem poſſem conſuli, eligerem nõ eſſe potius, quam ut eſſem miſer.

Eſſe et felices et miſeri cupiũt.

CAP. VII.

miser. Nunc enim quod timeo non esse cum miser sim, ad ipsam miseriam pertinet, qua nō id volo quod velle deberem, magis enim non esse quam miser esse deberē. Nuncvero fateor me quidē malle vel miserum esse, quā nihil, sed tanto stultius id volo quanto miserius. Tanto miserius autem, quanto verius video non hoc me velle debuisse. Respondebo, Caue potius ne hic erres, vbi te videre verum putas: nam si beatus esses, vtiq; esse quā non esse malles. Et nunc miser cum sis, mauis tamen esse vel miser, quam omnino non esse, cum esse nolis miser. Esse optant beati, & miseri.

Considera igitur quantum potes, quam magnum bonū sit ipsum esse, quod & beati & miseri volunt. Nā si hoc bene consideraueris, videbis te intantum esse miserum, inquantum non propinquas ei quod summe est: intantum autem putare melius esse, vt quisque non sit quam vt miser sit, inquantum non vides quod summe est: & ideo tamen te esse velle, quoniam ab illo es qui summe est. Si vis itaque miseriam fugere, ama in te hoc ipsum, quia esse vis. Si enim magis magisq; esse volueris, ei qui summe est, propinquabis. Et gratias age nunc quia es. Quanuis enim beatis sis inferior, superior tamen es quā ea quæ non habent vel beatitudinis voluntatem, quorum tamen multa etiam a miseris laudantur. Omnia tamen eoipso quo sunt, iure laudāda sunt: quia eoipso quo sunt, bona sunt. Quanto enim amplius esse amaueris, tā to amplius vitam æternam desiderabis, teque ita formari exoptabis, vt affectiones tuæ non sint temporales, de temporalium rerum amoribus iniustæ & impressæ: quæ temporalia & antequam sint non sunt, & cum sunt fugiunt, & cum fugierint non erunt. Itaque cū futura sunt nondum sunt, cum autem præterita sunt, iam non sunt. Quomodo igitur tenebuntur vt maneant, quibus hoc est incipere vt sint, quod est pergere vt non sint? Qui autem amat esse, probat ista inquantū sunt, & amat quod semper est. Et si variabatur in amore istorum, munietur in illius. Et si diffluebat in amore transeuntium, in permanēris amore solidabitur & stabit, & obtinebit ipsum esse quod volebat, cum timebat nō esse, & stare nō poterat irretitus amore fugientiū. Non igitur tibi displiceat, imo maxime placeat, quod mauis esse vel miser, quam propterea miser nō esse, quia nihil eris. Huic enim exordio quo esse vis, si adiicias magis magisque esse, consurges atque extrueris in id quod summe est: atque ita te ab omni labe cohibebis, qua transit vt non sit quod infime est, & secum amātis vires subruit: Hinc fiet vt qui mauult non ne esse miser sit, quia non esse non potest, restet vt miser sit. Qui autem plus amat esse quam odit miser esse, adijciendo ad id quod amat, quod odit exclu

dat. Cum enim in suo genere perfecte esse cœperit, miser non erit.

NAM Illud vide quam absurde atque inconuenienter dicatur, Mallem non esse quam miser esse. Qui enim dicit, Mallem hoc quam illud: eligit aliquid. Non esse autem non est aliquid, se nihil: & ideo nullo pacto potes recte eligere, quando quod eligas non est. Dicis velle te quidem esse cum sis miser, sed non hoc velle debuisse. Quid igitur velle debuisti? Nō esse, inquis potius. Si hoc velle debuisti, hoc est melius. Quod autem non est, melius esse non potest. Non ergo id velle debuisti: veracior que sensus est, quo id non vis, quam opinatio per quam te id velle debuisse arbitraris. Deinde quod quisque recte eligit appetendum, cum ad id peruenerit, necesse est melior fiat. Melior autem esse non poterit qui non erit. Nemo igitur recte potest eligere vt non sit. Neque enim moueri nos oportet eorum iudicio, qui vrgente miseria sese interemerunt. Aut enim eo confugerūt, vbi melius fore sibi putarunt, & non est contrarium rationi nostræ, quoquo modo putauerint. Aut si nullos se futuros omnino crediderunt, multo minus falsa electio nihil eligentium commouebit. Quomodo enim sequar eligentem, a quo si quæram quid eligat, respondebit nihil? Nam qui eligit non esse, profecto se nihil eligere, etiam si hoc nolit, respōdere cōuincitur. Verūtamē vt de hac tota re si potero dicā quod sentio, Nemo mihi videt cū seipsum necat, aut quolibet modo emori cupit, habere in sensu quod post mortē non sit futurus: tametsi aliquantū hoc in opinione habeat. Nam opinio aut in errore, aut inveritate ratiocinantis est, vel credentis: sensus autem aut consuetudine aut natura valet. Posse autē fieri ut aliud sit in opinione, aliud in sensu, vel ex hoc cognoscere facile est, quod plerunque aliud faciendum esse credimus, & aliud facere delectat. Et aliquando veracior est sensus quam opinio, si illa de errore, ille de natura est: velut cū æger plerunque frigida conducibiliter delectatur, quam tamen credit, si biberit, esse nocituram. Aliquando vera cior opinio quam sensus, si credit arti medicinæ, obesse frigidam, cum reuera oberit, & tamen bibere delectet. Aliquando vtrunque in veritate est, cum id quod prodest, non solum ita creditur, sed etiam libet. Aliquando vtrunque in errore est, cum id quod nocet, & prodesse creditur, & libere non desinit. Solet autem & recta opinio prauam corrigere consuetudinem, & prava opinio rectam deprauare naturam. Tantavis est in domina tu & principatu rationis. Cum ergo quisque credens, quod post mortem non erit, intolerabilibus tamen molestiis ad totam cupiditatem mortis impellitur, & decernit

Deijs q̄ sibi nec̄ conscisc̄unt. CAP. VIII. Nō esse nō ē aliquid sed nihil.

Comparatio.

Recta opinio prauā corrigit cōsuetudinē, & prava opinio, recta deprauat naturam.

decernit atque arripit mortem, in opinione habet errorem omnimodæ defectionis, in sensu autem naturale desiderium quietis. Quod autem quietum est, non est nihil, imo etiam magis est quam id quod inquietum est. Inquietudo enim variat affectiones, vt altera alteram perimat: quies autem habet constantiam, in qua maxime intelligitur esse quod dictum est. Omnis itaque ille appetitus in voluntate mortis, non vt qui moritur non sit, sed vt requiescat intenditur. Ita cum errore credat non se futurum, natura tamen quietus esse, hoc est magis esse desiderat. Quapropter sicut nullo pacto fieri potest vt non esse aliquem libeat: ita nullo pacto fieri potest vt ex eo quod est quiscp, bonitati creatoris ingratus sit.

Etiam mala facit ad decorũ vniuersi.

CAP. IX.

SI Dixerit, non erat tam difficile aut laboriosum omnipotenti deo, vt omnia quæcunque fecit sic haberent ordinem suum, vt nulla creatura vsque ad miseriam perueniret. Non.n. hoc aut oīpotens nõ potuit, aut bonus inuidit. Respondebo ordinem creaturarũ a summa vsq; ad infimam gradibus iustis ita decurrere, vt ille inuideat qui dixerit, ista non esset: inuideat etiã ille qui dixerit, ista talis esset. Si enim talẽ vult esse qualis est superior, iam illa est, & tanta est, vt adiici ei non oporteat, quia perfecta est. Qui ergo dicit, etiã ista talis esset, aut perfectæ superiori vult addere, & erit immoderatus & iniustus: aut istam vult interimere, & erit malus atque inuidus. Qui autem dixerit, ista non esset, nihilominus erit malus atque inuidus, cum eam non vult esse, qua inferiore laudare adhuc cogitur. Velut si dicat, non esset luna, cũ etiam lucernæ claritatem longe inferiorem, in suo tamẽ genere, pulchrã, & terrenis tenebris decoram, atq; aptã nocturnis vsibus, atq; in his omnibus pro suo modulo utique laudabilem, aut fateatur, aut stultissime vel contẽtiose neget. Quomodo ergo recte dicere audebit, luna non esset in rebus: qui si diceret, lucerna non esset: deridendum se esse sentiret? Quod si non dicit, luna nõ esset: sed qualem solẽ videt, talem dicit lunam esse debuisse: non intelligit nihil aliud se dicere, quam non esset luna, sed essent soles duo. In quo dupliciter errat, quod rerum perfectioni, & addere aliquid cupit, cum deliberat alterum solem: & minuere, cum lunam vult detrahi. Hic fortasse dicat, ideo nihil se de luna conqueri, quia splendor eius ita minor est, vt miser non sit, de animarũ autem non obscuritate, sed miseria se dolere: sedulo cogitet, ita lunæ splendorem non esse miserum, vt nec splẽdor solis sit beatus. Quãuis enim corpora cœlestia sint, corpora sunt tamen quantum ad lucem istam pertinet, quæ per corporeos oculos sentiri potest. Nulla autem corpore quantum ad sese attinet, vel beata possunt esse vel

vel misera, quãq; beatorũ aut miserorũ corpora possint esse. Sed de illis luminibus similitudo adhibita id docet, vt quemadmodum corporum differẽtias contemplãdo, videns alia clariora, iniuste petis auferri quæ obscuriora conspexeris, aut clarioribus ad æquari: sed ad perfectionem vniuersitatis referens omnia, quanto magis mirabiliusue inter se clara sunt, tãto magis cernis esse omnia: nec tibi occurrit perfecta vniuersitas, nisi vbi maiora sic præsto sunt vt minora nõ desint? Sic etiam differentias animarum cogites, in quibus hoc quoque inuenies, vt miseriam quam doles, ad id quoq; valere cognoscas, vt vniuersitatis perfectioni nec illæ desint animæ quę miseræ fieri debuerunt, quia peccatrices animæ esse voluerunt. Tantumque abest vt deus tales facere non debuerit, vt etiam cæteras creaturas laudabiliter fecerit, longe inferiores animis miseris. Sed adhuc videtur minus intelligens quod dictum est, habere quod contradicat. Dicit enim: Si vniuersitas perfectionem complet etiam nostra miseria, defuisset aliquid huic perfectioni, si beati semper essemus. Quapropter si ad miseriam nisi peccando non peruenit anima, etiam peccata nostra necessaria sunt perfectioni vniuersitatis quam condidit deus. Quo modo ergo iuste peccata punit, quæ si defuissent, creatura eius plena & perfecta nõ esset? Hic respondetur, non ipsa peccata vel ipsam miseriam perfectioni vniuersitatis esse necessaria, sed animas inquantũ animæ sunt: quæ si velint, peccant: si peccauerint, miseræ fiunt. Si.n. peccatis earum detractis miseria perseuerat, aut etiam peccata præcedit, recte deformari dicitur ordo atque administrato vniuersitatis. Rursus si peccata fiant, & desit miseria nihilominus dehonestat ordinem iniquitas. Cũ autem non peccantibus adest beatitudo, perfecta est vniuersitas. Cum vero peccantibus adest miseria, nihilominus perfecta est vniuersitas. Quod autem ipsæ non desunt animæ, quas vel peccantes sequitur miseria, vel recte facientes beatitudo, semper naturis omnibus vniuersitas plena atque perfecta est. Non enim peccatũ et supplicium peccati naturæ sunt quędã, sed affectiones naturarum, illa voluntaria, ista pœnalis. Sed voluntaria quæ in peccato fit, turpis affectio est. Cui propterea pœnalis adhibetur, vt ordinet eam vbi talẽ esse nõ turpe sit, & decori vniuersitatis congruere cogat, vt peccati dedecus emendet pœna peccati. Hinc fit ut peccans creatura superior, a creaturis inferioribus puniatur, quia illæ tam sunt infimæ, vt ornari etiam a turpibus animis possint, atque ita decori vniuersitatis cõgruere. Quid enim tam magnum in domo est, quam homo, & quid tam abiectum & infimum quam cloaca domus? Seruus tamen in tali

Si peccatores facinus ad decorẽ vniuersi quo dus punit peccatores, q si defuissent creatura eius plena et perfecta non esset.

Peccatũ et pœna peccati nõ sunt naturę, sed affectiones naturarum.

Comparatio.

in tali peccato detectus, vt mũdandæ cloacæ dignus ha
beatur, ornat eam etiam turpitudine sua, & vtrunq; ho
rum, id est turpitudo serui, & mundatio cloacæ, iam con
iunctum & reddactũ in quandam sui generis vnitatem,
ita dispositæ domui coaptatur atq; subtexitur, vt eius
vniuersitati ordinatissimo decore conueniat. Qui tamẽ
seruus si peccare noluisset, non defuisset domesticæ disci
plinę alia prouisio, qua necessaria mundarentur. Quid
itaque tam infimum in rebus quam corpus omne terre
num? Hanc tamen corruptibilem carnem etiam pecca
trix anima sic ornat, vt ei speciẽ decentissimã præbeat,
motumq; vitalem. Habitationi ergo cœlesti talis anima
non congruit per peccatum, terrestri autẽ congruit per
supplicium: vt quodlibet elegerit, semper sit pulchra vni
uersitas decentissimis partibus ordinata, cuius est con
ditor & administrat deus. Namq; optimæ animæ cũ in
fimis creturis habitant, non eas ornant miseria sua
quam non habent, sed vsu earum bono. Si autem pecca
trices animæ permittantur habitare in sublimibus lo
cis, inhonestum est: quia nõ conueniũt illis, quibus nec
bene vti possunt, nec ornamenti aliquid cõferunt. Ideo
quanquã orbis iste terrenus rebus corruptibilibus de
putatus sit, tamen seruans quantum potest imaginem su
periorum, exemplo nobis & indicia quædam demon
strare non cessat. Si enim bonum & magnum aliquẽ vi
rum hortante honestatis officio videamus ignibus quã
tũ ad corpus attinet concremari, nõ hoc vocamus pœ
nam peccati, sed fortitudinis & patientię documentum,
eumque magis diligimus, cum fœdissima corruptio cor
porea membra eius absumat, quã si nihil huiusmodi pa
teretur. Miramur quippe animinaturã mutabilitate cor
poris non mutari. At vero crudelissimi latronis mẽbra
cũ tali supplicio cõfici aspicimus, approbamus ordinẽ le
gum. Ornant ergo ambo illa tormenta, sed ille merito
virtutis, iste peccati. At si post illos ignes, vel etiam an
te illos, optimum virum illum commutarum ad congruẽ
tiam cœlestis habitationis ad sydera videremus attoli,
vtique lętaremur. Si autem sceleratum latronẽ, siue an
te supplicium, siue post supplicium, cum eandem malitia
voluntatis, ad sedem honoris sempiternam leuari vide
remus in cœlũ, quis nõ offenderetur: Ita fit vt inferiores
creaturas ambo ornare potuerint, superiores autẽ vnus
illorum. Ex quo admonemur aduertere, mortalitatem
carnis huius & primum hominem ornasse, vt peccato
pœna congrueret, & dominũ nostrum vt a peccato mise
ricordia liberaret. Non autem sicut iustus potuit in ip
sa iustitia permanẽs corpus habere mortale: ita iniquus
potest dum iniquus est, ad immortalitatem peruenire

Comparatio.

sanctorum, scilicet sublimem & angelicam: non eorum 1.Cor.6.
angelorum, de quibus Apostolus ait: Nescitis quia an- Luc.22.
gelos sumus iudicaturi: sed eorum de quibus dominus
ait, Et erunt æquales angelis dei. Qui enim æqualitatẽ
angelorum desiderant propter inanem gloriam suã, nõ
ideo volunt æquales esse angelis, sed sibi. Itaque in tali
voluntate perseuerantes, æquabuntur supplicio præua- ἰσαγγελία
ricatoribus angelis, potestatem suam potius quam dei
omnipotentis diligentibus. Talibus enim ad sinistram
constitutis, quia non quęsierunt deũ per humilitatis ia- Mat.25.
nuam, quam in seipso dominus Iesus Christus ostendit,
& immisericorditer superbeque vixerunt, dicetur: Ite i Quo iuꝰ diabo
ignem ęternũ, qui pparatus est diabolo & angelis eius. lus possederit
CVM enim duę sint origines peccatorũ, vna spõtanea hoiem, et q̃ iure
cogitatione, altera persuasione alterius, quo pertinere ar deus hũc libe-
bitror quod propheta dicit: Ab occultis meis mũda me rarit.
domine, & ab alienis parce seruo tuo: Vtrunque volun CAP. X.
tarium est quidẽ. Nam sicut propria cogitatione nõ pec Origines pecca
cat inuitus, ita dum consentit male suadenti, non torum duæ.
vtique nisi voluntate consentit. Sed tamen grauius est,
non solum nullo suadente propria cogitatione peccare,
sed etiam peccatum alteri per inuidentiam dolũque sua
dere, quam ad peccandum alterius suasione traduci. Ser
uata est ergo in vtroque peccato iustitia dei punientis.
Nam & illud appensum est ęquitatis examine, vt nec
ipsius diaboli potestati negaretur homo, quem sibi male
suadendo subiecerat. Iniquũ enim erat, vt ei quem cepe
rat, nõ dominaretur. Nec fieri vllo modo potest, vt dei
summi & veri perfecta iustitia, quę vsquequaque perten
ditur, deserat etiam ordinandas ruinas peccantium. Et
tamen quia minus peccauerat homo quam diabolus, id Minus pecca-
ipsum ei valuit ad reparandam salutẽ, quod scilicet prin uit homo quam
cipi huius mũdi, patris rerum scilicet huius mortalis at- angelus.
que infime, hoc est principio omnium peccatorũ et prę
posito mortis usque ad mortalitatẽ carnis addictus est.
Ita enim conscientia mortalitatis timidus, & iã a vilis-
simis & abiectissimis hęstijs, vel etiã minutissimis, mo-
lestias atque interitũ reformidãs, incertusque futurorũ,
& illicitas cohibere delicias, et maxime superbiã, cuius
persuasione deiectus est, & quo vno vitio misericordiæ Nihil tã hẽt o-
medicina respuitur, frangere et edomare cõsueuit. Quid pus misericor-
enim tam opus habens misericordia quã miser? Et quid dia quã miser,
tã indignũ misericordia quã superbus miser? Ex quo fa et nihil ita idi-
ctũ est, vt illud dei verbũ per qũ facta sunt oia, & quo gnũ misericor-
fruitur omnis angelica beatitudo, usque ad miseriã no- dia quã super-
strã clementiã suã porrigeret, & verbum caro fieret, & bus miser.
habitaret in nobis. Sic enim posset panem angelorũ ho Ioan.1.
mo manducare, nondũ angelis adęquatus, si panis ipse Psal.77.

angelorum hominibus dignaretur adequari. Nec sic descendit ad nos vt illos desereret, sed simul integer illis integer nobis, illos intrinsecus pascēs per id quod deus est, nos forinsecus admonens per id quod nos sumus, idoneos facit per fidem, quos per speciem pascat equaliter. Quia enim rationalis creatura verbo illo tanquam optimo cibo suo pascitur: humana autem anima rationalis est, quę mortalibus vinculis peccati pœna tenebatur, ad hoc diminutionis redacta, vt per coniecturas rerum visibilium ad intellígentia inuisibilia niteretur: cibus rationalis creaturę factus est visibilis, non commutatione naturæ suę, sed habitu mortalitatis nostræ, vt visibilia sectantes, ad se inuisibilem reuocaret. Sic eū anima, quem superbiens intus reliquerat, foris humilem inuenit, imitatura eius humilitatem visibilem, & inuisibilem altitudinem reditura. Atque verbum dei vnicus qđ semp habuit dei filius, diabolum quē semper sub legibus suis habuit sub suis legibus & habebit, homine indutus, etiam homini subiugauit: diabolum, hō ē nihil ei extorquens violento dominatu, sed superans eū factum, vt ēt hoī lege iustitię: vt quoniam fœmina decepta, & deiecto per diabolū subiuga fœminam viro, omnen prolem primi hominis tanquam ret, quem iustitia peccatricem legibus mortis, malitiosa quidem nocendi & nō potētia superauit, nā qd ē cupiditate, sed tamen iure equissimo vindicabat, tandiu peruasit, nā qd ē potestas eius valeret, donec interficeret iustum, in quo oīpotēte potentię nihil dignum morte posset ostendere, nō solum quia sine crimine occisus est, sed etiam quia sine libidine natus: cui subiugaueratille quos ceperat, vt qcquid inde natum creaturę potestas ptāti creatoris sceretur, tanquam suæ arboris fructus, praua quidem habendi cupiditate, sed tamen non iniquo possidendi iure cōparari pōt: ē q est igit iustitia q retineret. Iustissime itaque dimittere cogitur credētes in victus est diabo eum, quem iniustissime occidit, vt & quod temporaliter lus iustitia Iesu moriuntur, debitum exoluant, & quod semper viuunt, xpi, & qūo victus ēt qa cūi eo in illo viuant, qui pro eis quod non debebat exoluit. nihil dignū mor quibus autem infidelitatis perseuerantiam persuasisset: te inueniret, occidit eū tñ, ideo iuste secum haberet in perpetua damnatione consortes. Ita factum est, vt neque diabolo per vim eriperetur homo, quem nec ipse vi, sed persuasione ceperat: & qui iustū ē vt debito sto plus humiliatus est vt seruiret cui ad malum consenres qs tenebat liserat, iuste per eum cui ad bonum consensit liberaretur: beri dimittāt, ieū quia minus iste in consentiendo, quam ille in male credētes quē sine vllo debito dendo peccauerat.

occidit, inde iustificari dicimur i xpi sanguine, & sic post posuit qđ potuit, vt faceret xps qđ op

Ordo & collatio creaturarum. CAP. XI.

NATVRAS igitur omnes deus fecit, non solum in virtute atque iustitia permansuras, sed etiam peccaturas: non vt peccarent, sed vt essent ornaturæ vniuersum siue peccare, siue non peccare voluissent. Si enim rebus deessent animę quæ ipsum fastigium ordinis in vniuersa creaturs

sa creatura sic obtinerent, vt si peccare voluissent infirmaretur & labefactaretur vniuersas, magnum quiddam deesset creaturę: illud enim deesset, quo remoto stabilitas rerum atque connexio turbaretur. Tales sunt optimæ & sanctæ & sublimes creaturę cœlestiū vel sup cœlestiū potestatū, qbus solus deus impat: vniuersus autē mūdus subiectus est. Sine istarū officijs iustis atq pfectis esse vniuersitas nō pōt. Itē si desset, q̄ siue peccarēt, siue nō peccarēt, nihil vniuersitatis ordini minueret, etiā sic plurimū deesset. Animę sunt. n. rōnales, & illi supioribus officio quidem impares, sed natura pares quibus adhuc inferiores sunt multi, & tamen laudabiles a summo deo constitutarum rerum gradus. Illa ergo natura sublimioris officij est, quę non solum si non esset, sed etiam si peccaret, minueret ordinem vniuersitatis. Inferioris officij est ista, quæ tandummodo si non esset, non autem si peccaret, aliquid minus haberet vniuersitas. Illi data est potentia omnia continendi officio proprio, quod rerum ordini deesse non posit. Nec ideo in bona voluntate permanet, quia hoc accepit officium, sed ideo accepit, quoniam ab illo qui dedit permansura prquisa est. Nec tamē sua maiestate continet omnia, sed inhærendo illius maiestati & eius imperijs deuotissime, obtēperando, a quo & per quem & in quo facta sunt omnia. Huic autem datum est quidem non peccanti potentissimum officiū cōtinendi omnia: non tamen proprium, sed cum illa, tā quā ei quæ peccatura præcognita est. Habent sane spiritalia quæq̄ inter se & coniunctionem sine cumulo, & seiunctionem sine diminutione: vt neque adiuuaretur illa in actionis suæ facilitate, cum hæc sibi coniungeretur, neque difficilior illi actio fieret, si hæc officium suum peccando desereret. Non enim locis & mole corporum, sed parilitate affectuum iungi, & diſparilitate seiungi, possunt spiritales creaturæ, quanuis corpora sua quęque possideant. In corporibus autem inferioribus atque mortalibus post peccatum ordinata, regit corpus suum, non omnimodo pro arbitrio, sed sicut leges vniuersitatis sinunt. Nec ideo tamen talis anima inferior est corpore celesti, cui corpori etiam corpora terrena subiecta sunt. Pannosa quippe vestis damnati serui multo est inferior veste bene meriti, & in honore magno apud dominum constituti, sed ipse seruus melior est qualibet veste preciosa, qa homo est. Illa ergo inhæret deo, & in cœlesti corpore angelica potestate, etiam terrestre corpus ornat & regit, sicut iubet ille cuius nutum intuetur ineffabiliter. Ista vero mortalibus membris onerata, vix hoc ipsum quo præmit administrat intrinsecus, & tamen ornat quantum potest. Cæteraverò

Rom. 11.

portuit. in li. 12 de trin. c. 14. & 15. & 1 Bnc. c. 1. To. ho. opus. sit. 49. 1. 1. T. et 1

Non locis, aut mole corporum sed parilitate affectuū iungi, & disparilitate iungi possunt spiritales creaturæ.

Comparatio.

Ordo creatoris nõ turbat vitio creaturarum.

CAP. XII.

Comparatio.

ra vero extrinsecus adiacentia, longe infirmiore operatione extrinsecus afficit sicut potest.

VNDE Colligitur non defuturum fuisse ornatum cõgruentissimum infimæ corporeę creaturę, etiã si ista peccare noluisset: quoniam quæ totum potest regere, etiam partem regit. Quę autem minus potest, non continuo potest ampliora. Perfectus enim medicus etiam scabiem sanat efficaciter: at nõ continuo qui scabioso vtiliter consulit, vniuersæ humanę valetudini mederi potest. Et ratio quidẽ si certa conspicitur, qua manifestum fiat esse oportuisse creaturam quæ nunquam peccauerit, nunquã peccatura sit, etiam illud eadem ratio renunciat a peccato illam libera voluntate abstinere, neq; coactam non peccare, sed sponte. Veruntamen etiã si peccaret, quanquã non peccauit, sic eam non peccaturam præscivit deus, tamen si etiam ipsa peccaret, sufficere dei potestas ineffabilis potentiæ, ad regendam istam vniuersitatem, vt omnibus congrua & condigna retribuens, nihil in toto imperio suo turpe atque indecorum esse permitteret. Quia pe atq; idecorũ siue per nullas ad hoc ipsum conditas potestates, si omnis angelica natura ab eius præceptis peccando defecisset, maiestate sua decentissime atque optime regeret omnia, nec sic inuidens creaturę spiritali vt esset: qui etiam corporalem peccantibus quoq; spiritalibus longe inferiorẽ, tanta largitate bonitatis instituit, vt nullus sit cœlum terramq; rationabiliter intuens, omnesq; naturas visibiles in suis generibus moderatas, formatas, ordinatas, qui vel alium credat artificem omnium esse quam deum, vel non eum ineffabiliter laudandum esse fateatur: siue nulla est melior rerũ ordinatio, nisi potestas angelica naturæ excellentia & bonitate voluntatis in dispositione vniuersitatis supemineat, etiam si omnes peccassẽt nullã sposition inopiã facerent cæssent angeli, nullã inopiam facerẽt ad regendũ imperiũ suũ creatori angelorũ. Non. n. Vel bonitas eius quasi ad regẽdũ imperiũ suũ creatori aliquo tædio, vel omnipotẽtia difficultate defficeret angelorum, creãdos alios, quos ĩ eis sedibus collocaret, quas peccãdo alij deseruissent: aut creatura spiritalis quãtiliber numeri, si pro suis meritis damnaretur, angustare posset ordinem, qui conuenienter & decenter excipit quoscunq; damnandos multos. Quacunque se igitur considerationi nostra conuerterit, ineffabiliter laudandum inuenit deũ naturarũ omniũ conditorem optimũ, & administratorẽ iustissimum. Postremo vt relinquamus contemplationẽ pulchritudinis rerum, ijs qui eam diuino munere videre possunt, nec eos ad ineffabilia contuenda verbis conemur adducere, & tamen propter loquaces aut infirmos aut insidiosos homines tantam quæstionem breuissima complexione peragamus.

Si oẽs angeli peccassẽt nullã inopiã facerent ad regẽdũ imperiũ suũ creatori angelorum.

Deus nihil turpe atq; idecorũ in imperio suo esse permittit.

Deus omnibus laudandus.

CAP. XIII.

OMNIS Natura quæ minus bona fieri potest, bona est: & omnis natura dum corrumpitur, minus bona fit. Aut. n. nõ ei nocet corruptio, & nõ corrũpitur: aut si corrũpit, nocet ei corruptio: & si nocet, minuit aliqd de bonis eius, & eã minus bonam facit. Nã si pœnitus eã priuat omni bono, quicquid eius remanebit, iam corrumpi non poterit: quia nullum erit bonum cuius ademptione possit nocere corruptio. Cui autem non potest nocere corruptio, non corrumpitur. Porro natura quæ nõ corrumpitur, incorruptibilis est. Erit ergo natura quod absurdissimum est dicere, corruptione facta incorruptibilis. Quapropter, quod verissime dicitur, omnis natura inquantum natura est: quia si incorruptibilis est, melior est quã corruptibilis: si autem corruptibilis est, quoniã dum corrumpitur minus bona fit, sine dubitatione bona est. Omnis autem natura aut corruptibilis est, aut incorruptibilis: omnis ergo natura bona est. Naturam voco quę & substantia dici solet. Omnis igitur substantia aut deus, aut ex deo: quia omne bonũ, aut deus, aut ex deo. Quibus constitutis atque firmatis tanquam in capite ratiocinatiõis nostræ, attende quid dicã. Omnis ergo natura rationalis quæ cum libero voluntatis arbitrio condita est, si manet in fruendo summo atque incommutabili bono, proculdubio laudanda est: & omnis quæ tẽdit vt maneat, etiam ipsa laudanda est. Omnis autem quæ non in eo manet, & non vult agere ut maneat, inquantum ibi non est, & inquãtum non id agit vt ibi sit, vituperanda est. Si ergo laudatur rationalis natura quę est facta, nemo dubitat laudandum esse qui fecit. Et si vituperatur, nemo dubitat eius conditorẽ in ipsa eius vituperatione laudari. Cum enim propterea vituperamus hanc, quoniam summo & incommutabili bono, id est creatore suo frui non vult, illum sine vlla dubitatione laudamus. Quantum ergo bonum, & quam vel ineffabiliter linguis omnibus vel ineffabiliter cogitationibus omnibus prædicandus & honorandus est creator omnium deus, sine cuius laude nec laudari possumus nec vituperari? Non enim vituperari possumus, quia in eo non manemus, nisi quia magnum & summum & primũ nostrum bonum est, manere in illo. Vnde autem hoc, nisi quia ille ineffabile bonum est? Quid ergo inueniri potest in nostris peccatis vnde ille vituperetur, quando vituperatio peccatorum nostrorum nulla est, nisi ille laudetur? Quid q; etiam in ipsis rebus quæ vituperantur, nullius vituperatur nisi vitium? Nullus autem vituperat vitium, nisi cuius natura laudatur. Aut enim secundum naturam est quod vituperas, & nõ est vitiũ, tuq; magis emendandus es, vt recte vituperare noueris, quã illud quod

Siue laudet. siue vituperet rõnalis creatura, semp laudatur deus.

Nulla ẽ vituperatio peccatorũ nrorum nisi laudetur deus.

Oē vitiū eoipso qđ vitium ē cōtrā naturam.

quod non recte vituperas, aut si vitium est, vt recte vituperari possit, etiam contra naturam sit necesse est. Omne quippe vitium, eoipso quo vitium est, contra naturam est. Si enim naturæ non nocet, nec vitium est: si autē ga nocet ideo vitiū est, ideo vitiū est ga cōtra naturam est. Quod si non suo, sed alieno vitio aliqua natura corrūpitur, iniuste vituperatur, & quęrendum est vtrum illa natura non corrumpatur vitio suo, cuius vitio potuit alia natura corrumpi. Sed quid est aliud vitiari, nisi vitio corrumpi? Porro natura quæ non vitiatur, caret vitio, cuius aūt vitio alia natura corrūpitur, habet vtiq; vitium. Prior ergo vitiosa est, & prior corrumpitur vitio suo, cuius vitio alia quoq; corrumpi potest. Ex quo colligitur contra naturam esse omne vitium, etiam eius rei cuius est vitium. Quapropter quoniam in quacunq; re non vituperatur nisi vitium, ideo autem vitium est, quia contra naturam eius rei est cuius est vitiū: nullius rei recte vituperatur vitium, nisi cuius natura laudatur. Non enim tibi recte in vitio displicet, nisi quia vitiat quod in natura placet.

Nullius rei vituperaē vitiū nisi cuius natura laudatur.

An oīs corruptio a vitio.

VIDENDVM Est etiam illud, vtrum vere dicatur aliquam naturam naturę alterius vitio corrumpi, nullo adiuncto vitio suo. Si enim natura quę accedit cum vitio suo ad aliam corrumpendam, non in ea corruptibile aliquid inuenit, non eam corrumpit. Si autem inuenit, adiuncto eius vitio corruptionem eius operatur. Potētior enim ab infirmiore si corrumpi nolit, non corrumpitur: si autem velit, prius incipit suo vitio corrumpi quā alieno. Aequalis autem ab æquali nihilominus si corrumpi nolit, non potest. Nam quęcunque natura cum vitio ad eam quę sine vitio est, vt corrumpat accedit, eoipso nō accedit equalis, sed infirmior vitio suo. Si vero potentior inualidiorē corrūpit, aut vtriusq; vitio fit, si vtriusq; praua cupiditate fit: aut vitio potētioris, si naturę tanta præstantia est, vt inferiorē quā corrūpit, etiā vitiosa præcedat. Quis enim recte vituperauerit fructus terrę, quod homines eis non vtantur bene, corruptiq; vitio suo, corrumpant eos abutendo ad luxuriam: cum tamen dubitare dementis sit præstantiorem potentioremque esse hominis naturam etiam vitiosam, quam non vitiosas quasque fruges? Potest etiā fieri vt aliquam inferiorem potētior natura corrumpat, & hoc nullius earum vitio fiat. Siquidem vitium dicimus, quod vituperatione dignum est. Quis autē vel frugalē hominem nihil aliud de frugibus, quam supplementa naturę quęritantem, vituperare audeat, aut easdem fruges quod vsu ciborum eius corrūpantur? Talis enim nec vsitate corruptio dicitur, quia maxime vitij nomen solet esse corruptio, Nam & illud in rebus

in rebus facile animaduerti potest, quod plerunque in nonnullos vsus explēdæ indigentiæ suæ natura potentior inferiorem corrūpit: vel iustitiæ ordine dum Vindicat culpam, ex qua regula illud dictum est ab Apostolo. Si quis templum dei corruperit, corrumpet illū deus. Vel ordine mutabiliū rerū sibi cedentiū secundū leges cōgruentissimas, p valentia cuiusque partis vniuersitati datas. Neque enim si cuiusquā oculos pro naturę suæ modulo ferendæ lucis inualidos, sol fulgore corrumpat, aut ad explendam indigētiam sui luminis eos commutare putandus est, aut id facere vllo vitio suo: aut saltē ipsi oculi vituperandi sunt, quia & domino suo cesserunt vt contra lucem aperirentur, & ipsi luci vt corrumperentur. Omnium igitur corruptionum sola quæ vitiosa est corruptio recte vituperatur: cæterę autem aut nec corruptiones quidem dicendæ sunt, aut certe quia vitiosæ non sunt, dignæ vituperatione esse nō possunt. Nā & ipsa vituperatio, q; soli vitio parata, id est apta & debita sit, inde traxisse vocabulum creditur, vt vituperatio diceretur. Vitium autem, vt dicere cœperam, non aliunde malum est, nisi quia naturę aduersatur: eius ipsius rei cuius est vitium. Vnde manifestum est hanc eandem rē cuius est vitium vituperatur, natura esse laudabilē, ita vt omnino hanc ipsam vituperationem vitiorum, naturarum laudem esse fateamur, earum scilicet quarum vitia vituperantur. Quia enim vitium naturæ aduersatur, tantum additur malitiæ vitiorum, quantum naturarum integritati minuitur. Cum ergo vituperas vitiū, ad id profecto laudas cuius integritatem desideras. Cuius autem nisi naturę integritatem? Natura.n. perfecta, non solum nulla vituperatione, sed etiam laude in suo genere digna est. Quod ergo perfectioni naturæ deesse perspexeris, id vocas vitium, satis tibi eam placere contestans, quā vituperatiōe imperfectionis eius velles esse pfectā.

Comparatio.

Vitiū ideo malum ga eius rei naturę aduersat cuius ē vitium.

SI igitur vituperatio vitiorum ipsarum etiā quarū et ī vitiosis laus sunt vitia naturarum decus dignitatemq; commendat, dandus deus, quanto magis deus conditor omnium naturarum etiam in earum vitijs laudandus est, cum & hoc ab illo habeant quod naturæ sunt, & intantum vitiosæ sint, inquantum ab eius a quo factę sunt arte discedunt, & intantum recte vituperentur, inquantum earum vituperator artē qua factę sunt videt, vt hoc in eis vituperet, quod ibi nō videt. Ipsi ars ipsa per quā facta sunt omnia, hoc est summa & incommutabilis sapientiam dei, vere summeque est sicuti est, respice quo tēdat quicquid ab ipsa discedit. Defectus nō ēē Qui tamen defectus non esset vituperatione dignus nisi vituperatiōe dī esset voluntarius. Attende enim quęso, vtrum recte vitu gnus nisi esset peres quod ita est sicuti esse debuit, Nō opinor, sed vtiq; voluntarius.

CAP. XV.

quod non ita est vt debuit. Nemo autem debet quod nō accepit. Et quisquis debet, cui debet, nisi a quo accepit vt debeat? Nam & quæ redduntur traslegando, ei redditur qui translegauerat. Et quod creditorum iustis successoribus redditur, ipsis vtique redditur quibus isti iure succedunt. Aliter non redditio, sed cessio vel admissio, vel siquid aliud huiusce modi nominanda est. Quapropter omnia temporalia quæ in hoc rerum ordine ita locata sunt, vt nisi deficiant, non possint præteritis futura succedere, vt tota temporum in suo genere pulchritudo peragatur, absurdissime dicimus non debere deficere. Quantum enim acceperunt, tantum agunt, & tantum reddunt ei cui debent quod sunt inquantūcunque sunt. Qui enim dolet ea deficere, sermonem suum oportet attendat, eo certe ipso quod ista conqueritur, si iustum & a prudentia profectum esse arbitratur: cuius sermonis quod ad sonum eius attinet, si quis vnam particulam diligat, nec eā velit cæteris deficiendo locū dare, quibus decedentibus & succedentibus totus ille sermo contexitur, mirabilis demētiæ iudicabitur. In ijs igitur rebus quæ ideo deficiunt, quia non vltra esse acceperunt, vt suis temporibus omnia peragantur, nemo defectum recte vituperat, quia nemo potest dicere, debuit permanere, cum acceptas metas trāsire non posset. In creaturis autem rationabilibus, quibus siue peccantibus siue non peccantibus, vniuersalis pulchritudo modis congruentissimis terminatur, aut nulla peccata sunt, quod absurdissimum est dicere: peccat enim saltem qui vel damnat quasi peccata quæ nulla sunt: aut non sunt vituperanda peccata, quod nihilominus absurdum est. Incipient quippe nec recte facta laudari, & tota turbabitur humanæ mentis intentio, vitamque subuertet: aut vituperabitur factum quod ita factum est vt debuit & execrabilis insania, vel vt mitius loquar, error miserrimus orietur: aut si cogit Verissima ratio, sicuti cogit, vt & vituperentur peccata, & quicquid recte vituperatur ideo vituperetur, quia non est ita vt esse debuit, quære quid debeat natura peccatrix, & inuenies recte factum, quære cui debeat, & inuenies deum. A quo enim accepit posse recte facere cum velit, ab eo accepit vt sit etiam misera, si nō fecerit & beata, si fecerit. Quia .n. nemo supat leges oīpotētis creatoris, nō sinit aīa nō reddere debitū. Aut n. reddit bene vtendo qđ accepit, aut reddit amittendo quo bene vti noluit. Itaq; si non reddit faciendo iustitiā reddet patiendo miseriā: quia in Vtroque Verbum illud debiti sonat. Hoc enim etiam modo dici potuit quod dictum est, si non reddit faciendo quod debet, reddet patiendo quod debet. Nullo autem temporis interuallo ista diuiduntur,

A deo accepit creatura rōnalis vt sit beata si fecerit & misera si nō fecerit.

uidūtur, vt quasi alio tēpore nō faciat quod debet, & alio patiatur quod debet, ne vel puncto temporis vniuersalis pulchritudo turpetur, vt sit in ea peccati dedecus sine decore vindictę. Sed in futurum iudicium seruatur ad manifestationem atq; acerrimum sensum miseriæ, qcquid nūc occultissime vindicat. Sicut .n. q nō vigilat, dormit: sic quisquis nō facit qđ debet, sine interuallo patit qđ debet, qm̄ tāta est beatitudo iustitiæ, vt nemo ab ea nisi ad miseriā possit abscedere. In oīb⁹ ergo defectibus aut nō acceperūt vltra esse quę deficiūt, et nulla cupa est: sicut & cū sunt, quia non acceperunt amplius esse quam sunt, nihilominus nulla culpa est: aut nolunt esse, quod si vellent, esse acciperent: & quia bonum est, reatus est si nolint.

Qui nō facit q̄ debet, patit q̄ debet.

DEVS autem nulli debet aliquid, quia omnia gratuito præstat. Et si quisquā dicet ab illo aliquid deberi meritis suis, certe vt esset non ei debebatur. Nō enim erat cui deberetur. Et tamen, quod meritum est, conuertere ad eum ex quo es, vt ex ipso etiam melior sis, ex quo habes vt sis. Quid ergo ei prærogas, vt tanquam debitū poscas, quando si nolles ad eum conuerti, nihil ei deesset tibi: autem ipse sine quo nihil esses, & ex quo ita es aliquid, vt nisi conuertendo te ad illum, reddideris ei quod ab ipso es, non quidem nihil, sed miser tamen eris? Omnia ergo illi debent, primo quicquid sunt, inquantum naturę sunt. Deinde quicquid melius possunt esse si velint, quæcunque acceperunt vt velint, aut quicquid oportet eas esse. Ex eo igitur quod non accepit, nullus reus est: ex eo vero quod nō facit quod debet, iuste reus est. Debet autem si accepit & voluntatem liberam & sufficientissimam facultatem. Vsqueadeo autem dum non facit quisque quod debet, nulla culpa est conditoris, vt & laus sit, quoniam quod debet patitur, & in eo ipso q̄ vituperatur non faciendo quod debet, non nisi laudetur ille cui debet. Si enim tu laudaris videndo quid facere debeas, cum id nō videas, nisi in illo qui est incommutabilis veritas: quanto magis ille qui & velle præcepit, & posse præbuit, & non impune nolle permisit? Si enim hoc debet quisq; quod accepit, & sic homo factus est vt necessario peccet: hoc debet vt peccet. Cū ergo peccat, quod debet facit. Quod si scelus est dicere, neminem natura sua cogit vt peccet, sed nec aliena. Non enim quisquis dum id quod non vult patitur, peccat. Nam si iuste patitur, non in eo peccat quod patitur inuitus, sed in eo peccauit quod ita fecit volens, vt quod nollet iure pateretur. Si autem iniuste patitur, qīo peccat? Non .n. iniuste aliqđ pati, sed iiuste aliqđ facere peccatū ē. Quod si nec sua neque aliena natura quis peccare cogit, restat

Ex eo qđ non accepit nemo reus est. CA. XVI. Deus gratuito nobis oia p̄stat.

Nemo reus ex eo qđ nō accepit, sz qa nō facit qđ dz, ideo reus est.

1. Retract. c. 9.

Nō iniuste aliqđ pati, sz iniuste aliqđ faceř peccatum est.

volũtati nostrę et nõ ꝺo sũt tri buẽda peccata, obid, filius hois veniẽ q̃reꝝ qppe rierat, nõ ꝙ pdi derat. Luc. 19. et nõ fuit missus nisi ad oues pditas domus Israel, nõ quas ipse pdide rat. Io. Quãob rem, p discipulis orãs Ioã. 17. in q̃t, oẽs quos de disti mihi seruaui et nullus ex eis pĩt, nisi filius pditiõis (nõ quẽ pdidi, sz q̃ seipsum pdidit) vt scriptura impleretur.

Nullo mõ pñd eo peccata tribui.

Universidad de Deusto Biblioteca

vt propria voluntate peccetur. Quod si tribuere voluntoris conditori, peccantẽ purgabis, qui nihil ꝑter sui cõditoris iñstituta cõmisit. Qui si recte defendit, nõ peccauit: Nõ est ergo quod tribuas cõditori. Laudemus ergo cõditorem, si potest defendi peccator, laudemus si non potest. Si. n. iuste defenditur ẽ, nõ peccator, lauda ergo creatorem. Si autem defendi nõ potest, intantũ peccator est, inquantum se a creatore auertit, lauda ergo creatorem. Omnino igitur non inuenio, nec inueniri posse & prosus non esse confirmo, quomodo tribuantur peccata nostra creatori nostro deo: quanto & in ipsis eum laudabilẽ inuenio, nõ solũ quod ea punit, sed etiã qđ tũc fiunt, cũ ab eius veritate recedit. ꝫ. Accipio ista libẽtissime ac ꝓbo, & oĩno verũ esse consentio, nullo modo fieri posse vt creatori nostro recte peccata nostra tribuantur.

Vnde mala voluntas. CAP. XVII.

SED tamen scire vellẽ si fieri posset, quare illa natura non peccet, quam non peccaturam præsciuit deus, & quare ista peccet, quæ ab ipso peccatura præuisa est. Nõ enim iã puto, ipsa dei prescientia vel iſtam peccare, vel illam non peccare cogi. Sed tamen si nulla causa esset, non ita diſperiretur creatura rationalis, vt alia nũquã peccet, alia in peccando perseueret, alia quasi media inter vtrasq̃ aliquãdo peccet, aliquando ad recte faciendũ conuertatur. Quæ causa in has tres partes eã distribuit? Sed nolo mihi respondeatur, voluntas. Ego enim causam quæro ipsius voluntatis. Non enim sine causa nunquam vult illa peccare, nunquam ista non vult, quędã vero aliquãdo vult, aliquando nõ vult, cum ciuſdẽ generis omnes sint. Hoc solũ enim mihi videre videor nõ sine causa esse istã tripartitam voluntatẽ rationalis creaturę, sed quæ causa sit nescio. A. Quoniam voluntas est causa peccati, tu autem causam ipsius voluntatis inquiris, si hanc inuenire potuero, nonne causam etiam eius cauſę quę inuẽta fuerit quęsiturus es? Et quis erit quęrẽdi modus, quis finis percunctandi ac differendi, cum te vltrò radicem quærere nihil oporteat? Caue enim putes quicquã potuisse dici verius quam id quod dictum est, radicem omniũ malorum esse auaritiã, hoc est plus velle quam sat est. Tantũ autem sat est, quantum sibi exigit naturę in suo genere conseruandæ modus. Auaritia enim quę Græce φιλαργυρία dicitur, nõ in solo argento vel in nũmis, vnde magis nomem duxisse resonat: argento, nummi vel mixto argento frequentius apud veteres fiebant; sed in oĩbus rebus quę ĩmoderate cupiũtur intelligenda est, vbicunq̃ omnino plus vult quisq̃ quã sat est. Hęc autẽ auaritia cupiditas est, cupiditas porro improba voluntas est. Ergo improba volũtas, malorũ omniũ causa

Radix oĩum malorum auaritia.

Auaritia vñ & in q̃bus rebus.

causa est. Quę si secundum naturã esset, cõseruaret vtiq̃ naturã, nec ei perniciosa esset, & ideo nõ esset improba. Vnde colligitur radicẽ omniũ malorũ non esse secundũ naturã, quod sufficit aduersus omnes qui volunt accusare naturas. Tu autẽ si huius radicis causam requiris, quomodo erit ista radix omnium malorũ? Illa enim erit quę causa huius est, quã cũ inueneris, vt dixi, etiã ipsius causam quęsiturus es, & quęrendi nullum habebis modum. Sed quę tandem esse poterit ante voluntatẽ causa voluntatis? Aut enim & ipsa Voluntas est, & a radice ista voluntatis nõ recedit: aut non est volũtas, & peccatum nullum habet. Aut igitur ipsa Voluntas est prima causa peccandi, aut nullũ peccatum est prima causa peccandi. Nec est cui recte imputetur peccatum niſi peccãti. Non est ergo cui recte imputetur niſi volenti. Sed nescio cur aliud te quęrere libeat. Deinde quęcunquæ illa causa est voluntatis aut iusta profecto est, aut iniusta. Si iusta, quiſquis ei obtẽperauerit, nõ peccabit. Si iniusta, non ei obtemperet, & non peccabit.

1 Retra. ca. 9.

2. sen. di. 41. ca. si autem.

Peccatũ nõ recte imputaꝛ niſi volenti.

ANforte violẽta est & cogit inuitũ? Num eadẽ toties replicaturi sumus? Reminiſcere superiorum, quæ a nobis tam multa de peccato & voluntate libera dicta sunt. Sed si laborioſum est omnia mandare memoriæ, hoc breuiſsimum tene. Quęcunq̃ ista causa est volũtatis, si nõ ei potest resiſti, sine peccato ei ceditur: si autẽ potest non ei cedatur, & non peccabitur. An forte fallit incautum? Ergo caueat ne fallatur. An tanta fallacia est, vt caueri omnino non possit? Si ita est, nulla peccata sunt. Quis. n. peccat in eo quod nullo modo caueri potest? Peccatur autẽ. Caueri igitur potest. Et tamen etiam per ignorantiam facta quædam improbantur, & corrigẽda iudicãtur, sicut in diuinis authoritatibus legimus. Ait. n. Apoſtolus: Miſericordiam consecutus sum, quia ignorans feci. Ait & Propheta: Delicta iuuentutis & ignorãtię meę ne memineris. Sunt etiam necessitate facta improbanda, vbi vult homo recte facere, & non potest: nam vnde sunt illæ voces, Non enim quod volo facio bonum, sed quod nolo malum, hoc ago. Et illud Velle adiacet mihi, perficere autem bonũ non inuenio. Et illud, Caro concupiſcit aduersus spiritũ, spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim inuicem aduersantur, vt nõ ea quæ vultis faciatis. Sed hæc omnia hominũ sunt, ex illa mortis damnatione venientiũ: nã si non est ista pœna hominis, sed natura, nulla ista peccata sunt. Si. n. non recedit ab eo modo quo naturaliter factus est, ita vt melius esse non possit, ea quæ debet facit, cum hæc facit. Si autem bonus homo esset, aliter esset: nunc autẽ quia ita est, nõ est bonus, nec habet in potestate vt bo-

Etiã ꝓ ignorãtia aut necessitatẽ admiſſa imputãtur iterdũ.

CAP. XVIII.

1. Retra. cap. 9.

2. sen. di. 28. ca. quod vero.

Ee natura & gra. cap. 67.

2. sen. di. 36. ca. quod autẽ, et c. illud autem.

1. Thi. 1.

Roma. 7. Gal. 5.

nus sit: siue nō vidēdo qualis esse, debeat, siue vidēdo et nō valēdo esse, qualē debere esse se videt: pœnā istam et se quis dubitet? Omnis autē pœna si iusta ē, peccati pœna est, & supplicium nominatur: si autem iniusta est pœna, quoniam pœnā esse nemo ambigit, iniusto aliquo damnante homini imposita est. Porro quia de omnipotentia dei & iustitia dubitare dementis est, iusta hęc pœna est, & pro peccato aliquo penditur. Non enim quisquā iniustus dominator aut furripere hominē potuit, velut ignorante deo: aut extorquere inuito, tanquam inualidiori, vel terrendo vel confligendo, vt hominem iniusta pœna cruciaret. Relinquitur ergo vt hæc iusta pœna de damnatione hominis veniat. Nec mirandū est quod vel ignorando non habeat arbitrium liberum Voluntatis ad eligendum quid recte faciat: vel resistente carnali consuetudine, quę violētia mortalis successionis quodā modo natura iter inoleuit, videat quid recte faciendum sit, & velit, nec possit implere. Illa est enim peccati pœna iustissima, vt amittat vnusquisq; quo bene vti noluit, cū sine vlla possit difficultate, si vellet. Id est autem, vt qui sciens recte non facit, amittat scire quid sit rectum: & qui recte facere cum posset, noluit, amittat posse cum velit. Nam sunt reuera omni peccāti animę duo ista pœnalia, ignorantia & difficultas. Ex ignorantia dehonestat error, ex difficultate cruciatus affligit. Sed approbare falsa pro veris, vt erret inuitus, & resistente atq; torquēte dolore carnalis vinculi, non posse a libidinosis operibus temperare, non est natura instituti hominis, sed pœna damnati. Cum autem de libera voluntate recte faciendi loquimur, de illa scilicet, in qua homo factus est, loquimur.

z. sen. distin. 36. cap. & ideo.

Hō absque deo pōn potest aliū hominē excruciare, idē et fusius i psa. Ps. 29. i T. S. & in. 1. T. horum opus.

1. Retract. 9. 3. sent. distī. 15. cap. tradit.

HIC Occurrit illa quęstio, quam inter se murmurantes homines rodere consueuerunt, qui quodlibet aliud in peccando quam se accusare parati sunt. Dicunt enim, si Adam & Eua pecauerunt, quid nos miseri fecimus, vt cum ignorantię cęcitate, & difficultatis cruciatibus nasceremur, & primo erraremus, nescientes quid nobis esset faciendum, deinde vbi nobis inciperent aperiri præcepta iustitiæ, vellemus ea facere, & renitente carnalis concupiscentiæ nescio qua necessitate non valeremus? Quibus breuiter respondetur vt quiescant, & aduersus deū murmurare desistant. Rectæ. n. fortasse quererētur, si erroris & libidinis nullus hominum victor existeret: cum vero vbiq; sit prsens, qui multis modis per creaturam sibi domino seruientē auersum vocet, doceat crē dentem, consoletur sperantē, diligentē exhortetur, cōtem adiuuet, exaudiat deprecantē: nō tibi deputatur ad culpā, quod inuitus ignoras, sed quod negligis quærere quod

Quomdo Ade & Euæ peccata fiant nostra.

CAP. XIX.

Non reputatur ad culpā quod

quod ignoras, neque illud, quod vulnerata membra nō colligis, sed quod volentē sanare contēnis. Ista tua propria peccata sunt. Nulli. n. homini ablatū est scire vtiliter quærere, quod inutiliter ignorat, & humiliter confitē dō esse imbecillitatē, vt quęrenti & confitenti ille subueniat, qui nec errat dum subuenit, nec laborat. Nam illud quod ignorans quisq; nō recte facit, & quod rectē volēs facere nō potest, ideo dicūtur peccata, quia de peccato illo liberę voluntatis originē ducunt. Illud. n. precedens meruit ista sequētia: nā sicut linguā dicimus nō solū mēbrum quod mouemus in ore dum loquimur, sed etiā illud quod huius mēbri motum consequitur, id est formā tenoremque verborum, secundum quem modum dicitur alia lingua Græca, alia Latina: sic non solum peccatum illud dicimus quod propriæ vocatur peccatū, libera. n. voluntate & ab sciente cōmittitur: sed etiam illud quod iam de huius supplicio cōsequatur necesse est. Sic etiam ipsam naturam aliter dicimus, cū proprie loquimur naturā hominis, in qua primum in suo genere inculpabilis factus est: aliter istam, in qua ex illius damnati pœna, & mortales, & ignari, & carni subditi nascimur. Iuxta quē modum dicit Apostolus: Fuimus enim & nos naturaliter filii iræ, sicut & cęteri.

Ephe. 2.

Quō peccatū originis demanarit ad posteros.

CAP. XX.

Gene. 3.

Placuit deo vt i ortu hoīs originaliter appareret iustitia puniētis, etī puectus misericordia liberātis, sz vide c. 11. & 12. d co. & gzā T. 7. & i. 3. T. ho. op. & 13. d trini. c. 14. in Tom. 3

VT Autem de illo primo coniugio, & cum ignorantia, & cum difficultate, & cū mortalitate nascamur, quo iam illi cum peccauissent, & in errorē, & in erumnam, & in mortē pcipitati sunt, rerū moderatori sūmo deo iustissime placuit: vt & in ortu hominis originaliter appareret iustitia puniētis, & in prouectu misericordia liberātis. Non. n. dānato primo homini sic adempta est beatitudo, ut etiam fœcunditas adimeretur. Poterat enim & de prole eius, quanuis carnali & mortali, aliquod in suo genere fieri decus ornamentumque terrarum. Iam vero vt meliores gigneret quam ipse esset, non errat æquitatis: sed ex conuersione ad deum vt vinceret quisq; supplicium, quod origo eius ex auersione meruerat, non solum volentem nō prohiberi, sed etiam adiuuari oportebat: sic enim rerum creator ostendit, quāta facilitate potuisset homo, si voluisset retinere quod factus est, cū proles eius potuit etiam superare quod nata est. Deinde si una anima facta est, ex qua omnium hominum animę trahuntur nascentium, quis potest dicere non se peccasse, cum primus ille peccauit? Si autem sigillatim fiunt in vnoquoque nascentium, non est peruersum, imo conuenientissimum & ordinatissimum apparet, vt malum meritum prioris, natura sequentis sit: & bonum meritum sequentis, natura prioris sit. Quid enim indignum, si etiam sic voluit creator ostendere, vsque adeo

ignoramus, sed quod negligemus q̄rē quod ignoramus.

excellere creaturis corporeis animę dignitate, vt ab eo gradu posſit eſſe ortus alterius, ad quē alterius perductus eſt occaſus? Nam cū ad ignorantiā difficultatēque peruenerit illa peccatrix, ideo pœna recte dicitur, quia melior ante hanc pœnā fuit. Si ergo altera talis eſſe coepit, nō ſolum ante peccatū, ſed ante omnē vitam ſuam, qualis alia poſt vitā culpabilē facta eſt, non paruum bonū habet, vnde conditori ſuo gratias agat: quia ipſe ortus eius & inchoatio quouis perfecto corpore eſt melior. Non enim mediocria bona ſunt nō ſolū ꝙ anima eſt, qua natura iam omne corpus præcedit, ſed etiam ꝙ facultatem habet, vt adiuuante creatore ſeipſam excolat, & pio ſtudio poſſit omnes acquirere & capere virtutes, per quas & a difficultate cruciante, & ab ignorantia cæcante libereatur: Quod ſi ita eſt, non erit naſcentibus animis ignorantia & difficultas ſuppliciū peccati, ſed proficiendi admonitio & perfectionis exordiū. Non enim ante omne meritum boni operis parū eſt accepiſſe naturale iudiciū, quo ſapientiā præponat errori, & quietem difficultati, vt ad hæc non naſcendo, ſed ſtudendo perueniat. Quod ſi agere noluerit, peccati rea iure tenebit, tanquam quæ non bene vſa ſit ea facultate quam accepit. Quanquam enim in ignorantia & difficultate nata ſit, nō tamen ad permanēdū in eo quod nata eſt, aliqua neceſſitate cōprimitur: neque omnino potuit, niſi deus omnipotens eſſet etiā talium creator animarum, quas & nō dilectus ipſe facit, & diligens eas reficiat, & dilectus ipſe perficiat: qui & non exiſtentibus præſtat vt ſint, & amantibus eum a quo ſunt, præſtat vt beatæ ſint. Si vero in dei aliquo ſecreto iā exiſtentes animę mittūtur ad inſpiranda & regenda corpora ſingulorum quorumꝙ naſcentium, ad hoc vtique mittuntur officiū, vt corpus quod de pœna peccati, hoc eſt de mortalitate primi hominis naſcitur, bene adminiſtrando, id eſt caſtigādo per virtutes, & ordinatiſſime atque legitime ſeruiruti ſubiiciendo, & ipſi cōparent ordine atque tēpore opportuno cœleſtis incorruptionis locū. Quæ cum introeunt in hanc vitam, ſubeuntꝙ geſtanda membra mortalia, ſubeant etiam neceſſe eſt & obliuionē vitæ prioris, & præſentis laborem: vnde illa ignorantia & difficultas conſequitur, quod in primo homine ſupplicium mortalitatis fuit, ad animi expendendam miſeriā: in iſtis autem in nua miniſterii ad reparandam corporis incorruptionē: nam hoc quoque, modo non dicuntur iſta peccata, niſi quia caro de propagine veniens peccatoris, venientibus ad ſe animis hanc ignorantiam & difficultatem facit, quæ neque his neque creatori tanquam culpāda tribuatur. Dedit enim ille & facultatem bene operandi in laborioſis

Ante omne meritū accepimus naturale iudiciū quo bonū a malo diſcernimus, aliter homies nō eēmus, ſi talis virtus in nobis nō remāſiſſet ī de ſpū et lit. 28. ī T. 3. & ī 3. To. ho. opu.

laborioſis officiis, & viam fidei in obliuionis cæcitate. Indicium illud vel maxime, quod anima omnis & quærendum eſſe concedit quod inuiliter neſcit, & perſeuerāter in officioſis laboribus enitendum ad euincendā recte faciendi difficultatem, & opem a creatore imploranda: vt conantem adiuuet, qui vel extrinſecus lege, vel in intimis cordis allocutione conandum eſſe præcepit, & præparat ciuitatis beatiſſimę gloriam, triumphantibus de illo, qui primum hominem ad iſtam miſeriā perduxit, victum peſſima ſuaſione: quam miſeriam iſti ſuſcipiunt ad eum vincendum optima fide: non enim paruæ gloriæ militia eſt diabolum vincere eodem ſuſcepto ſupplicio, quo ſe ille hominem victū perduxiſſe gloriatur. Quiſquis autem hoc iſtius vitæ captus amore neglexerit, nullo pacto iuſte flagitium deſertionis ſuę regis imperio deputabit: ſed erit potius ſub omnium domino in eius partibus ordinatus, cuius turpe ſtipendium vt caſtra ſua deſereret, ada mauit. Si autem alibi animæ conſtitutæ non mittuntur a domino deo, ſed ſua ſponte ad inhabitanda corpora veniunt, facile eſt iā hoc videre, quic quid ignorantiæ difficultatiſq; ſecutum fuerit earum propriam voluntatem, nullo modo creatorem hinc eſſe culpandū: quandoquidem etiam ſi eas ipſe miſiſſet, quibus etiā in ipſa ignorantia & difficultate liberam voluntatē petendi & quærendi & conandi non abſtulit, daturus petentibus, demonſtraturus quærentibus, pulſantibus aperturus, omnino extra culpam eſſet. Hanc enim ignorantiam & difficultatem ſtudioſis & benevolis euincendam, ad coronam gloriæ valere præſtaret: negligētibus autem & peccata ſua de infirmitate defendere volentibus, non ipſam ignorantiam difficultatemq; pro crimine obiiceret: ſed quia in eis potius permanere, quam ſtudio quærendi date diſcendi, & humilitate confitendi atque orandi, ad veritatem ac facilitetem peruenire voluerunt, iuſto ſupplicio vindicaret.

CAP. XXI.

Varię de alarū origine ſnīa.

HARVM Autem quatuor de anima ſententiarum, vtrum de propagine veniant, an in ſingulis quibuſque naſcentibus nouæ fiant, an in corpora naſcentium iam alicubi exiſtētes, vel mittanī diuinitus, vel inde ſua ſpōte labanī, nullā temere affirmare oportebit. Aut, n. nondū iſta quęſtio a diuinorū librorū catholicis tractatoribus, pmerito ſuę obſcuritatis & pplexitatis euoluta atque illuſtrata eſt: aut ſi iam factū eſt, nondū in manus noſtras huiuſcemodi literę peruenerunt. Tantum adſit fides, nihil de ſubſtantia creatoris falſum indignumq; ſentiendi. Ad illum enim tendimus itinere pietatis. Si ergo aliud de illo ſenſerimus quam eſt, intentio noſtra nō in beatitatē, ſed in vanitatem nos ire compellet. De creatura

De creatore nō aliter ſentiēdū quā ē, de creatura ꝙ dūmō nō determiemus nullū eſt periculū.

tura vero si quid aliter quam sese habet sentirimus, dū modo nō id pro cognito perceptoq; teneamus, nullum periculum est. Non enim ad creaturam iubemur tendere vt efficiamur beati, sed ad ipsum creatorem: de quo si aliud quam oportet, ac sese res habet, nobis persuadetur, pernicioſissimo errore decipimur. Ad hoc enim pergendo, quod aut non est, aut si est, non facit beatos, ad beatam vitam nullus peruenire potest. Sed ad contemplandam veritatis æternitatem, vt ea perfrui eique inhærere valeamus, infirmitati nostræ via de temporalibus procurata est, vt quantū itineri sufficit ad æterna tendētiū præterita & futura credamus. Quę fidei disciplina, vt authoritate prepolleat, diuina misericordia gubernat. Præsentia, vero quantum ad creaturam pertinet, in corporis & animi mobilitate & mutabilitate, quasi transeuntia sentiuntur. In quibus quicquid non experimur, cognitione qualicunq; tenere non possumus. Quæcunq; ergo nobis de quibuscunque creaturis vel præterita vel futura diuina authoritate credenda narrantur, quanuis partim prius quam ea sentire potuerimus præterierint, partim nondū in nostros sensus peruenerint, tamē quia plurimū valent ad roborandam spem nostram, & exhortandam dilectionem, dum nobis commendat per ordinatiſſimam seriem temporum, quam non negligat liberationem nostram deus, sine vlla dubitatione credenda sunt. Sed quiſquis error personam sibi diuinę authoritatis assumit, ea maxime ratione refellitur, si aut aliquam vel mutabilem speciem præter creaturam dei, aut aliquā mutabilem speciem in substantia dei credere aut affirmare cōuincitur: eāque substantiā dei vel plus vel minus quā trinitatem esse contendit: cui trinitati pieſobrieq; intelligendę, omnis excubat vigilantia Christiana, & omnis eius proiectus intenditur. De cuius trinitatis vnitate et æqualitate, & singularum in ea personarum quadā proprietate, non hic locus est disserendi. Nam cōmemorare quędam de domino deo authore & formatore & ordinatore rerum omnium, quæ ad salluberrimā fidem pertineant, & quibus lactens atq; a terrenis in cœlestia se attollere incipiens, vtiliter adminiculetur intentio, et factu facillimū & a pleriſq; iā factitatū est. Pertractare autē istam totā, atq; ita ꝑtractare q̄stionē, vt pſpicuę rationi quā in hac vita datur, oīs humana intelligētia subiugetur: non modo eloquio, sed ne cogitatione quidem, vel cuiquam hominum, vel certe nobis satis expeditum & facile aggredi tendum videri potest. Nunc ergo, vt quod instituimus, quantum adiuuamur, & quantum sinimur peragamus. Quęcunque nobis, quantum ad creaturam pertinet, vel narrantur præterita, vel prænunciantur futura,

tura, quę ad commendandam valeant integram religionem, excitando nos ad syncerisſimam dilectionem dei & proximi, sine dubitatione credenda sunt. Aduersus incredulos autem hactenus defendenda, vt vel ſmole authoritatis infidelitas eorū obteratur, vel eis ostēdatur quātum potest primo quam non sit stultum talia credere, deinde quam sit stultum talia non credere. Veruntamen falsam doctrinam non tam de præteritis & futuris, quā de præsentibus, & maxime de incommutabilibus oportet refellere, & quantum datur perſpicua ratione cōuincere. Sane in serie temporalium, inquisitioni præteritorum fururorum expectatio præferenda est. Quandoquidem etiam in diuinis libris ea, quę præterita narrantur, vel prefigurationem futurorum, vel pollicitationem vel testificationem præ se gerunt. Et reuera in iis etiam quę ad hanc vitam pertinent prosperis aduersisque rebus quid quiſq; fuerit, non satis curat. In id vero quod futurum speratur, sese omnis curarum æstus agglomerat. Nescio quo quippe intimo naturalique sensu, ea quę nobis acciderunt, quoniam transacta sunt, ſic habentur ad momentum felicitatis & miseriæ, quaſi nunquam accidiſſent. Quid igitur mihi obest, si esse quando cœperim nescio, cum esse me nouerim, nec futurum esse desperē? Non enim in præterita me attendo, vt tanquam errorem pernicioſissimum verear, si aliter de iis sensero quā fuerint: sed in id quod futurus sum, cursum dirigo duce misericordia conditoris mei. De hoc igitur quod futurus sum, & de illo apud quem futurus sum, si aliter quā veritas sese habet credidero aut sensero, vehementer cauēdus est error: ne mihi aut necessaria non prepārē, aut adeum ipsum finem propoſiti mei, dum aliud pro alio mihi videtur, peruenire non possim. Quamobrem sicut ad cōparādam vestem nihil mihi obesset, si præteritę hyemis oblitus essem, obesset autem si futurum frigus immi nere non crederem: ita nihil oberit animę meę si oblita est quid forte pertulerit, si modo diligenter aduertat & teneat quo se deinceps parare moneatur. Et sicut, ver bi gratia, Romam nauiganti nihil noceret si excidiſſet animo, a quo littore nauem soluerit, dū tamen ab eo loco vbi esset non ignoraret quo proram dirigeret: nihil autē prodesset meminiſſe littoris, vnde iter exorsus est, si de Romano portu falsum aliquid existimans, in saxa incidiſſet: ita neque si non tenuero initiū temporis vitæ meę, quicquam mihi oberit scienti quo fine requiescam: nec prodesset aliquid illa siue memoria siue coniectura inchoatæ vitæ, si de ipso deo, qui vnus laborum animæ finis est, aliter quam dignum est opinatus, in scopulos errorū irruerē. Nec iste sermo ad id valuerit, vt quiſquam

Comparatio.

Cōparatio ista hꝫ et ī pſ. pſ. 31. ī T. 8. et ī. 1. T. horum opuſ.

quam nos prohibere arbitretur, ne quærant qui potuerint secundum scripturas diuinitus inspiratas, vtrũ anima de anima propagetur, an suo cuique animanti singulæ in ipso fiant, an ad regendum animandũq; corpus diuino nutu aliunde mittantur, vel propria voluntate se insinuent: si vel alicuius expediendæ necessarię quæstionis ratio flagitat ista considerare atque discutere, vel a rebus magis necessarijs ocium ad hæc quærenda & disserenda conceditur. Verũ ad id potius ista dixerim, nec quis in re tali vel temere succẽseat ei quę suę opinioi humaniore fortasse dubitatione non cedit: aut etiã si quid hinc certi quisquam & liquidi comprehenderit, ideo putet alium spem perdidisse futurorum, quia præterita exorsa non recolit.

Quãdo excusetur ignorantia. CAP. XXII.

QVOQVO modo autem se istud habeat, siue omnino omittendum, siue nunc differendum, & alias considerandum sit, præsens tamen quæstio non impeditur, quominus appareat integerrima & iustissima, & inconcussa atque incommutabili maiestate & substantia creatoris, supplicia peccatorum suorum animas luere: quę peccata, vt iam diu disseruimus, non nisi propriæ voluntati earum tribuenda sunt, nec vlla vlterior peccatorum causa quærenda. Ignorantia vero & difficultas si naturalis est, inde incipit anima proficere, & ad cognitionem & requiem donec in ea perficiatur vita beata promoueri. Quem profectum in studijs optimis atque pietate, quorum facultas ei non negata est si propria voluntate neglexerit, iuste in grauiorem quæ iã pœnalis est ignorantiam difficultatemque præcipitatur, decentissimo & conuenientissimo rerum moderamine in inferioribus ordinante. Non enim quod naturaliter nescit, & naturaliter non potest, hoc animæ deputatur ad pœnã, sz qđ sciri reatum: sed quod scire non studuit, & qud dignam facultatẽ cõparandæ ad recte faciendum operam nõ dedit.

Nõ qđ nescit, et qđ scire nõ põt aiæ deputat ad pœnã, sz qđ sci in reatum: sed quod scire non studuit.

Loqui enim non nosse atque non posse, infanti naturale est: quæ ignorantia difficultasque sermonis non modo inculpabilis sub grammaticorum legibus: sed etiam humanis affectibus blanda & grata est. Non enim vllo vitio illam facultatem comparare neglexerit, aut vllo vitio, quam comparauerat amisit. Itaque si nobis in eloquentia esset beatitudo constituta, atque ita crimini duceretur cum peccatur in linguę sonis quemadmodum cum peccatur in actibus vitæ, nullius vtique argueretur infantia, qpb ea esset exorsus ad consequentiam eloquentiam: sed plane merito damnaretur, si suæ voluntatis peruersitate vel ad eã recidisset, uel in ea remansisset. Sic etiam & nunc, si ignorantia ueri, & difficultas recti naturalis est homini, vnde incipiat in sapientię quietisq;

Camparatio.

quietisque beatitudinem surgere, nullus hanc ex initio naturali recte arguit. Sed si ,pficere noluerit, aut a profectu retrorsum relabi voluerit, iure meritoque pœnas luet. Creator vero eius vbiq; laudatur, vel quod eam ab ipsis exordijs ad summi boni capacitatem inchoauerit, vel quod eius profectum adiuuet, vel quod impleat proficientem atque perficiat: vel quo peccantem, id est aut ab initijs suis sese ad perfectionem attollere recusantẽ, aut iam ex profectu aliquo relabentem, iustissima damnatione pro meritis ordinat. Non enim propterea malã creauit, quia nondum tanta est, quanta vt proficiendo esse posset accepit: cum eius exordio perfectionis omnes corporum longe inferiores sint, quas tamen in suo genere laudabiles esse iudicat, quisquis de rebus sanissime iudicat. Quod ergo ignorat quid sibi agẽdum sit, ex eo est quod nondum accepit: sed hoc quoque accipiet, si hoc quod accepit, bene vsa fuerit. Accepit autem vt pie & diligenter quęrat si volet. Et quod agnoscẽs quid sibi agendum sit, non continuo valet implere, hoc qnoq; nondum accepit: præcessit enim quędam pars eius sublimior ad sentiendum quod recte faciat bonum: sed quædam tardior atque carnalis nõ cõsequenter in sententiã ducitur: Vt ex ipsa difficultate admoneatur eundem implorare adiutorem perfectionis, quem inchoationis sentit authorem: vt ex hoc [illegible] arior, dum nõ suis viribus, sed cuius bonitate ha[illegible] Vt sit, eius misericordia subleuatur vt beata [illegible]t. Q[illegible]nto autẽ charior illi est a quo est, tanto in eo firmius [illegible]quiescit, & tanto vberius ęternitate eius perfruitur. Si enim arboris nouellũ et rude virgultum nullo modo recte sterile dicimus, quãuis aliquot æstates sine fructib[illegible]s traijciat donec oppor tuno tempore expromat fer[illegible]tem suam: cur non author animę debita pietate iam[illegible], si ei tale tribuit exordiũ, vt studendo ac proficie[illegible]ad frugẽ sapientiæ iustitiæq; perueniat, tãtumq; il[illegible]t dignitatis, vt in eius ęt potestate poneret, si ve[illegible]t ad beatitudinẽ tendere.

Accepit aĩa vt pie & diligẽter qrat deũ si volet, & si hoc bñ vsa fuerit perficietur.

Comparatio.

HVIC autem disputationi obijciab imperitis solet quędam calumnia de mortibus paruulorum, & de quibusdam cruciatibus corporis, quibus eos sępe videmus affligi. Dicunt enim, Quid opus erat vt nasceretur, qui antequam iniret vllum vitæ meritum, excessit e vita? Aut qualis in futuro iudicio deputabitur, cui neque inter iustos locus est, quoniam nihil recte fecit, neque inter malos, quoniam nihil peccauit? Quibus respõdetur. Ad vniuersitatis cõplexum, & totius creaturę vel per locos vel per tempora ordinatissimam connexionem, non posse superfluo creari qualemcunque hominem, ubi folium arboris nullum superfluo creatur. Sed sane super

Cur infantes et inocẽtes hic affligantur. CAP. XXIII.

De cõse. distin. 4. cap. illud.

Fide partũ baptismus puullis pdest. quã obrẽ veniãt puuli vt languidi ad medicũ veniãt Luc. 7 pditi ad redemptorẽ, veniãt nemo phibeat, ĩ ramis nihil adhuc cõmiserunt, ꝛ ĩ radice pierũt, attñ nõ sunt p hibẽdi a baptismo, inde ẏb. dñi. Deus filios fideser. 36. in lium To. 10. flagellat ad salutem parẽtum, seu ad cõfusionẽ, ꝛ quo aliqñ absq; baptismo hinc discedũt, & filius ifidelis baptizat, hẽs ĩ de gra & li. ar. ad Val. c. 22. in T. 7. et ĩ d cor. Mat. 2. & gra. c. 8. ĩ. T. 7. & in. 3. To. horũ opus.

fluo quẽri de meritis eius qui nihil meruerit. Non enim metuẽdum est ne vita esse potuerit media quẽdam inter recte factum atque peccatum: & sententia iudicis media esse non possit inter præmium atque supplicium. Quo loco etiam illud perscrutari homines solent, Sacramentum baptismi Christi quid paruulis prosit, cum eo acceptо plerunque moriuntur, prius quam ex eo quicquam cognoscere potuerunt. Qua in re satis pie rectеque creditur, prodesse paruulo eorũ fidẽ a quibus cõsecrandus offertur. Et hoc ecclesiæ cõmendat saluberima authoritas, vt ex eo quisque sentiat quid sibi, pstt fides sua, qñ in aliorum quoque beneficium, qui propriam nondũ habent, potest aliena commodari. Quid enim filio viduæ profuit fides sua, qnam vtique mortuus nõ habebat, cui tamen profuit matris vt resurgeret? Quanto ergo potius fides aliena potest cõsulere paruulo, cui sua perfidia nõ potest imputari? De cruciatibus autem corporis, quibus affligũtur paruuli, quorũ per ętatem nulla peccata sunt, si animę quibus animantur, non prius quam ipsi homines esse cœperunt, maior querela & quasi misericors deponi solet cum dicitur, Quid mali fecerunt vt ista paterentur? Quasi possit esse innocentię meritum, antequam quisque aliquid nocere possit. Cum autem boni aliquid operatur deus in emendatione maiorum, cum paruulorum suorũ qui eis chari sunt, doloribus ac mortibus flagellantur: cur ista non fiant, quando cum transierint p non factis erũt in quibus facta sunt: propter quos autem facta sunt, aut meliores erunt, si tẽporalibus incõmodis emendati, rectius elegerint viuere: aut excusationem in futuri iudicij supplicio non habebunt, si vitę huius angoribus ad ęternam vitam desiderium conuertere noluerint? Quis autem nouit quid paruulis, de quorum cruciatibus duritia maiorũ c onditur, aut exercetur fides, aut misericordia, pbatur: quis ergo nouit quid ipsis paruulis in secreto iudiciorum suorum bonę compensationis reseruet deus? Qui quanquam nihil recte fecerint, tamen nec peccantes aliquid ista perpessi sunt. Non enim frustra etiam infantes illos, qui cũ dominus Iesus Christus necandus ab Herode quæreretur occisi sunt, in honorẽ martyrum receptos cõmendat ecclesia, quãquam isti calumnioſi, & talium quęstionum studiosissimi examinatores, sed loquacissimi ventilatores, etiam deperditorum doloribus & laboribus solent minus eruditorũ solicitare fidem, cum dicunt: Quid etiam pecora vel meruerunt mali, vt tanta patiantur incommoda, vel sperãt boni, quia tantis exercentur incommodis? Sed hæc dicunt vel sentiunt, quia iniquissime de rebus existimant, qui cum summum bonum quod & quantũ sit aspicere nequeant,

nequeant, talia volunt esse omnia, quale putant esse summum bonum: pręter enim summa corpora quę cœlestia sunt, minus ꝙ corruptioni subiacent, summum bonũ cogitare nõ possunt: ideoq; inordinatissime flagitant, vt nec mortẽ nec vllã corruptionẽ patiãtur corpora bestiarum quasi nõ sint mortalia, cum sint infima: aut ideo mala sint, quia sunt cœlestia meliora. Dolor autem quẽ bestię sentiũt, animarum etiam bestialium vim quandam in suo genere mirabilem laudabilemque commendat. Hoc ipso enim satis apparet in regendis animandisque suis corporibus, quam sint appetẽtes vnitatis. Quid est enim aliud dolor, nisi quidam sensus diuisionis vel corruptionis impatiens? Vnde luce clarius apparet quam sit illa anima in sui corporis vninersitate auida vnitatis & tenax, quę nec libenter, nec ĩdifferenter, sed potius renitenter & reluctanter intẽditur in eam passionẽ corporis sui, per quã eius vnitatem atque integritatem labe factari molestę accipit. Non ergo apparet quantus inferioribus creaturis animalibus esset appetitus vnitatis, nisi dolore bestiarũ. Quod si non appareret, minus quã opus esset admoneremur ab illa summa & ineffabili unitate creatoris esse omnia ista constituta. Et reuera si pie ac diligenter attendas, omnis creaturę species & motus, qui in animi humani considerationem cadit, eruditionẽ nostram loquitur, diuersis motibus & affectionibus, qua si quadam varietate linguarum, vndique clamans atq; increpans cognoscendũ esse creatorem. Nulla enim res est earum, quæ nec dolorem, nec voluptatem sentiũt, quę non aliqua vnitate decus proprij generis assequatur, vel omnino naturæ suæ qualęcunque stabilitatem. Nulla, item res est earum quæ vel doloris molestias, vel blãditias sentiunt voluptatis, quę non eo ipso quod dolorẽ fugit, voluptatemq; appetit, diremptiorem se fugere vnitatemq; appetere fateatur. Inq; ipsis rationalibus animis omnis appetimus cognitionis, qua illa natura lætatur, & ad vnitatem refert omne quod percipit, & in errore nihil fugit aliud quam incomprehensibili ambiguitate confundit. Omne autem ambiguum vnde molestum est, nisi quia certam non habet vnitatem? Ex quo apparet omnia, siue cum offendunt vel offenduntur, siue cum delectant vel delectantur vnitatem insinuare atque prædicare creatoris. Si autem ignorantia & difficultas, a quibus istam vitam necesse est incipere, non sunt animis naturales, restat vt aut officio susceptæ sint, aut irrogatæ supplicio. De quibus iam satis esse arbitror disputatum.

Dolor qd sit.

Oēs creaturæ species & motus, veluti qdã varietate linguarũ clamant atq; increpãt cognoscẽdũ esse creatorẽ. sup. 13. &. 14. &. 1. & Iesai. 54. & Ieremia. 10. & Aba. 2. & Ro. 1

Q V Apropter ipse primus hõ qualis factus sit, magis stultitiam. Medio quidd inter sapiẽtiã et

quęrẽdũ est, ꝙ quo eius posteritas, pponere quęstionẽ q dicunt, CAP. XXIIII.

dicunt, Si sapiens factus est primus homo, cur seductus est? Si autem stultus factus est, quomodo non est deus autor vitiorum, cum sit stultitia maximum vitium? Quasi vero natura humana præter stultitiam & sapientiam nullam mediam recipiat affectionē, quę nec stultitia nec sapientia dici possit. Tunc enim homo incipit aut stultus esse aut sapiens, vt alterum horū necessario appelletur, cum iam posset, nisi negligeret, habere sapientiam, vt vitioſę stultitię sit voluntas rea. Non enim quisquam ita desipit vt stultum appellet infantem, quanuis sit absurdior si velit appellare sapientem. Vt ergo infans nec stultus nec sapiens dici potest, quāuis iam homo sit: ex quo apparet naturam hominis recipere aliquid mediū, quod neque stultitiam neque sapientiam recte vocaueris: ita etiam si quisquam tali affectione animatus esset, qualem habent illi qui per negligentiam sapientia carent, nemo eum stultum recte diceret, quem non vitio sed natura talem videret. Est enim stultitia rerum appetendarum & vitandarum non quælibet, sed vitiosa ignorantia. Vnde neque animal irrationale stultum dicimus, quia non accepit vt sapiens esse posset. Appellamus tamen plerunq; ex similitudine aliquid non proprie. Nam & cæcitas cū maximum vitium sit oculorum, non tamen in catulis nascentibus vitium est, nec proprie cæcitas dici potest. Si ergo ita factus est homo, vt quanuis sapiens nondum esset, præceptum tamen posset accipere, cui vtique obtē perare deberet: nec illud iam mirum est quod seduci potuit: nec illud iniustum quod precepto non optemperās pœnas luit: nec creator eius author vitiorum est, quia non habere sapientiam nondum erat vitium hominis, si nōdū vt habere posset acceperat. Sed tamen habebat aliquid, quo si bene vti vellet, ad id quod non habebat ascenderet. Aliud est enim esse rationalem, aliud esse sapientem. Ratione fit quisque præcepti capax, cui fidem debet, vt quod præcipitur faciat. Sicut autem natura rationis præceptum capit, sic præcepti obseruatio sapientiā. Quod est aūt natura ad capiēdū præceptū, hoc est voluntas ad obseruandū. Et sicut rōnalis natura, tāquā meritū est præcepti accipiēdi, sic præcepti obseruatio meritū est accipiendæ sapiētię. Ex quo autem incipit homo præcepti esse capax, ex illo incipit posse peccare. Duobus autem modis peccat antequam fiat sapiens. Si aut se non accōmodet ad accipiendum præceptum, aut cum acceperit non obseruet. Sapiens autem peccat, si se auertit a sapientia. Sicut enim præceptum nō est ab illo cui præcipitur, sed ab illo qui præcipit: sic sapientia non est ab illo qui illuminatur, sed ab illo qui illuminat. Quid ergo est vnde nō laudādus sit hominis creator? Bonum est enim

Stultitia quid?

Comparatio.

Adā mediū habebat iter sapiētiā, et stultitiā, idē in de corre. & grā. 11. et. 12 in To. 7. & in To. 3. ho. opus.

Hō antequā sit sapiens duobus modis peccat, sapiēs vo vno modo.

est enim aliquod hō & melius quā pecus, ex eo quod est præcepti capax. Et hoc melius, cum præceptum iam cepit. Rursus hoc melius, cum præcepto paruit. Et his omnibus melius, cum æterno lumine sapientiæ beatus est. Peccatum autē malum est in negligentia, vel ad capiendum præceptum, vel ad obseruādum, vel ad custodiendam contemplationem sapientię. Ex quo intelligitur, etiā si sapiens primus homo factus esset potuisse tamen seduci, Quod peccatum cū esset in libero arbitrio, iusta diuina lege pœna consecuta est. Ita dicit etiam Apostolus Paulus, dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, Roma. 1.
Superbia enim auertit a sapientia. Auersionem autem stultitia consequitur. Stultitia quippe cæcitas quædam est, sicut idem dicit, Et obscuratum est insipiēs cor eorum. Vnde autem hæc obscuratio, nisi ex auersione a Obscuratio mē tis vnde.
lumine sapientię? Vnde autem hæc auersio, nisi dum ille cui bonum est deus, sibi ipse vult esse bonum suum, si cuti sibi est deus? Iraque ad meipsum, inquit, cōturbata est anima mea. Et, Custate, & erittis sicut dij. Turbat autē considerantes, quod ita quærunt. Stultitia ne primus Gene. 3.
homo recessit a deo, an recedēdo stultus factus est? Quia si responderis eum stultitia recessisse a sapientia, videbitur stultus fuisse antequam recederet a sapientia, vt stultitia illi causa esset recedendi. Item si responderis eum recedendo stultum esse factum, quærunt vtrum stulte, an sapienter fecerit quod recesserit. Si, n. sapienter fecit, recte fecit, nihilque peccauit: si stulte, iam erat, inquiunt, Mediū ī homine quo a stultitia ad sapientiā transitur.
in eo stultitia, qua factum est vt recederet. Non enim stulte aliquid sine stultitia facere poterat. Ex quo apparet esse quiddam medium, quo ad stultitiam a sapientia transitur, quod neque stulte neque sapienter factum dici potest, quod ab hominibus in hac vita constitutis non nisi ex contrario datur intelligi. Sicut enim nullus mortalium fit sapiens, nisi a stultitia ad sapientiam transeant: ipse autem trāsitus si stulte fit, non vtique bene fit, quod dementissimum est dicere: si autem sapienter fit, iā erat sapientia in homine antequam transiret ad sapientiam, quod nihilominus absurdum est. Ex quo intelligitur esse medium, quod neutrum dici possit, Ita & ex arce sapientię, vt ad stultitiā primus homo trāsiret, nec stultus, Comparatio.
nec sapiens transitus ille fuit. Velut in somno et vigilijs, neque id est dormire quod obdormiscere, neq; id est vigilare quod expergisci, sed transitus quidā ex altero in alterum. Verum hoc interest, quod sine voluntate plerunque ista fiunt: illa autem nunquam nisi per voluntatem, vnde iustissimę remunerationes consequuntur. Nō sentire nō ē in nobis sed nō assentiri est.

SED Quia voluntatem non allicit ad faciendū quodlibet, nisi aliquod visum, quid autem quisque vel sumat CAP. XXV.

Cõsentire ÿo q̃ ad ea q̃ ſit fidei ex ðo ẽ, vt hẽs ī ð ſpi. & lit. ca. 81 ī T.3. & ī .3. To. ho. op. ſ3. c. 34 igt qđ deus opat in obis vel le credere, ſ3 iſti vocatiõi credere ī obis ẽ, vbi accipit cõſentiř ꝓ accipere: ī đ ī. fert qđ aia hẽat & quid accipiat dei ẽ, accipeř ãt, & hẽre vtiq; accipiẽtis & habẽtis ẽ qđ clarius hẽtur ī de gra et li. ar. ad val. ca. 17. ifra ī iſto T. & ī đ ꝑd. ſancto rũ. c. 3. ĩ To. 7. et ĩ., To. ho. op.

vel reſpuat, eſt in poteſtate, ſed quo viſo tangatur nulla poteſtas eſt: fatendum eſt & ex ſuperioribus & ex inferioribus viſis animum tangi, vt rationalis ſabſtantia ex vtroque ſumat quod voluerit, & ex merito ſumẽdi vel miſeria vel beatitas ſubſequatur. Velut in paradiſo viſum ex ſuperioribus, præceptum dei: viſum ex inferioribus, ſuggeſtio ſerpentis. Nam neque quid ſibi præciperetur a domino, neq; quid a ſerpente ſuggeretur, fuit in hominis poteſtate. Quam ſit autẽ liberum, & ab omnibus difficultatis vinculis expeditum, in ipſa ſapiẽtiæ ſanitate conſtituto, non concedere viſis inferioris illecebræ, vel hinc intelligi poteſt, quod etiam ſtulti ea ſuperant ad ſapientiam tranſituri, etiam cum moleſtia carendi pernicioſarum conſuetudinum peſtilentioſa dulcedine. Quæri autem hoc loco poteſt, ſi homini præſto fuerint ex vtraque parte viſa, vnum ex præcepto dei, alterum ex ſuggeſtione ſerpentis, vnde ipſi diabolo ſuggeſtum ſit appetendæ impietatis conſilium, quo de ſublimioribus ſedibus laberetur. Si enim nullo viſo tangere tur, non eligeret facere quod fecit: nam ſi non ei aliquid veniſſet in mentem, nullo modo intentionem conuertiſſet in nefas. Vnde igitur illi venit in mentem, quicquid illud eſt quod venit in mentem, vt ea moliretur, quibus ex bono angelo diabolus fieret? Qui enim vult, ꝓfecto aliquid vult: quod niſi aut extrinſecus per ſenſum corporis admoneatur, aut occultis modis in mentẽ veniat, velle non poteſt. Diſcernenda igitur ſunt genera viſorũ quorum vnum eſt quod proficiſcitur a voluntate ſuadẽtis, quale illud eſt diabolo, cui homo conſentiendo peccauit: alterum a ſubiacentibus rebus vel intentioni animi, vel ſenſibus corporis. Intentioni animi ſubiacet, excepta incommumtabilitate trinitatis, quę quidem non ſubiacet, excepta incommutabilitate trinitatis, quæ quidẽ non ſubiacet, ſed eminet potius. Subiacet ergo intentioni animi prius ipſe animus, vnde nos etiam viuere ſentimus: deinde corpus quod adminiſtrat, vnde ad quodlibet operandum membrum quod opus eſt cum opus eſt mouet. Subiacent autem ſenſui corporis quecunq; corporea. Vt autem in contemplatione ſummæ ſapientiæ, quæ vtique animus non eſt, nam incõmutabilis eſt, etiã ſeipſum qui eſt cõmutabilis animus intuatur, & ſibi ipſe quodammodo veniat in mentem, non fit niſi differentia qua non eſt quod deus, & tamẽ aliquid eſt quod poſſit placere poſt deum. Melior eſt autem cum obliuiſcitur ſui præ charitate incommutabilis dei, vel ſeipſum penitus in illius comparatione contemnit. Si autem tanquã obuius placet ſibi ad peruerſe imitandum deum, vt poteſtate ſua frui velit, tanto fit minor, quanto ſe cepit eſſe maiorem.

Initiũ oĩs peccatiſuperbia, & Initiũ oĩs peccatorem. Et hoc eſt initium omnis peccati ſuperbia, & initium ſuperbię hominis apoſtatare a deo. Superbiæ autem iſta ſuperbia, & inuidia, vt hanc tiũ ſuperbiæ apoſtatem diaboli acceſſit maleuolentiſſima inuidia, vt hanc tiũ ſuperbiam homini perſuaderet, per quam ſentiebat ſe eſſe a deo damnatum. Vnde factum eſt, vt pœna hominem ſuiſtatare a deo. Eccle. 10. ſe damnatum. Vnde factum eſt, vt pœna hominem ſui ſceleris emendatoria potius quam interfectoria, vt cui ſe peret diabolus ad imitationem ſuperbię præbuerat, ei ſe dominus ad imitationem humilitatis præberet, per quem nobis æterna vita promittitur: Vt prærogato nobis Chriſti ſanguine, poſt labores miſeriasque ineffabiles, tãta charitate liberatori noſtro inhæreamus, & tanta eius in eũ claritate rapiamur, vt nulla nos viſa ex inferioribus a conſpectu ſuperiore detorqueant: quanquam & ſi aliqđ huic intentioni noſtrę ſuggeretur ab appetitu inferiorum, ſempiterna nos diaboli damnatio cruciatusque reuocarent. Tanta eſt autem pulchritudo iuſtitiæ, tanta iucunditas lucis ęternę, hoc eſt incommutablis veritatis atque ſapientię, vt etiam ſi non liceret amplius in ea manere quam vnius diei mora, propter hoc ſolum innumerabiles anni huius vitæ plæni delicijs & circunfluẽtia temporalium bonorum recte meritoque contemnerentur. Non enim falſo aut paruo affectu dictum eſt: Quo niam melior eſt dies vnus in atrijs tuis ſuper milia, quã quam & alio ſenſu poſſit intelligi, vt milia dierum in temporis mutabilitate intelligantur: vnius autem diei nomine incommutabilitas ęternitatis vocetur. Neſcio me aliquid prætermiſſe, quod ex noſtra reſponſione quantum dominus præbere dignatus eſt, tuis interrogationibus deſit: quanquam & ſi tibi aliquid occurrit, modus libri nos iam finem facere, & ab hac diſputatione requieſcere aliquando compellit. Pſal. 83.

FINIS.

DOMINO DILE-

CTISSIMO, ET IN CHRI-

STI MEMBRIS HONORAN

do fratri Valentino, & fratribus qui te cum sunt, Augustinus in domino Salutem,

EPIST. XLVI.

2.Retract.66.



ENERVNT ad nos duo iuuenes, Cresconius & Felix, de vestra congregatione se esse dicentes, qui nobis retulerunt monasterium vestrũ nonnulla dissensione turbatum, eo quod quidam in vobis sic gratiam prædicent, Vt negent hominis esse liberum arbitrium: & quod est gratuitus, dicant, quod in die iudicij nõ sit vel redditurus deus vnicuiq; secũdũ opera eius. Etiã hoc tamen indicauerunt, quod plures vestrum non ita sentiant, sed liberum arbitrium adiuuari fateantur per dei gratiam, vt recta sapiamus atque faciamus, vt cum venerit dominus reddere vnicuiq; secundũ opera eius, inueniat opera nostra bona, quæ præparauit deus, vt in illis ambulemus. Hoc qui sentiunt, bene sentiunt. Obsecro itaque vos fratres, sicut corinthios obsecrauit apostolus, per nomen domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Primo enim dominus noster Iesus Christus, sicut scriptum est in euangelio Ioannis apostoli, non venit vt iudicaret mundum, sed vt saluaretur mundus per ipsum. Postea vero sicut scribit apostolus Paulus, iudicabit deus mundum quando venturus est, sicut tota ecclesia in symbolo confitetur, Iudicare viuos & mortuos. Si igitur non est dei gratia, quomodo saluat mundum? Et si non est liberum arbitrium, quomodo iudicat mundum? Proinde librum vel epistolam meam, quam secũ ad vos supradicti attulerunt, secundum hanc fidem intelligite, vt neque negetis dei gratiam, neque liberum arbitrium sic defendatis, vt a dei gratia separetis, tanquã sine illa vel cogitare aliquid vel agere secundum deum vlla ratione possimus, quod omnino non possumus. Propter hoc enim dominus cum de fructu iustitię loqueretur, ait discipulis suis: Sine me nihil potestis facere. Vnde supradictam epistolam ad Sistum Romanę ecclesię presbyterum, cõtra nos

Opinio dicẽtiũ hoiem non habere lib. arbi.

Opinio qđ ex dei gra est li. ar. Roma, 2.

Ephe. 2.
2.Cor. 1.

Ioan. 3
Matt. 25.

Rom. 2.

Si nõ ẽ gra deus qũo saluat mũdũ? et si ñ ẽ li. ar. quomõ iudicat mundum?

Quod sine gra nõ possumus cogitare aliqd secũdum ẽcã, fuit Io. 15. ab eccl determinatũ, i cõci. mi.

uos hæreticos Pelagianos noueritis esse conscriptã, qui dicunt gratiam dei secundum merita nostra dari, Vt qui gloriatur, non in domino sed in seipso glorietur, hoc est in homine, non in domino. Quod prohibet Apostolus, dicens: Nemo glorietur in hoiẽ. Et alio loco: Qui gloriatur, inquit, in domino glorietur. Illi vero hæretici seipsos a seipsis iustos fieri putantes, quasi hoc eis non deberit deus, sed ipsi sibi, non vtique in domino, sed in semetipsis gloriãtur. Talibus enim dicit Apostolus: Quis enim te discernit? Quod ideo dicit, quia de massa illius perditionis quæ facta est ex Adã, non discernit hominẽ vt eum faciat vas in honorem non in contumeliam, nisi deus. Sed quoniam homo carnalis & inaniter inflatus cum audisset: Quis enim te discernit, posset respondere vel voce vel cogitatione, & dicere: Discernit me fides mea, discernit me oratio mea, discernit me iustitia mea. Mox Apostolus occurrit cogitationibus eius, & dixit: Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Sic autem gloriãtur, quasi non acceperint, qui se a seipsis iustificari putant, ac per hoc in semetipsis, non domino gloriantur. Propter quod ego in hac epistola quæ ad vos peruenit, probaui per testimonia sanctarum scripturarũ, quę ibi potestis inspicere, & bona opera nostra, & pias orationes, & rectam fidem nullo modo in nobis esse potuisse, nisi hęc acceperimus ab illo, de quo dicit Apostolus Iacobus, Omne datum optimum, et omne donũ perfectum desursum est, descendẽs a patre luminũ. Nec quisquã dicat meritis operum suorum, vel meritis orationum suarum, vel meritis fidei suę, sibi traditam dei gratiã, & putetur verum esse quod illi hæretici dicunt, gratiã dei secundũ merita nostra dari, quod omnino falsissimum est: non quia nullum est meritum, vel bonũ piorum, vel malum impiorum, alioquin quomodo iudicabit deus mundum? Sed misericordia & gratia dei cõuertit hominem, de qua Psalmus dicit: Deus meus misericordia eius præueniet me: vt iustificetur impius, hoc est ex impio fiat iustus, & incipiat habere meritum bonum, quod deus coronabit quando iudicabitur mundus. Multa erant quæ vobis mittere cupiebam, quibus lectis, totam ipsam causam quæ conciliis episcopalibus acta est aduersus eosdẽ Pelagianos hæreticos, diligentius & plenius nosse possetis: sed festinauerunt fratres qui ex numero vestro ad nos ueneruntper quos vobis non rescripsimus ista, sed scripsimus. Nullas enim ad nos vestrę charitatis literas attulerunt, tamen susceptmus eos, quoniam simplicitas eorum satis indicabat, nihil illos nobis potuisse cõfingere. Ideo autem festinauerunt, vt apud vos agerent

Iere. 9. cã. 5.
1.Cor. 1. et in
2.Cor. 10 cõci. aphr.
cã. 8. & idecre. cœlestini cã. 10
q̃ oĩa i de eccl. dog. habentur i
1. T o. ho. op.
Noua interpretatio.
1.Cor. 4.
Rom. 9.

1.Cor. 4.
Qui iustificãtur a semetipsis, de
ibus ad ro. 10.
ignorãtes dei iustitiã, & suã volentes statuere.

Iaco. 1.

Bona opa nra, et pię orones, et fides recta non sũt ex nobis in cõci. arauf. cã. 3 et. 4. et i d̃ pde. san. c. 7. &. 8. & 10. et i de bono
Psal. 78. perse. c. 8. &
13. in. To. 7. & in. 3, T. ho. op.

 pascha,

pascha, quo possit adiuuante domino tam sanctus dies vestram pacem quam dissensionē potius inuenire. Melius autem facitis (quod multum rogo) si ipsum a quo dicunt se fuisse turbatos, ad me mittere non grauemini. Aut enim non intelligit librum meum, aut forte ipse nō intelligitur, quando difficillimam quæstionem & paucis intelligibilem soluere atque enodare conatur. Ipsa est Ro. 3. enim quæstio de gratia dei, quæ fecit vt homines non intelligentes, putarent apostolum Paulum dicere: Faciamus mala vt veniant bona. Vnde apostolus Petrus in 2. Pet. 3. secunda epistola sua: Quapropter (inquit) charissimi, hæc expectantes satagite, inuiolati & immaculati apud eum reperiri in pace, & domini nostri patientiam salutē existimantes, Sicut & dilectissimus frater noster Paulus, secundum eam quæ data est ei sapientiam scripsit vobis, vt & in omnibus epistolis loquens in eis de his in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles homines peruertunt, sicut & cæteras scripturas ad proprium suum interitum. Cauete ergo quod tantus Apostolus tam terribiliter dicit, & vbi sentitis vos non intelligere, interim credite diuinis eloquijs, quia & liberum est hominis arbitrium, & gratia dei, sine cuius adiutorio liberum arbitrium nec conuerti potest ad deum, nec proficere in deo. Et quod pie creditis, vt etiam sapienter intelligatis orate. Et ad hoc ipsum enim, id est, vt sapienter intelligamus, est vtique libernm arbitrium. Pſal. 95. Nisi enim libero arbitrio intelligeremus atque sapere- Hæc oīa fusius de terminanť in fra. c. 5. li. de gratia & lib. arbi. mus, non nobis præciperetur dicente scriptura: Intelligite ergo qui insipientes estis in populo, & stulti, aliquā do sapite. Eoipso quippe quo præceptum & imperatum est, vt intelligamus atque sapiamus, obedientiam nostrā requirit, quæ nulla potest esse sine libero arbitrio. Sed si Pſal. 118. posset hoc ipsum sine adiutorio dei gratiæ fieri per liberum arbitrium, vt intelligeremus atq; saperemus, non di- Luc. 24. ceretur deo: Da mihi intellectum, vt discam mandata Iac. 1. tua. Neque in Euangelio scriptum esset: Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. Nec Iacobus apostolus diceret: Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Potens est autem dominus, qui & vobis donet & nobis, vt de vestra pace & pia consensione, nuncijs celerrimis gaudeamus. Saluto vos, nō solum meo nomine, sed etiam fratrum qui mecum sunt, & rogo vt pro nobis concorditer atque instanter oretis. Sit vobiscum dominus.

DOMINO DILECTISSIMO, ET IN CHRISTI MEMBRIS HONORANDO fratri Valentino, & fratribus qui tecum sunt, Augustinus in dño Salutē.

Alia Epist. diui Aug. ad Val. iuxta materiā poris Epist. acrius cōtra nouos hereticos Pelag. & volūtatis libertate, gra disputā tis, & illud Salomonis, ne declines in sinistram nec in dexterā exponentis. Roma. 7.

EPIST. XLVII.

Matt. 25. Roma. 2.

CRESCONIVM Felicem & alium Felicem dei seruos, qui ex vestra congregatione ad nos venerunt, nobiscum egisse pascha nouerit charitas vestra. Quos ideo tenuimus aliquanto diutius, vt instructiores ad vos redirent, aduersus nouos hæreticos Pelagianos, in quorum errorem cadit, qui putat aliquo merito humano gratiam dei dari, quæ sola hominem liberat per dominum nostrum Iesum Christum. Sed rursum qui putat, quando ad iudicium dominus venerit, non iudicari hominem secundum opera sua, qui iam per ætatem vti potuit libero volūtatis arbitrio, nihilominus in errore est. Soli enim paruuli, qui nondum habent opera propria, vel bona vel mala, secundum solum originale peccatum damnabuntur, quibus per lauacrum regenerationis non subuenit gratia saluatoris. Cæteri autē omnes, qui iam vtentes libero arbitrio, sua propria peccata, originali peccato insuper addiderunt, si de potestate tenebrarū p̄ gratiam dei non eruuntur, nec transferuntur ad regnum Christi, non solum secundum originis, verum etiam secū dum propriæ voluntatis merita, iudicium reportabunt. Boni vero etiam ipsi quidem, non solum secundum suæ bonę voluntatis merita præmium consequentur, sed etiā ipsam bonam voluntatem per dei gratiam consequuti sunt, ac sic impletur quod scriptum est: Ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnē animam hominis operantis malū, Iudęi primum & Græci: gloria aūt & honor & pax omni operāti bonum, Iudæo primū & Græco. De qua difficillima quęstione, hoc est de volūtate & gratia, nō opus habui etiam in hac epistola diutius disputare, quoniā & aliam iā eis dederā, tanquā citius redituris. Et scripsi ad vos etiā librum, quē si (adiuuante domino) diligēter legeritis, & viuaciter itellexeritis, nullas existimo iter vos de hac re dissensiōes vlterius iā futuras. Portāt ātsecū & alia, quæ vobis dirigēda esse credidimus, q̄bus cognoscatis quēadmodū catholica ecclesia, in dei misericordia Pelagianę hęresis venena repulerit. Quod enim scriptum est ad papā Innocentium Romanæ urbis episcopum, de concilio prouincię Carthaginensis, & de concilio Numidię, & aliquanto diligentius a quinque episcopis, & quæ ipse ad tria ista rescripsit: item quod papę Zosimo de Africano concilio scriptū est, eiusq; rescriptum ad vniuersos totius orbis episcopos missum: &

Paruuli ex solo peccato originali damnantur, adulti vero Ex originali, & quibus addiderunt peccata idē supra ī Epi. 95. & Infra in Epist. 105. Boni bonā voluntatē hūt adeo Roma. 2.

Innocentius papa cōcil. carth. cōcil. Numidiæ quinq; episcopi. Zosimus papa.

quod posteriori concilio plenario totius Africæ contri
ipsum errorem breuiter constituimus, & supra memora
tum librum meum, quem modo ad vos scripsi: hæc om
nia & in præsenti legimus cum ipsis, & per eos missimus
vobis. Legimus eis etiam librũ beatissimi martyris Cy
priani de oratione dominica, & ostendimus quemadmo
dũ docuerit omnia quæ ad mores nostros pertinet, qui
bus rectè viuimus, a patre nostro qui in cœlis est, esse po
scenda, ne de libero præsumentes arbitrio, a diuina gra
tia decidamus. Vbi etiam demõstrauimus quomodo ad
monuerit idẽ gloriosissimus martyr, etiam prõ inimicis
nostris, qui nondum in Christũ crediderunt, nos vt cre
dant orare debere. Quod vtique inaniter fieret, nisi ec
clesia crederet etiam malas atque infideles hominũ vo
luntates per dei gratiam in bonum posse conuerti. Sed
hunc librum sancti Cypriani, quia dixerunt etiam illic
apud vos esse, noui misimus. Meam quoque epistolã ad
Sixtum Romanæ ecclesiæ præsbyterum datam, quã se
cum ad nos attulerunt, legimus cum eis, & ostendimus
aduersus eos esse conscriptam qui dicunt, gratiam Dei
secundum merita nostra dari, hoc est aduersus eosdẽ Pe
lagianos. Quantum ergo potuimus, egimus cum istis &
vestris & nostris fratribus, vt in fide sana catholica per
seuerent. Quę neque liberum arbitrium negat, siue in vi
tam malam siue in bonam, neque tantum ei tribuit, vt si
ne gratia dei valeat aliquid, siue vt ex malo conuertat
in bonũ, siue ut in bono perseueranter proficiat, siue vt
ad bonum sempiternum perueniat, vbi iam non timeat
ne deficiat. Vos quoque charissimi, etiam in hac epistola exhortor, quod vos omnes exhortatur Apostolus:
Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad tẽ
perantiam, sicut vnicuique deus partitus est mensura fi
dei. Attendite quid per Solomonem moneat spiritus san
ctus: Rectos cursus, inquit, fac pedibus tuis, & vias tu
as dirige, ne declines in dexteram, neque in sinistram,
auerte autem pedem tuum a via mala. Vias enim quæ
a dextris sunt, nouit Dominus: peruersæ vero sunt, quæ
a sinistris sunt. Ipse autem rectos faciet cursus tuos, iti
nera autem tua in pace producet. In his verbis sanctæ
scripturæ considerate fratres, quia si non esset liberum
arbitrium, non diceretur: Rectos cursus fac pedibus tuis
& vias tuas dirige, ne declines in dexteram, neque in si
nistram. Et tamen sine Dei gratia, si posset hoc fieri, non
postea diceretur: Ipse autem rectos faciet cursus tuos, &
itinera tua in pace producet. Nolite ergo declinare ne
quẽ in dexteram neque in sinistram: quamuis laudentur
viæ quæ a dextris sunt, & vituperentur quæ sunt a sini
stris, Hoc est enim propter quod addidit: Auertè autem
pedem

Mat.6. Lib.de gra et li. ar.c.20. Oia po scẽda a deo pa tre, ne de lib.ar. psumẽtes, a gra decidamus.

Epist. ad Sixtũ romanæ eccle. presbyterũ, quę hab etur infra.

Roma.12.

Prouer.4.

pedem tuum a via mala; hoc est, a sinistra. Quod manifestat in sequentibus, dicens, Vias. n. quæ a dextris sunt, nouit Dominus: peruersæ vero sunt, quę a sinistris sunt. Eas vtique vias ambulare debemus, quas nouit Dominus: de quibus in Psalmo legitur, Nouit dominus viam iustorum, & via impiorum peribit. Hanc enim non nouit Dominus, quia sinistra est. Sicut dicturus est etiam illis ad sinistram constitutis: Non noui vos. Quid est autẽ quod ille non nouit, qui vtique nouit omnia, siue bona hominum, siue mala? Sed quid est, Non vos noui: nisi tales vos ego non feci? Quemadmodum illud quod dictũ est de ipso domino Iesu Christõ, quia non nouerat peccatum, quid est, nisi quia non fecerat? Ac per hoc quod dictum est, Vias quæ a dextris sunt nouit dominus: quo modo intelligẽdum est, nisi quia ipse fecit vias dextras, id est vias iustorum, quæ sunt vtique opera bona, quæ præparauit deus, sicut dicit Apostolus, vt in illis ambulemus. Vias autem sinistras peruersas, id est vias impium, non vtique nouit, quia non eas ipse fecit in homine, sed homo sibi. Propter quod dicit: Odiui autem ego peruersas vias malorum, ipsæ sunt a sinistris. Sed respõdetur nobis: Cur ergo dixit, Ne declines in dexteram neque in sinistram? cũ potius dicere debuisse videatur, Tene dexteram, & ne declines in sinistram? Si bonæ sunt viæ quæ a dextris sunt, cur putamus, nisi quia ita viæ sunt bonæ quæ a dextris sunt, ut in dexteram tamẽ declinare non sit bonum? Declinare quippe ille est intelligendus in dexteram, qui bona ipsa opera quæ ad vias dexteras pertinet, sibi vult assignare non deo. Et ideo cum dixisset: Vias enim quæ a dextris sunt nouit dominus, peruersæ autem sunt quæ a sinistris sunt, tanquam diceretur ei: Quomodo ergo non vis vt declinemus ad dexteram, sequutus adiunxit: Ipse autem rectos faciet cursus tuos, itinera autem tua in pace producet. Sic ergo intellige, quod tibi præceptum est: Rectos cursus fac pedibus tuis, & vias tuas dirige, vt noueris cũ hoc facis, a domino deo tibi præstari vt hoc facias, & non declinabis ad dexteram, quãuis ambules in vijs dextris, non confidens in virtute tua: & ipse erit virtus tua, qui rectos faciet cursus tuos, & itinera tua in pace producet. Quapropter dilectissimi, quicunque dicit, voluntas mea mihi sufficit ad faciẽda opera bona, declinat in dexteram. Sed rursus illi qui putant bonam vitam esse deserendam, quando audiunt sic dei gratiam prædicari, vt credatur & intelligatur voluntates hominum ipsas ex malis bonas facere, ipsas etiam quas fecerit custodire, et propter ea dicunt: Faciamus mala vt veniant bona, in si nistram declinant. Ideo vobis dixit: Non declinetis in

Psal.1.

Matth.25.

Nõ agnoscit im piũ Xps, hoc ẽ, non facit, idẽ in ex.Ps.31.ĩ T.8. et ĩ.1.T.ho.op. 2.Cor.5.

Ephe.2.

Adhuc illos nõ agnoscit, quos nõ ap probat, et sic vi lia nõ agnoscit illa faciẽdo, sed iudicãdo, in de ỹb.dñi ser.23.ĩ Tom.10.

Que au thoras ĩ fra ca.8. exponit.

Rom.3.

dexteram

dexteram neque in sinistram. Hoc est, non sic defendatis liberum arbitrium, vt ei bona opera sine dei gratis tribuatis: nec sic defendatis gratiam, vt quasi de illa securi, mala opera diligatis, quod ipsa gratia dei auertat a nobis. Talium quippe verba sibi præponens Apostolus ait: Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato vt gratia abundet? Atque his verbis hominũ errantiũ, & dei gratiam non intelligentium, respondit vt debuit, dicens: Absit. Si enim mortui sumus peccato, quomodo viuemus ĩ eo? Nihil potuit dici breuius & melius. Quid enim nobis gratia dei vtilius confert in hoc præsenti seculo maligno, nisi vt moriamur peccato? Ac per hoc ipsi gratię inuenietur ingratus, qui propter illam vult viuere in peccato per quam morimur peccato. Deus autẽ qui diues est in misericordia, det vobis & sanum sapere, vsque in finem proficiẽter in bono proposito permanere. Hoc pro vobis, hoc pro nobis, hoc pro omnibus qui vos diligunt, & pro eis qui vos oderunt, instanter in pace fraterna & vigilanter orate, vt deo viuatis.

Rom. 2. 6.

Nihil vtilius in hoc seculo nob. Cõfert gra quã vt pcõ moriamur.

2. Retract. 42.

DOMINO VENERABILI ET IN CHRISTI CHARITATE SVscipiendo sancto fratri & compresbytero Sixto, Augustinus in Domino Salutem.

EPIST. CIIII.

Ex Quo Hipponem literæ benignitatis tuę per sanctũ fratrem nostrum Firmum presbyterum directę me absente venerũt, postea quam illas cum remeassem, quantuis iam inde profecto earum perlatore legere potui, hęc prima eademque gratissima rescribendi occurrit occasio per dilectissimum filium nostrum Albinum acolythum. Quod autem quibus simul scripsisti, tunc non eramus simul, ideo factum est vt singulorum singulas nõ vnam amborum epistolam sumeres. A me quippe digressus est perlator huius per venerabilem fratrem & coepiscopum meum Alipium, qui tuę sanctitati aliam rescriberet transiturus, ad quem etiam ipsas, quas ego iam legeram, literas tuas ipse portauit. Quæ nos quanta lætitia pfuderint, qd homo nitaꝫ loqui qđ nõ põt eloquiꝫ nec teipsum satis nosse arbitror, sed nobis crede, quantum boni faceris, talia nobis scripta mittendo. Sicut.n. tu testis es animi tui, ita nos nostri, queadmodum sit affectus illarum synceritate luculentissima literarum. Si enim breuissimam epistolam tuam, quam de hac ipsa re ad beatissi-

ad beatissimum senem Aurelium per Leonẽ acoluthũ direxisti, exultanti alacritate descripsimus, & quibus poteramus magno studio legebamus, vbi nobis exposuisti quid de illo perniciosissimo dogmate, vel quid cõtra de gratia dei, quam pusillis magnisque largitur, cui est illud inimicissimum sentias: quãta nos putas ista tua prolixiora scripta, vel exultatione legisse, vel cura vt legantur quibus valuimus aliis obtulisse, atque adhuc quibus valemus offerre. Quid enim gratius legi vel audiri potest, quam gratiæ dei tam pulchra defensio aduersus inimicos eius, ex ore eius qui eorundẽ inimicorum magni momẽti patronus ante iactabatur? Aut vnde vberiores Deo debemus agere gratias, quã quod eius sic defenditur gratia, ab eis quibus datur aduersus eos, quibus vel non datur, vel ingratum est quod datur, quia vt eis gratum sit, occulto & iusto iudicio dei non datur. Quapropter domine venerabilis & in Christi charitate suscipiende sancte frater, quanuis optime facias cum de hac re scribis ad fratres apud quos se illi de tua solẽt efferre amicitia, tamen hæc cura maior tibi restat, vt non solum salubri seueritate plectantur, qui errorẽ illũ Christiano infestissimum nomini audent garrire liberius, sed etiã ij diligentissime caueantur vigilantia pastorali propter infirmiores & simpliciores dominicas oues, qui eũ pressius quidem ac timidius, sed tamen insusurrare non cessant, penetrantes domos, sicut ait Apostolus, & cætera quæ sequuntur exercitata impietate facientis: nec illi negligendi sunt, qui vsque ad profundum silentiũ supprimunt timore quod sentiunt, sed tamen eadem peruersitatem sentire non desinunt. Nonnulli quippe eorum, antequam ista pestilentia manifestissimo etiã sedis apostolicę iudicio damnaretur, vobis innotescere potuerũt, nunc repente reticuisse perspicitis: necvtrum sanati sint sciri potest, nisi cum non solum dogmata illa falsa tacuerint, verum etiam illis vera contraria eo, quo illa solent studio defensauerint, qui tamen lenius profecto sunt tractandi. Quid enim eos terreri opus est quos satis territos ipsa taciturnitas monstrat? Nec ideo tanquam sani prætereundi sunt diligentia medicinæ, quorum vulnus in abdito est. Etsi enim terrendi non sunt, tamen docendi sunt: & quantum existimo, facilius possunt, dum in eis timor seueritatis doctorem adiuuat veritatis, vt opitulante domino, gratia eius intellecta atque dilecta, etiam loquendo expugnent quod iam loqui non audent.

2. Thi. 3.

DOMINO

DOMINO IN DOMINO DOMINORVM DILECTISSIMO Sancto fratri & compresbytero Sixto, Augustinus Salutem.

EPIST. CV.

IN epistola, quam per charissimum fratrem nostrum Albinum acoluthum misi, prolixiorem me missurũ esse promisi per sanctum fratrem, & cum presbyterũ nostrum Firmum, qui nobis literas attulit synceritatis tuæ, plenas fidei tuæ, quę nobis rãtũ gaudiũ cõtulerunt, quãtum magis possumus habere quam dicere. Quod enim fatendum est charitati tuę, tristes eramus animo nimis, cum fama iactaret inimicis Christianę gratiæ te fauere. Sed vt hæc tristitia de nostris cordibus tergeretur, primo te priorẽ anathema eis in populo frequentissime pronunciasse eadem fama non tacuit. Deinde cum literis apostolicæ sedis de illorum damnatione ad Aphricam missis, tuæ quoque literæ ad venerabilem senem Aurelium consequutæ sunt, quæ tametsi breues erant, tuum tamen vigorem aduersus eorum errorem satis indicabant. Nunc vero eũ apertius & latius quid de illo dogmate contraque sentires, vt literis tuis fides ipsa nobiscum ratione ecclesiæ loqueretur, cui potissimum beatus Apostolus paulus de gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, multa & multipliciter est loquutus, non solum illud omne tristitię nubilum fugit de cordibus nostris, sed etiam tantum ibi letitię lumen infulsit, vt nihil egisse in nobis videretur ille mœror & timor, nisi successu horum, ampliorem flagrantiam gaudiorũ. Itaque te frater charissime, quanuis non videamus nos oculis carnis, animo tamẽ in fide Christi, in gratia Christi, in mẽbris Christi tenemus, amplectimur, osculamur, & remeante a nobis ad te nostrorũ inuicem colloquiorum sanctissimo & fidelissimo perlatore, quem voluisti esse apud nos non solum aduectorem scriptorum tuorũ verum etiam narratorem testemque factorum, rescripta persoluimus, & aliquanto diuitius tecum sermocinamur admonentes, vt docendis instes, quibus terrendis satis quantum comperimus institisti. Sunt enim quidam qui
2. Thi. 3. iustissime damnatas impietates adhuc liberius defendẽdas putant: & sunt qui occultius penetrant domos, & quod in aperto iam clamare metuunt, in secreto semi nare non quiescunt. Sunt autem qui omnino siluerunt magno timore compressi, sed adhuc in corde retinent, Quomodo ĩ hæ quod ore iam proferre non audent, qui tamen esse pos retticos procedẽ sunt fratribus ex priore ipsius dogmatis defensione nodũ quos fideles tissimi, Proinde alij seuerius coercendi, alij vigilantius vestigandi,

vestigandi, alij tractandi quidem lenius, sed non segnius sunt docendi, vt si non timentur ne perdant, non tamen negligantur ne pereant. Quod enim putant auferri sibi liberum arbitrium, si nec ipsam bonam voluntatem sine adiutorio dei hominem habere consenserint, non intelligunt non se firmare humanum arbitrium, sed impellere vt per inania feratur, non in domino tanquam in petra stabili colloce tur. Paratur enim voluntas a domino, Quod autem personarum acceptorem deum se credere existimãt, si credant quod sine vllis præcedentibus meritis, cuius vult miseretur, & quos dignaꝛ vocat, & quẽ vult religiosum facit, parum attendunt quod debita reddatur pœna damnato, in debita gratia liberato, vt nec ille se indignum queratur, nec dignum se iste glorietur, atque ibi potius acceptionem nullam fieri personarum, vbi vna eadẽq; massa damnationis & offensionis inuoluit, vt liberatus de non liberato discat, quod etiam sibi supplicium conueniret, nisi gratia subueniret. Si autem gratia vtique nullis meritis reddita, sed gratuita bonitate donata. Sed iniustum est, inquiunt, in vna eademque mala causa hũc liberari, illum puniri. Nempe ergo iustum est vtrunque puniri. Quis hoc negauerit? Agamus ergo gratias saluatori, dum nobis redditum non cernimus quod in damnatione similium etiam nobis debitum fuisse cognoscimus. Si enim vtrique liberentur, lateret qd peccato per iustitiam debeatur: si nemo, quid gratia largiretur. Vt ergo in hac difficilima quęstione ver bis potius vtamur Apostoli: Volens deus ostendere iram, & demonstrare potentiam suam, attulit in multa patientia vasa iræ, quę pefecta sunt in perditionem: & vt notas faceret diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, cui non potest figmentum dicere, Qua re sic mefeciſti: cum habeat potestatem ex eadẽ massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam, Vbi quia vniuersa ista massa merito damnata est, contumeliam debitam reddit iustitia, honorẽ donat indebitum gratia, non meruĩ prærogatiua, non fati necessitate, non temeritate fortunæ sed altitudine diuitiarum sapientię & scientiæ dei, quam nõ apetit, sed clausam miratur Apostolus, clamans: O altitudo diuitiarum sapiẽtię & scientię dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vię eius. Quis enim cognouit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniã ex ipso & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum, amen. Nolũt autem affligere debent, vt ad ecclesiã catholicam reddãt, Sic. n. agara Sara affligebaꝛ. Reges ẏo christiãi qũ hęretici primaniter ĩ fideles sugũt, ĩ illos seuiãt, ut pacatã matrem ecclesiam seruiẽt, utnabuchodonosor decretũ capitale statuit, ꝙ cuncq; dixerit blasphemiã ĩ deum sidrac, misac, abdenago, ĩ iteritũ erunt, & dominus eorũ ĩ pditionem. Au. su ꝙ Buã. lo. tra. 11. in Tom. 9. & ĩ isto To. op.

Proverb. 8 scdm trãs. 70.

Nõ ẽ pro narũ acceptator deus. et si abs cq nullis pcedẽtibus meritis cui vult misereꝛ tur, aliũ in pditionis massa relinquẽs, ĩ d pde. & gra. c. 1. & 2. ĩ Tom. 7.

Digna redditꝛ pœna dam nato, in debita gra libera to, vt nec ille se indignũ qraꝛ nec iste se dignũ gloriet, ideo in epi. 106 in. 2. T. 2

Ro. 9

Ro. 11

Rom. 10.

autem vt sit ipsi gloria in iustificandus impijs gratuita gratia, qui eius ignorantes iustitiam, suam volunt constituere: Vel iam conclamantium religiosorum & piorum vocibus pressi, ita se fatentur ad habendam seu faciendam iustitiam diuinitus adiuuari, vt sui præcedat aliqd meriti, quasi priores voltes dare vt retribuatur eis ab illo, de quo dictum est: Quis prior dedit illi, & retribuetur ei: & suo putantes præire merito illum de quo audiunt, aut potius audire nolunt, Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt oīa. Quarum aūt diuitiarū est altitudo sapiētiæ & sciētiæ eius, ex his sūt diuitiæ gloriæ eius in vasa misericordiæ, quæ vocauit in adoptionem, quas diuitias notas vult facere etiam per vasa ire, quæ perfecta sunt in perditionē. Et quę sunt viæ inuestigabiles, nisi de quibus in Psalmo canitur: Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas? Igitur inuestigabiles sunt misericordia & veritas eius: quoniam cuius vult miseretur, non iustitiæ sed misericordiæ gratia, & quem vult obdurat, non iniquitate, sed veritate vindictæ. Quę tamen misericordia & veritas ita sibi occurrunt, quia scriptū est, Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: vt nec misericordia impediat veritatem qua plectitur dignus, nec veritas misericordiam qua liberatur indignus. Quę igitur sua merita iactaturus est liberatus, cui si digna suis meritis redderentur, non esset nisi dānatus? Nullane igitur sunt merita iustorū? Sunt planæ, quia iusti sunt. Sed vt iusti fierent, merita non fuerunt. Iusti enim facti sunt, cum iustificati sunt: sed sicut dicit Apostolus. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Cum igitur huic gratiæ inimici infestique sint isti, Pelagius tamen in ecclesiastico iudicio Palestino, non enim aliter inde impunitus exisset, anathematizauit eos, qui dicunt gratiam dei secundum merita dari. Sed nihil aliud in eorum etiam posterioribus disputationibus inuenitur, quam meritis dari etiam gratiā. De cuius commendatione maxime ad Romanos apostolica epistola loquitur, vt inde se prædicatio eius velut a capite orbis toto orbe diffunderet: ea est. n. qua iustificatur impius, id est fit iustus qui prius erat impius. Et ideo percipiendę huius gratię merita nulla præcedūt, quoniam meritis impij, non gratia sed pœna deberetur. Nec ista esset gratia si non daretur gratuita, sed debita redderetur. Sed cum ab istis quæritur, quam gratiam Pelagius cogitaret sine vullis præcedentibus meritis dari, quando anathematizabat eos, qui dicunt gratiam dei secundum merita nostra dari: respondent sine vllis præcedentibus meritis gratiā ipsam humanam esse naturam, in qua conditi sumus. Neque enim antequā essemus, meriti aliquid poteramus vt essemus, Abijciatur a Christia norum

Roma.11.

Psal.24. Cui vult miseret dns nō iustitiæ, sz miseri cordiæ gr̄æ, & quē vult obdurat ñ iniqtate, sz verita te vindictæ. Ro.9. Psal.84

Merita iustorū multa, sz vt iusti si erēt nulla fuerūt, qa gratis sunt iustificati. Rom.3

Pelagius ī cōcilio pale. anathematizauit eos q di cunt ex meri, is dari gr̄a, idē ī d gra. & li. arb. ad val. 5. ifra ī isto 2. To. opuscul.

Merita nō pcedūt gr̄am qa me riti ipij nō gr̄a, sz pœna deberet, nec esset gr̄a, si gratuita, nō daret, sz debita redderē, idē ī exp. psal. 31. i T. 8. & ī

norum cordibus ista fallacia: nā omnino non istam gratiam commēdat Apostolus qua creati sumus vt homines essemus, sed qua iustificati sumus vt homines iusti essemus. Ista. n. est gratia per Iesum Christū dominū nostrum. Etenim Christus nō pro nullis vt homines cōderētur, sed pro impijs mortuus est vt iustificarentur: quippe hō erat qui dicebat, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christū dñm nostrum. Possunt quidē dicere remissionē peccatorū esse gratiam, quę nullis præcedēribus meritis datur. Quid. n. habere boni meriti possunt peccatores? Sed nec ipsa remissio peccatorū sine aliquo merito est, si fides hanc impetrat. Nec. n. nullū est meritum fidei, qua fide ille dicebat: Deus propitius esto mihi peccatori: et descēdit iustificatus merito fidelis humiliatus, quoniā q se humiliat exaltabitur. Restat igitur vt ipsam fidē vnde omnis iustitia sumit initium, propter q dicitur ad ecclesiam in Cātico canticorum, Venies & pertrāsies ab initio fidei, nō humano quo isti extollūtur tribuamus arbitrio, nec vllis præcedentibus meritis, quoniā inde incipiunt bona quęcunq; sunt me ritis, sed gratuitū donū dei esse fateamur, si gratiā ve rita, id est sine meritis cogitamus. Quia sicut in eadē epistola legitur: Deus vnicuiq; partitur mēsuram fidei. Opera bona quippe fiunt ab homine, fides aūt fit in homine, sine qua illa a nullo fiunt homine. Omne enim qđ nō est ex fide, peccatū est. Quapropter vincendas temporalium rerum cupiditates & diligenda bona æterna, atque ipsum fontem omnium bonorum, domini adiutorium datur orandi, fides erat quæ data est non oranti, quæ vtique nisi data esset, orare nō posset. Quomō. n. inuocabunt, in quē nō crediderūt? quō credēt quē nō audierū t? quō audiēt sine prędicāte? Igitur fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi: Proinde minister Christi huius fidei prædicator, secundum gratiam quæ data est illi, plantator est & rigator. Nec tamen qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incremētum dat deus, qui vnicuique partitur mensuram fidei. Vnde & alibi dicitur: Pax fratribus & charitas cum fide: quam ne sibi tribuerunt, continuo subiunxit: A deo patre & domino nostro Iesu Christo quia nec omniam est fides, qui audiunt verbum, sed: quibus deus partitur mensuram fidei: sicut nec omnia germinant quæ plantantur & rigātur, sed q̄bus deus dat incrementū. Cur aūt ille credat, ille nō cre-

dat,

1. To. ho. op. & ī de lib. arb. ad val. 14. ī isto. 2. Tom. opuscu. Gratia non est naturalis in de gr̄a & lib. arb. ca. 13 ī To. 7. & in isto. 2. T. & in epist. 5. Epis. in To. 2. & in isto. 2. T. op. Ro. 7. Gratia nō ē sola remissio peccatorum idē inde gr̄a & lib. ar. ad val. 13. & in Luc. 18 Epist. 5. Episco. vbi supra. Fides est donū dei & ab ipsa īcipiunt merita, idē i pse. psal. 31. ī. S. To. & ī 1. To ho. op. & in ep. ad val. 6. & 7. & in præd. sanct. c. 3. n To. 7 & in 3. To. ho. op. Ro. 12. Ro. 14 Roma. 10. Nisi fides sit data, orare nō potest hō. 1. Cor. 3. Ephe. 6.

Universidad de Deusto Biblioteca

dat, cum ambo idem audiunt, & si miraculum in eorum
Roma.11. conspectu fiat, ambo idem vident: altitudo est diuitiarũ
sapientiæ & scientię dei, cuius inscrutabilia sunt iudicia
& apud quem non est iniquitas, dum cuius vult misere
Rom.9. tur, & quem vult obdurat: neq; enim propterea sunt ista
iniusta, quia occulta. Deinde post remissionem peccato-
Matth.12. rum, nisi mundatam domũ habiteꝛ spiritus sanctus, nõ-
Ioan.3. ne cum aliis septem rediꝛ spiritus immundus, & erunt
Roma.5. nouissima hominis illius peiora quam erant prima? Vt
autem habiteꝛ spiritus sanctus, nonne vbi vult spirat,
& charitas dei sine qua nemo bene viuit, diffunditur in
Gal.5. cordibus nostris, non a nobis sed per spiritum sanctum
qui datus est nobis? Hanc enim fidem Apostolus definiuit, dicens: Neque circuncisio est aliquid, neque præpu-
Fides christiano tium, sed fides quę per dilectionem operatur. Ista quippe
rũ credere et di- fides est Christianorom, non dęmoniorum: nam & dę-
ligere: fides dæ- mones credunt & contremiscunt, sed nunquid & dilie-
monũ Mar.1 gunt? Nam si nõ crederent, non dicerent: Tu es sanctus
crederẽ dei: vel, Tu es filius dei. Si autem diligerent, non dice-
& non diligere. rent: Quid nobis & tibi? Fides igitur ad Christum nos
Ioan.6. trahit, quæ nisi desuper gratuito munere nobis daretur,
non ipse diceret: Nemo potest venire ad me, nisi pater q̃
misit me attraxerit eum. Vnde & paulo post ait: Verba
quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt, sz sunt
q̃dã ex vobis qui nõ credũt. Deinde Euãgelista subiun-
git: Sciebat enim ab initio Iesus qui essent credentes, &
quis esset traditurus eum. Et ne quisquam existimaret
credentes sic ad eius prescientiam pertinere, quomodo
non credentes, id est non eis fides ipsa desuper daretur,
sed tantummodo voluntas eorum prænoscꝛetur, mox
adiecit atque ait: Et dicebat, Propterea dixi vobis, quia
nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a patre
meo. Hinc erat quod eorum qui audierãt loquentem de
carne sua & sanguine, suo quidam scandalizati abscesse-
runt, quidã credendo manserunt: Quia nemo potest ue-
nire ad illum, nisi cui datum est a patre, ac per hoc et ab
ipso filio, & a spiritu sancto. Neque enim separata sunt
Pelagiani nõ de dona vel opera inseparabilis trinitatis, sed filius sic ho-
fensores, sz pci- norans patrem, non affert vullius distãtię documentũ,
pitatores liberi sed magnum præbet humilitatis exemplum. Hic iterum
arbitrij, idẽ i de isti libert arbitrij defensores, imo deceptores q̃a inflato
gr̃a & li.arb.ad res, & ista ores q̃a p̃sumptores, nõ aduersũ nos, sz aduer
val.c.14.i To. sus Euangelium loquuturi, quid aliud dicunt quam id
7.& i isto. To. quod Apostolus sibi, quasi a talibus diceretur obiecit:
opu. & Dicis itaque mihi, Quid adhuc conqueritur? Nam volũ-
i Epist. Ro.9. tati eius quis resistit? Hãc cõtradictionẽ sibimet ipse tan-
90.in isto Tom. quam ab altero oppositam, velut ex eorum voce qui no
opuscullorum. lũt accipere quod superius dixerat: Ergo cuius vult mi-

seretur, & quem vult obdurat. Talibus itaque dicamus
cum Apostolo, non enim melius illo inuenire possumus
quid dicamus: O homo, tu quis es qui respondeas deo?
Querimus nãque meritum obdurationis, & inuenimus.
Merito nanque peccati vniuersa massa damnata est, nec
obdurat deus impertiendo maliciam, sed non impertien
do misericordiam. Quibus enim non impertitur, nec di-
gni sunt, nec merentur: at potius vt non impertiat, hoc
merentur. Quærimus autem meritum misericordię, nec
inuenimus, quia nullum est, ne gratia euacuetur, si non
gratis donatur, sed meritis redditur. Si enim dixerimus
fidem præcessisse, in qua esset meritum gratiæ, quid meri
ti habebat homo ante fidem, vt acciperet fidem? Quid
enim habet quod non accepit? Si antẽ accepit, quid glo
riatur quasi non acceperit? Sicut enim non haberet ho-
mo sapientiam, intellectum, consilium, fortitudinem, scię
tiam, pietatem, timorem dei, nisi secundum propheticũ
eloquium accepisset spiritum sapientię & intellectus, cõ
silij & fortitudinis, scientiæ & pietatis ac timoris dei: si
cut non haberet virtutem, charitatem, continentiam, ni
si accepto spiritu, de quo dicit Apostolus: Non enim ac
cepistis spiritum timoris, sed virtutis & charitatis & cõ
tinentiæ: ita non haberet fidem nisi accepisset spiritum fi
dei, de quo idem ipse dicit: Habentes autem eundem spi
ritum fidei secũdum quod scriptum est: Credidi propter
quod locutus sum, & nos credimus propter quod & lo
quimur: non autem merito accepisse, sed misericordia
eius, qui cuius vult miseretur, manifestissime ostendit,
vbi de seipso ait: Misericordiam consecutus sum, vt fide
lis essem. Si dixerimus meritum præcedere orationis, vt
donum gratiæ consequatur: impetrando quidem oratio
quicquid impetrat, euidenter donum dei esse ostendit, ne
homo existimet a seipso sibi esse, quod si in potestate ha
beretur, non vtiq; posceretur: veruntamẽ ne saltem ora
tionis putarentur præcedere merita, quibus nõ gratui
ta daretur gratia, sed iam nec gratia esset, quia debita red
deret, ẽt ipsa oratio inter gratiæ munera reperit. Quid
enim oremus, ait doctor gẽtium, sicut oportet nescimus,
sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenar
rabilibus. Quid est autem interpellat, nisi interpellare
nos facit? Indigentis enim certissimum iudicium est in-
terpellare gemitibus. Nullius autem rei esse indigentem
fas est credere spiritum sanctum. Sed ita dictum est inter
pellat, quia interpellare nos facit, nobisq; interpellandi
& gemendi inspirat affectum, sicut illud in Euangelio:
Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris ve
stri qui loquitur in vobis. Neque enim & hoc ita fit de
nobis tanquam nihil facientibus nobis. Adiutorium

1.sent.distit.40. cap. q̃cunq; Nõ obdurat deus i p̃tẽdo malitiã, sed nõ impertien do misericordiã in de p̃d. & gr̃a. 1.Co.4 4.i. To. .7.& i. 2. To.ho.op.& in sermo. 88.de tpe in To.10.& in.2.sent.distin, 5.per totum. Roma.8. 2.Cor.4. Rom.9. 1.Tim.1. De gr̃a & li.arbit.ca.14.& 30 & 31.& 32. in To.7.& i isto.1 To.opuſ.& hoc dãnatũ in cõci. Araus cã.3.vt i margine ca.14. Ro.8. de li.ar. annotabilibus uimus in isto.2. Tom.opu. Spũs sanctus dr facere q̃d facit vt faciamus, in- Mat.10. terpellet, q̃a nos interpellare

facit, gemit quia nos gemere facit, de in de bono pſeue. ca. 23 in To. 7 & in. 3. To. ho. opuſ. & ſup Pſ. 50. in T. 8. & in exp. qua rũdã ꝓpoſitionũ epi. Pauli ad Ro. i T. 4. & ſup Ioan Trac. 49. in Tomo. 9.

Roma. 8.

Mat. 10.

Ieſai. 11.

1. Cor. 12. Ioan. 3.

Spũs ſanctus alit adiuuat nõ dũ inhabitãs & aliter ihabitãs, nõdũ ĩ habitãs

Merita nra dona ſunt dei. fuſt. ĩ d gra. & lib. arb. 6. 7. & 8. infra in iſto. 2. To. op.

De gra & lib. Vita ęterna

igitur ſpiritus ſancti ſic expreſſum eſt, vt ipſe facere dicere tur, quod vt faciamus facit. Nam non eſſe intelligẽdus ſpiritum noſtrum de quo dictum eſt: Interpellat gemitibus inenarrabilibus, ſed ſpiritum ſanctum quo noſtra infirmitas adiuuatur, ſatis ipſe demonſtrat Apoſtolus. Ro. 8. Inde enim cœpit: Spiritus, inquit, adiuuat infirmitatem noſtram: deinde ita ſubiunxit, Quid enim oremus, ſicut oportet neſcimus: & cætera. De hoc quippe ſpiritu apertius alibi dicit, Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum in quo clamamus, abba pater. Ecce hic nõ dixit quod ipſe ſpiritus clamet orãdo, ſed in quo clamamus, abba pater. Alio tamen loco ait: Quoniam filij dei eſtis, miſit deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra clamantẽ, abba pater. Non hic ait, In quo clamamus: ſed ipſum ſpiritum clamantem dicere maluit, quo efficitur vt clamemus, ſicut ſunt illa: Ipſe ſpiritus interpellat gemitibus inenarrabilibus: &, Spiritus patris veſtri eſt, qui loquitur in vobis. Sicut ergo nemo recte ſapit, recte itelligit, recte conſilio ac fortitudine prævalet, nemo ſcienter pius eſt vel pte ſciens, nemo timore caſto deum timet, niſi acceperit ſpiritum ſapientię & intellectus, conſilij & fortitudinis, ſcientię & pietate & timoris Dei: nec habet quiſquã virtutẽ veram, charitatem ſynceram, continentiam religioſam, niſi per ſpiritum virtutis & charitatis & cõtinentię: Ita ſine ſpiritu fidei non eſt recte quiſpiam credi turus, nec ſine ſpiritu orationis ſalubriter oraturus. Non quia tot ſunt ſpiritus, ſed omnia hæc operatur vnus atque idem ſpiritus diuidẽs propria vnicuiq; prout vult: quia ſpiritus vbi vult ſpirat: ſed quod fatendum eſt, aliter adiuuat nondum inhabitans, aliter inhabitãs. Nam nondum inhabitans adiuuat vt ſint fideles, inhabitans adiuuat iam fideles. Quod eſt ergo meritũ hominis ante gratiam quo merito percipiat gratiam, cum omne bonũ meritum noſtrum, non in nobis faciat niſi gratia: & cum adiuuat vt deus coronat merita noſtra, nihil aliud coronet quam munera ſua? Sicut enim ab initio fidei miſericordiam cõ ſfi- deles, ſecuti ſumus, non quia fideles eramus, ſed vt eſſemus: ſic inhabi in fine quod erit in vita eterna, coronabit nos, ſicut ſcriptum eſt, In miſeratione & miſericordia. Non itaq; fruitãs ad ſtra deo cantatur, Et miſericordia eius prævenit me: &, iuuat fi deles 2 Miſericordia eius ſubſequẽ me. Vnde & ipſa vita ęterſcet. diſt. na quę vtique in fine ſine fine habebitur, & ideo meritis 23. ex præcedentibus redditur: tamen quia eadem merita quimuneri bus redditur, non a nobis parata ſunt per noſtram ſufficientiam, ed in nobis facta per gratiam, etiam ipſa gratia nuncupatur, non ob aliud niſi quia gratis datur: nec ideo quia meritis non datur, ſed quia data ſunt & ipſ

merita quibus datur. Vbi autem inuenimus etiam vitã æternam gratiam nuncupari, habemus apud eundem gratiæ magnificum defenſorem apoſtolum Paulum, Stipendium, inquit, peccati mors eſt, gratia autem dei vita æterna in Chriſto Ieſu domino noſtro. Vide obſecro te, in quanta brevitate quam vigilanter verba poſuerit, qui ſ3 qa p Ro. 6 P ce dẽtibus reddit, noſtrã ſufficiẽtiã non ſunt in nobis, ſed p dei gratiam, ẽt vita eterna gra nũcupat, ĩ de gra, & merces appellatur plurimis ſanctarum ſcripturarum locis: nuſquam porro dicta eſt merces iuſtitia vel fides, quia iuſtitiæ vel fidei redditur merces. Quod eſt autem merces operanti, hoc militanti ſtipendium. Sed beatus Apoſtolus aduerſus elationem quæ vſqueadeo magis tentat irrepere, vt & ſibi propter ipſam dicat datũ angelũ Satanę, a quo colaphizaretur, ne verticem præſumptionis erigeret. Aduerſus hanc ergo elationis peſtem ui gilantiſſime militans: Stipendium, inquit, peccati mors. Recte ſtipendium, quia debetur, quia digne retribuitur, quia merito redditur. Deinde ne iuſtitia de humano ſe extolleret bono merito, ſicut humanum meritum malum non dubitarur eſſe peccatum, non a contrario retulit, dicens: Stipendium iuſtitiæ vita æterna, ſed gratia, inquit, dei vita æterna. Et hæc ne præter mediatorem aliqua alia via quæreretur, adiecit: In Chriſto Ieſu domino noſtro: tanquam diceret, Audito quod ſtipendium peccati ſit mors, quid te diſponis extollere? O humana, non iuſtitia, ſed nomine iuſtitiæ plane ſuperbia, quid te diſponis extollere, & contrariam morti vitam æternam tanquam debitum ſtipendium flagitare? Cui debetur vita æterna, vera iuſtitia eſt. Si autem vera iuſtitia eſt, ex te non eſt, deſurſum eſt deſcendens a patre luminum, vt haberes eam: ſi tamen habes eam, profecto accepiſti. Quid enim habes quod non accepiſti? Quapropter o homo, ſi accepturus es vitam æternam, iuſtitiæ quidem ſtipendium eſt, ſed tibi gratia eſt, cui gratia eſt & ipſa iuſtitia. Tibi enim tanquam debita redderetur, ſi ex te tibi eſſet iuſtitia cui debetur. Nunc ergo de plenitudine eius accepimus non ſolum gratiam, qua nunc iuſte in laboribus vſque in finem viuimus, ſed etiam gratiam pro hac gratia, vt in requie poſtea ſine fine viuamus. Hoc nihil ſalubrius fides credit, quia nihil verius intellectus inuenit. Et de-

meritis arb. c. 15. & 16. in iſto T. op. & Abac. 2 Rom. 1 & 20. & 21. in 2. Co. 12 To. 7. & in iſto. 2. To. op. in. 2. cõ cio. de Pſ. 30. ĩ T. 8. & in. 1. T. ho. op. 2. ſent. diſt. 25. cap. ex ad Val. 8. & 9. Fides dicta ẽ mer ces, q a ei red dit mer ces ĩ d gra & li. ar. ad Val. 7. 8. & 9. infra in iſto. 2. To. opuſ. vbi de verbo ad verbũ hęc omnia habes.

Iaco. 1.

1. Cor. 4.

Ioan. 1.

Nihil ſalubrius fides credit, nec tellectus intelli

sit quid verius, quã qđ pro gra operum accipie mus gratiã vitę æternæ. Esa.7

bemus audire Prophetam dicentẽ: Nisi crediderit is, non intelligetis: Sed excusabunt se, inquit, homines, qui nolunt recte & fideliter viuere, dicentes: Quid nos facimus qui male viuimus, quandoquidem gratiam vnde bene viueremus, non accepimus? Non possunt veraciter dicere, nihil mali se fecisse, quia male viuunt. Si enim nihil mali faciunt, bene viuunt: si autem male viuunt, de suo male viuunt, vel quod originale traxerunt, vel quod insuper addiderunt. Sed si vasa sunt iræ, quæ perfecta sunt ad perditionem, quæ illis debita redditur, sibi hoc imputent, quia ex ea massa facta sunt, quã propter vnius peccatum, in quo omnes peccauerunt, merito deus iuste damnauit. Si autem vasa sunt misericordiæ, quibus ex eadem massa factis supplicium debitum reddere noluit, non se insultent, sed ipsum glorificent qui eis misericordiã non debitam præstitit, & si quid aliter sapiunt, & hoc quoque illis ipse reuelauit. Postremo quonam se isti excusabunt modo? Nempe illo quem breuiter tanquam ex

Rom.9. eorum voce sibi obiecit Apostolus, vt dicant: Quid adhuc conqueritur? Nam voluntati eius quis resistit? Hoc est enim dicere, Quid de nobis fit querela quod deum offendamus male viuendo, cum illius voluntati nemo possit resistere, qui nos obdurauit misericordiam non præstando. Si ergo illos non pudet hac excusatione, non nobis sed Apostolo contradicere, cur nos pigeat eis quod dixit Apostolus, hoc idem atque identidem dicere: O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, Quare sic me fecisti? An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa vtique merito recteq; damnata facere, aliud vas in honorẽ indebitum propter misericordiæ gratiam, aliud in contumeliã debitam propter iræ iustitiam, & vt notas faciat diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, sic ostendens quid eis largiatur, cum id supplicium recipient vasa iræ quod pa-

1.Cor.13. riter omnibus debebatur. Satis sit interim Christiano ex fide adhuc viuenti, & nondum cernenti quod perfectum est, sed ex parte scienti nosse vel credere, quod neminẽ Deus liberet, nisi gratuita misericordia per dominum nostrum Iesum Christum, & neminem damnet nisi æquissima veritate per eundem dominum nostrum Iesum Christum. Cur autem illum potius quam illum liberet aut nõ liberet, scrutetur qui potest iudiciorum eius tam magnũ profundum, veruntamen caueat præcipitium. Nunquid

Roma.11. enim est iniquitas apud deum? Absit. Sed inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Et in maioribus duntaxat ætatibus merito dici potest, Hi noluerunt intelligere, vt bene agerent: hi quod grauius est, intellexerunt, & non obedierunt: quia scriptum est, Verbis

bis non emendabitur seruus dolosus, si enim & intellexerit non obediet. Vnde non obediet, nisi sua pessima voluntate, cui grauior damnatio diuina æquitate debetur? Cui enim plus datur, plus exigitur ab eo. Istos quippe scriptura dicit inexcusabiles, quos non latet veritas, & in eis perseuerat iniquitas. Reuelatur enim ira dei de Rom.1. celo, ait Apostolus, super omnem impietatem & iniustiam hominum eorum qui veritatem in iniustitia detinẽt: quia quod notum est dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit: Inuisibilia enim eius a creatura mundi per ea, quę facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius ac diuinitas, vt sint inex- Sap.13.& 14. cusabiles. Si ergo istos inexcusabiles dicit qui inuisibilia illius per ea quæ facta sunt intellecta conspicere potuerũt, nec obedierunt tamen veritati, sed iniqui & impij permanserunt: Neque enim non cognouerunt, sed in cognoscentes (inquit) deum, non vt deũ glorificauerunt, aut gratias egerunt: quanto magis inexcusabiles sunt, qui ex lege eius instructi confidunt se ipsos duces esse cęcorum, & alios docentes, seipsos non docent: Qui prędicant non furandum, & furantur: & cætera quæ de ipsis Roma.2. Apostolus loquitur. Eis quippe dicit: Propterea inexcusabilis es o homo, omnis qui iudicas: in quo enim alium iudicas, teipsum condemnas: eadem enim agis quæ iudi- Ioan.1. cas. Dicit enim ipse dominus in Euangelio: Si non venissem, & eis loquutus non fuissem, peccatum non haberẽt: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Non vtiq; peccatum nullum haberent, qui pleni erant aliis magnis multisque peccatis: sed hoc peccatum vult intelligi non eos habituros fuisse si non venisset: qui cum audissent eum, non crediderunt in eum: hanc eos excusationem non habere asserit qua possint dicere, non audiuimus, ideo non credidimus. Humana quippe superbia tanquam præsumens de viribus liberi arbitrij excusatam se putat, quando ignorantiæ non voluntatis videtur esse quod peccat. Secundum hanc excusationem, inexcusabiles dicit scriptura diuina quoscunque scientes peccare conuincit, dei tamen iustum iudicium nec illis parcit qui non audierunt. Quicunque Roma.2. enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et quanuis se ipsis excusare videantur, non admittit hanc excusationem qui scit se fecisse hominem rectum, eique obedientiæ dedisse præceptum, nec nisi eius quo male vsus est libero voluntaris arbitrio, etiam quod transiret in posteros manasse peccatum. Neque enim damnantur qui non peccauerunt quandoquidẽ illud ex vno in omnes pertransiit, in quo ante propria in singulis qui busque peccata omnes communiter peccauerunt. Ac per hoc

Prouer.28. Matth.13.

Ois pc̃or inexcusabilis, uel reatu originis, vel additamẽto proprię volũtatis. Hoc idẽ deẏbo ad ẏhũ i de gr̃a & li.arb. ad Valẽ.c.2. in To.7. & in isto 2.To. op. & i epist.47 in T.2. & i isto 2.To, opuscul.

inexcusabilis est omnis peccator, vel reatu originis, vel additamento etiam propriæ voluntatis, siue qui nouit, siue qui ignorat, siue qui iudicat, siue qui non iudicat: quia & ipsa ignorantia in eis qui intelligere noluerunt, sine dubitatione peccatum est, in eis autem qui non potuerunt, pœna peccati. Ergo in vtrisque non est iusta excusatio, sed iusta damnatio. Ideo autem diuina eloquia eos inexcusabiles dicunt, qui non ignorantes sed scientes peccant, vt secundum iudicium superbiæ suæ quo multum confidunt de viribus propriæ voluntatis se inexcusabiles videant, quia de ignorantia iam non habent excusationem, & nondum est iustitia cui præsumebant sufficere volun atem. At vero ille cui dominus & sciendi & obediendi largitus est gratiam: Per legem enim, inquit, cognitio peccati: & peccatum non cognoui, nisi per legem: nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret. Non concupisces: nec vult intelligi hominem præceptricis legis ignarum, sed liberatricis indignum gratiæ, vbi dicit: Condelector legi dei secundum interiorem hominem: & cum hac non solum scientia, verum etiam & delectatione legis, postea dicit: Miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Nemo itaque liberat a vulneribus illius trucidatoris, nisi huius gratia saluatoris. Nemo liberat venũdatos sub peccato a vnculis captiuantis, nisi gratia redimentis: ac per hoc vniuersi qui se in nequitiis & iniquitatibus excusatos volunt, ideo iustissime puniuntur, quoniam qui liberentur, non nisi gratia liberantur: Nam si excusatio illa iusta esset, non inde iam gratia, sed iustitia liberaret. Cum vero non liberat nisi gratia, nihil iustum inuenit in eo quem liberat, non voluntatem, non operationem, non saltem ipsam excusationem: nam si hæc iusta est, quisquis ea vtitur, merito non gratia liberatur. Nouimus enim liberari per gratiam Christi quosdam etiam eorum qui dicunt: Quid adhuc conqueritur? Nam voluntati eius quis resistit? Quæ si iusta est excusatio, non iam gratuita gratia, sed propter huius excusationis iustitiam liberantur. Si autem gratia est qua liberantur, profecto hæc excusatio iusta non est. Tunc enim vera gratia est, qua homo liberatur, si non secundum debitum iustitiæ retribuitur. Nihil ergo sit in eis qui dicunt, Quid adhuc conqueritur? Nam voluntati eius quis resistit? nisi quod legitur in libro Salomonis: Insipientia viri violat vias eius, deum autem causatur in corde suo. Quanuis itaq; deus faciat vasa iræ in perditionem, vt ostendat iram, & demonstret potentiam suam, qua bene etiam vtitur malis, & vt

Gr̃a liberamur idẽ sup. in Epist. 95. & infra in de gr̃a & lib. arbitrio. 5. & 6.

Roma. 3.

Roma. 7.

Roma. 9.

Prouer. 19.

Roma. 9.

& vt notas faciat diuitias glorię suę in vasa misericordię, quę fecit in honorem, nõ damnabili masse debitum, sed suę gratię largitate donatũ: tamen in eisdem irę vasis propter meritũ masse in contumeliã debitam factis, id est hominibus propter naturę quidẽ bonũ creatis, sed propter vitia supplicio destinatis, iniquitatem quam rectissime veritas improbat, damnare nouit ipse, non facere. Sicut enim volũtati eius tribuitur humana natura nullo dubitãte laudanda, sic hominis voluntati culpa tribuitur nullo recusante damnanda. Quæ voluntas hominis ad hęreditariũ vitiũ transmissit ad posteros, quos in se habuit cum peccaret: aut acquisiuit etiã cętera vitia, cum i seipso vnusquisq; perdite viueret. Sed neq; ab illo quod originaliter cõtrahitur, neq; ab his quę vnusquisq; ẏita propria vel intelligendo vel nolẽdo intelligere, mala cõgregat, vel etiam instructus ex lege, additamento prẽuaricationis exaggerat, quisquã liberatur & iustificatur, nisi gratia dei per Iesum Christũ dominum nostrum, non solum remissione peccatorum, sed prius ipsius inspiratione fidei & timoris dei, impartito salubriter orationis affectu & effectu, donec sanet omnes lãguores nostros, & redimat de corruptione vitam nostram, & coronet nos in miseratione & misericordia. Verum isti qui personarũ acceptorẽ fieri existimant deum, si in vna eademq; causa super alios veniat misericordia eius, super alios vero maneat ira eius, nempe totas vires argumentationis humanę in paruulis perdunt. Nam ut interim taceam quod non est præter paruulos quamlibet materno vtero recẽtissimos ea pœna, de qua loquẽs apostolus ait: Per vnius delictum in omnes homines ad condemnationem Vnde non liberat nisi vnus ille de quo idem ait: Per vnius iustificationẽ in omnes homines ad iustificationẽ vitæ: vt ergo hoc interim omittam, & hoc solum de paruulis dicam, quod ipsi quoque authoritate euangelica territi, vel potius Christianorum populorum concordissima fi dei conspiratione perfracti, sine vlla excusatione concedũt, quod nullus parnulus, nisi renatus ex aqua & spiritu, intrat in regnum cœlorum: quam quęso allaturi sunt causam, quod alius sic gubernatur vt baptizatus hinc exeat, alius infideliũ manibus traditus, vel ẽt fideliũ prius quã ab eis baptizãdus offerat, expiret? An hoc fo vel fortunę daturi sunt? Nõ opinor eos in tantã demẽtiã prodituros, quantulumcunque nomen Christianum tenere capientes. Cur ergo in regnum cœlorum, non acepto regenerationis lauacro, paruulus nullus intrabit? Nunquid nam ipse sibi parẽtes infideles vel negligẽtes, de qbus nasceretur, elegit? Quid dicam de inopinatis & repẽtinis innumerabilibus mortibus quibus, sępe etiã

Nã do, vitiũ homini tribuit, idẽ i li. 1. de li. ar. c. 1. in To. 1. & in isto 2. To. opu.

psal. 102.

Roma. 5.

De hoc arg. i de gr̃a & lib. ar. ad Val. 22. in. T. 7 & in isto. 2. To. op. & in de cor. & gra. c. 8. in. 7. Tomo & in 3. To. ho. opuscu.

religiosorum Christianorum prꝑueniuntur & baptismo prꝑripiuntur infantes, cum e contrario sacrilegorum & inimicorum Christi aliquo modo in Christianorum manus veniẽtes, ex hac vita non sine sacramento regenerationis emigrẽt? Quid hinc dicturi sunt, qui vt gratia dari possit nonnulla præcedere merita humana cõtẽdunt, ne sit personarũ acceptor deus? Quæ tãdem hic merita præcesserunt? si eorundẽ cogitaueris paruulorum, nulla sunt propria, vtriscꝫ est illa massa communis. Si parentũ attenderis, bona sunt illa quorum filij repentinis mortibus sine Christi baptismate perierũt: mala vero illa quorũ filij per Christianorum aliquam potestatem ad sacramenta ecclesiæ peruenerunt. Et cur prouidentia dei cui Matth.10. nostri capilli numerati sunt, sine cuius voluntate non cadit passer in terrã, quæ nec faro premitur, nec fortuitis casibus impeditur, nec vlla iniquitate corrumpitur, vt renascantur ad hæreditatem cœlestem, non cõsulit omnibus paruulis filiorum suorum, & nõnullis consulit etiã paruulis impiorum? Iste infans de fidelibus coniugatis ortus, lætitia parentũ susceptus, matris vel nutricis somnolentia suffocatus sit exterus & extorris suorum fidei. Ille infans de sacrilego stupro nascitur, crudeli timore matris exponitur, alienorum misericordia pietate colligitur, eorum Christiana solicitudine baptizatur, fit æterni consors & particeps regni. Ista cogitent, ista considerent, hinc audeant dicere deum vel acceptorẽ in sua gratia personarum, vel remuneratorem prꝫcedentium meritorũ. Nã & si conabuntur maioris ætatis aliqua merita suspicari seu bona seu mala, quid de istis infantibus dicẽt, quorum nec iste sibi vllis proprijs meritis malis potuit acquirere violẽtiam suffocantis, nec bonis ille diligentiã baptizantis? Nimiæ vanitatis & cæcitatis sunt, si etiam his consideratis nondum dignantur exclamare nobiRom.11. scum, O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ dei, quã inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Non itaque misericordiæ gratuitæ dei pertinacissima aduersentur insania. Sinant filium hominis in qualibet ætaLuc.19. te quærere & saluum facere quod perierat. Nec de inscrutabilibus iudicijs eius audeant iudicare, cur in vnaRom.9. eademꝫ causa super alium veniat misericordia eius, super alium maneat ira eius: Qui enim sunt isti qui reDe isto exꝑplo i de prꝫd. & gra ca.7. in T.7. & in.3. To.ho.op. spondeant deo, quandoquidem ille Rebeccæ habenti geminos ex vno concubitu Isaac patris nostri, cum illi nõdum nati nihil egissent bonive mali, vt secundum electionem propositum eius maneret, electionem scilicet gratiæ non debiti, electionem qua eligendos facit ipse non inuenit, non ex operibus, sed ex vocante dicit minori seruiturum esse maiorem. In quam sententiam

tiam beatus apostolus etiam testimonium prophetæ lõge posterioris assumpsit: Iacob dilexi, Esau autem odio hebui: vt intelligeretur hoc apertum postea per prophetam, quod antequam illi nascerentur erat in dei prædestinatione per gratiam. Quid enim diligebat in Iacob antequam natus faceret aliquid boni, nisi gratuitum misericordiꝫ suꝫ donum? Et quid oderat in Esau antequã fecisset aliquid mali, nisi originale peccatum? Nam neque in illo diligeret iustitiam quam nullam ille fecerat, neꝫ in isto odisset naturam quam bonã ipse perfecerat. Mirum autem cum his coarctantur angustijs, in quanta se abrupta prꝫcipitent metuentes retia veritatis. Ideo inquiunt, nondum natorum alium oderat, alium diligebat: quia eorum futura opera prꝫuidebat. Quis istũ acutissimum sensum defuisse Apostolo non miretur? Hoc quippe ille non vidit, quando sibi velut aduersantis obiecta quæstione, non in potius tam breue, tam apertum, tam (sicut isti putant) verum absolutumque respondit. Cum enim rem stupẽdam proposuisset, quomodo de nõdum natis, nec aliquid agentibus boni aut mali recte dici potuerit, quod vnum deus dilexerit, alium odio habuerit, ipse sibi obiecta quæstione motum exprimẽs auRom.9. ditoris: Quid ergo dicemus? inquit. Nunquid iniquitas apud deum? Absit. Hic ergo erat locus, vt diceret quod isti sentiunt. Futura enim deus opera prꝫuidebat, quando minori maiorem seruiturum esse dicebat. Non autem hoc Apostolus dicit, sed potius ne quisquam de suorum operum audeat meritis gloriari, ad dei gratiã & gloriã commendandam voluit valere quod dixerit. Cũ enim dixisset, Absit vt sit iniquitas apud deum: tãquam ei diceremus, Vnde hoc ostendis, cum asseras non ex operibus, sed ex vocãte dictum esse, Maior seruiet minori. Moyses enim dicit, inquit, Miserebor cui misertus ero, & misericordiam præstabo cui misericors fuero. Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est dei. Vbi nunc merita, vbi opera vel præterita vel futura tanquã liberi arbitrij viribus adimpleta vel adimplenda? Nonne apertam protulit Apostolus de gratuitæ gratiꝫ, hoc est verꝫ gratiꝫ commendatione sententiam? Nonne stultam fecit deus hæreticorum sapientiam? Quid autem agebatur vt hoc Apostolus diceret, vt eorum geminorum commemoraret exemplum? Quid persuadere molieba-
tur? quid inculcare cupiebat? Nempe hoc quod ipsorum oppugnet amentia, quod superbia non capiunt, quod sapere nolunt. Qui ignorantes dei iustitiam, & suam volẽRom.10. tes constituere, iustitiꝫ Dei non sunt subiecti. Deipsa qꝫpe gratia satis agebat Apostolus, & ideo promissionis filios cõmendabat. Quod.n. promittit deus, nõ facit nisi deus

Malach.1. Deus ãquã Iacob nasceret nõ diligebat in illo nisi gratuitũ misericordiꝫ suꝫ donũ, & odio ꝓsequebat in Esau originale pcũm.

Hoc ambrosius.

Quod nõ ex futuris opib. ꝺus eligat, habes i ☞ ꝓde. & gra. 7. in To. 3. ho. opus. Roma. 9.

Sup̃bia ẽ dicere qđ nõ facit, qđ ꝓmisit deus,

deus habet nanque aliquid rationis & veritatis, vt homo promittat & deus faciat, vt autem homo se facere dicat quod promiserit deus, superbę pietatis est reprobus sensus. Commendans ergo filios promissionis, hoc primum significatum ostendit, per Isaac filium Abraę. Euidentius namque opus dei apparet in eo, quem non genuit vsitatus ordo naturæ de sterilibus visceribus & senectute confectis, vt in filiis dei qui futuri prænunciban

Roma.9.

tur, hoc esset signum diuini operis, nõ humani. In Isaac, inquit, vocabitur tibi semen: hoc est, nõ qui filij carnis, ij filij dei, sed filij promissionis deputãtur in semine. Promissionis enim verbum hoc est: Ad hoc tẽpus veniã, &

Hoc idẽ de ỹbo ad ỹbũ i đ pde.

erit Saræ filius. Non solum autem illa, sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri: quo pertinuit vt adderet ex vno concubitu, nisi vt non solum de

gra.7.i.T.7. & i.3.T.ho.op.etiã

suis, neque de parentum meritis aliorum, sed ne de ipsius gra & li.ar.c. 21.in T.7.& in

us quidem vnius patris, mutata forte in melius voluntate gloriaretur Iacob dicens, ideo se a creatore non de

ifto.2.To.opus.

lictũ, quia pater eius quãdo enim seminauit, melioribus laudabilior moribus fuit. Ex vno, inquit, cõcubitu vnũ tunc ad eos seminandos meritũ patris: vnũ ad concipiẽdos meritum matris. Quia etsi mater eos donec pareret visceribus portauit inclusos, & forte voluntates affectiones variauit, nõ vni sed ambobus vtiq; variauit, quos pariter ventre portauit. Interio igitur intuenda est Apostoli, quomodo propter gratiam commendandam nolit

Malch.1. Roma.9.

eum de quo dictum est, Iacob dilexi, nisi in domino gloriari: vt cum ex eodem patre, eadem matre, vno concubitu, antequam aliquid egissent boni aut mali, alterum deus diligit, odit alterum, intelligat Iacob ex illa massa originalis iniquitatis, vbi fratrem suum cum quo habuit communem causam, videt per iustitiam meruisse dãnari, non nisi per gratiam se potuisse discerni. Nondũ enim nascentibus, nec agentibus bonum aut malum, vt secundum electionem propositum dei maneret, non ex

Roma.11.

operibus sed ex vocante dictum est ei: Maior seruiet minori. Electionem autem gratiæ nullis fieri operum præcedentibus meritis, alio loco apertissime idem Apostolus ostendens: Sic ergo, inquit, & in hoc tempore reliq̃e secundum electionẽ gratiæ saluæ factæ sunt. Si autẽ gratia iã nõ ex operibus, alioquin gratia iã non est gratia. Secundum hanc ergo gratiam, etiam propheticum testimonium consequenter assumens: Sicut scriptum est, inquit, Iacob dilexi, Esau autem odio habui, & continuo: Quid ergo dicemus, inquit, Nunquid, iniquitas est apud deum? absit. Sed quare, absit? An propter opera quę futura præsciebat amborum? Imo & hoc absit. Moyses enim

Roma.9.

dicit: Miserebor cui misertus ero, & misericordiam præstabo

stabo cui misericors fuero. Igitur nõ volentis neq; currentis, sed miserentis est dei. Atque vt in vasis quę perfecta sunt in perditionẽ quę dãnatę debita est massæ, agnoscant vasa ex eadem massa in honorem facta, quid eis misericordia diuina largita sit. Dicitenim, inquit, scriptura ad Pharaonem, Quia ad hoc te excitaui, vt ostendam in te potentiam meam, vt glorificetur nomen meũ in vniuersa terra. Denique ad vtrunq; concludit: Ergo

Roma.9.

cuius vult miseretur, & quem vult obdurat. Hoc facit apud quem nõ est iniquitas. Miseretur itaque gratuito dono, obdurat autem iustissimo merito. Sed dicat adhuc vel superbi infidelis elatio, vel punita damnabilis excusatio: quid adhuc conqueritur? Nam voluntati eius quis resistit? Dicat & audiat quod conuenit homini: O homo tu quis es qui respondeas deo: & cętera, de quibus iam quantum potui satis ac sępe disserui. Audiat hæc, & nõ contemnat. Quod si contẽpserit, etiam vt contemneret se inueniat obduratum. Si non contempserit, etiã vt nõ contemneret esse credat adiutum, sed obduratũ debito, adiutũ gratia. Nec̃.n. si duorũ de Isaac patriarcha gemi

Malch.1. Roma.9.

norũ, qđ qdẽ iã ostendimus quãta cęcitate dicaf, futura pręuidit deus opera, quia vixerunt atque senuerunt, & propterea Iacob dilexit, Esau autem odio habuit, ideo mortuorum etiã paruulorum potest quisquam dicere, vt huic ad percipiendum baptismum non consulat, illi autẽ cõsulat, deum futura eorũ opera prævidere. Quomodo enim futura dicuntur, quę nulla erunt? Sed deus, inquiunt, in eis quos hinc aufert prævidet, quemadmodum victurus esset quisque si viueret, & ideo quem nequiter nouit fuisse victurum, sine baptismo facit & mori, sic in eo puniens opera mala, non quę fecit sed quæ facturus fuit. Si ergo diuinitus etiam quę commissa non sunt, mala opera puniuntur: Primo attendant quã falso polliceantur in damnationem paruulos non ituros, qui sine baptismate moriuntur, qui propterea non baptizantur, quia mali victuri erant si viuerent: propter ipsam quippe malam vitam proculdubio damnabuntur, si etiam mala quæ fuerant futura damnantur. Deinde si eis ad percipiendum baptismatis consulitur sacramentum, quos nouit deus si viuerent bene fuisse victuros, cur non omnes tenentur in vita, quam bonis operibus ornaturi sunt? Cur etiam eorum qui baptizantur quidam diu viuentes pessime viuunt, vsque ad apostasiam aliquando perueniunt? Cur ipsum primum conIugium peccatorum, quos vtique nouerat deus peccaturos non de paradiso ante proiecit, ne ibi committerent quod tã sancto loco esset indignum, si iuste peccata etiã nondum commissa puniuntur? Quid denique prętatur

Sap.4.

ei qui

Universidad de Navarra Biblioteca

Deus nō punit nec remunerat opera fienda & non facta.

ei qui rapitur, ne malitia mutet intellectum eius, & ne fictio decipiat animam eius: si iuste etiam illa puniuntur, quę licet non fecerit, fuerat tamen viuendo facturus? Postremo cur non ad percipiendum regenerationis lauacrum, ei magis consulitur morituro qui male fuerat victurus si uiueret, vt ei peccata quę fuerat commissurus remittantur in baptismo? Quis enim est tam vecors qui ea neget per baptismum posse dimitti, quæ sine baptismo dicit posse puniri? Sed disputando aduersus eos qui vsquequaque conuicti etiam non commissorum peccatorum deum persuadere moliuntur vtrorem, verendum ē ne nos ī eos ista fingere existimemur: illi aūt nullo modo tam hebetes esse credantur, vt hæc vel sentiant, vel cuiquam persuadere conentur: verūtamen nisi eos hęc dicere audissem, refellenda esse non arbitrarer. Circūstipantur enim & diuinarum authoritate lectionum, & antiquitus tradito & retento firmo ecclesiæ ritu in baptismate paruulorum, vbi apertissime demonstrantur infantes, & cum exorcizantur & cum ei per eos a quibus gestantur renunciare respondent, a diaboli dominatione liberari, & non inuenientes qua exeant, pergunt in præcipitem stultitiā dum nolunt mutare sententiam. Illud sane sibi videntur acutissime dicere, quomodo peccatum transit in filios fidelium, quod in parentibus non dubitamus dimissum esse per baptismum, quasi propterea possit non habere generatio carnalis, quod sola tollit regeneratio spiritalis. Aut vero in baptismo concupiscentię carnis infirmatas continuo sanatur, sicut continuo reatus eius aboletur, sed gratia renascendi, non conditione nascendi. Vnde quisquis per hanc concupiscentiā, etiā de renato nascitur, sine dubitatione oberit nato, nisi & ipse similiter renascatur. Verum quicquid est in hac quęstione difficultatis, ita in agro Christi non impedit operarios eius, quo minus ab eis in remissionem peccatorum baptizentur infantes, siue de fidelibus, siue de infidelibus nati sint, sicut agricolas non impedit, quo minus ab eis inserēdi cura in oleas cōuertanē oleastri, siue de oleastris siue de oleis oriātur. Nā & hoc si ut respōdeat rustico, pponaē, q̄ cā sit vt cū aliud sit olea, aliud oleaster, nō tñ nisi oleaster de semine vtroq; nascaē, nō omittit inserēdi curationem, etiam si non possit istam solvere quæstionem. Alioquin dum ex oliuę semine exorta virgulta nō aliud quā oleas esse existimat, efficit desidia vanitatis, vt totus ille ager amara sterilitate sylueſcat. Nam illud quod excogitauerūt cum veritatis pudore premerentur, quia fidelis dominus in verbis suis, citer, ſ veraci- & propterea eius ecclesia nullo modo fallaciter paruuter, ī remissionē los in remissionem peccatorū baptizat, sed vt fide agatur

De Gen. ad literā, lib. 10. ca. 23 in Tom. 3.

Comparatio.

Paruuli nō fala

tur quod agitur, vtique fit quod dicitur: Quod ergo excogitauerunt cum hæc eos apertissima moles veritatis vrgeret, quis non Christianis irrideat quamlibet versutissimum cernat? Dicunt enim, veraciter quidem respōdere paruulos per ora gestantium, in remissionē se credere peccatorū, nō tñ ga sibi remittūtur, sed quia credāt p in ecclesia vel in baptismo remittātur in qbus iuenīunt, nō in qbus nulla sunt. Ac p hoc nolūt eos ita baptizari in remissionē peccatorum tanquam in eis fiat ipsa remissio, quos contendunt nullum habere peccatū. Sed quoniā licet sine peccato, in eo tamē baptismate baptizantur, quo fit in quibusque peccatoribus remissio peccatorum, fieri quidem potest vt hęc versipellis astutia subtilius & acutius ex ocio refellatur, veruntamen secūdum istam suam calliditatem nō inueniunt quid ad hoc respondeant, q̄ exorcizantur & exufflantur infantes. hoc enim proculdubio fallaciter fit si diabolus eis non dominatur. Si autem dominatur, & ideo non fallaciter exorcizantur & exufflantur, per quid dominatur nisi per peccatum princeps vtique peccatorum? Proinde si iam erubescunt nec audent dicere hæc in ecclesia menti geri, fateantur q̄ perierat etiam in paruulis quæ ri, neque enim nisi propter peccatum perierat, quod nī si per gratiam non potest quæri, non potest inueniri. Sed deo gratias, quod saltem cum argumentatur contra remissionē peccatorum ne fieri credatur in paruulis, iam tamen quanuis per corda & ora maiorum credere paruulos confitentur. Sicut ergo audiunt dominum dicentem, Qui nō renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto nō introibit in regnum cœlorum: propter quod eos baptizandos esse concedunt: Sic audiant eundem dominum dicentem, Qui non crediderit, condemnabitur: quia sicut eos renasci per ministerium baptizantium, ita etiam credere per corda & ora confitentium confitemur. Audeant ergo dicere quod a iusto deo innocens condemnabitur si nullo vinculo peccati originalis innectitur. Si sermo iste prolixus est & onerosus occupationibus tuis, da veniam, quia vt hęc ad te scriberem, & occupatus literis tuis indicibus erga nos benevolentię tuæ tecum ista colloquerer, etiam ego vim feci interrumpendis occupationibus meis. Si qua illos alia excogitare aduersus fidem catholicam scieritis, & quæcunque adversus eos ne dominici gregis infirma deuastent, vos quoque fideli & plane pastorali dilectione disseritis, nota facite nobis. Hæreticorum quippe inquietudine, vt scripturas vigilantius perscrutemur, Vnde ne oculi Christi noceant, eis possit occurri, tanquam de somno ignauiæ nostra excitatur industria; ita per multiplicem gratiam

peccatorū bapti zant. vt ab ecclesia determina tū ī cōcil. mele. can. 2. & 3. & in cōcil. aphr. can. 77. i. 2. T. cōcil. Baptismus non erat ī remissionē pcōrū i paruulis ſ 3 ī alijs dicebāt Pelagiāi. q̄ ab ecclesia damnatū sub pœna anathematis ubi supra.

Exorcizantur & exufflant ifā tes, ga diabolus eis dñatur, vt expellatur.

Ioā. 14. Luc. 19

Ioan. 3.

Mar. 16.

tiam saluatoris etiam quod inimicus in perni ie machi-
Roma.6. natur, deus conuertit in adiutorium: quoniam diligenti
bus deum omnia cooperãtur in bonum. Semper in deo
viuas, memor nostri fratres charissime.

DOMINO BEATISSIMO ET IN CHRISTI VISCERIBVS GER manitus amplectendo plus quam dici po test desiderabili fratri & coepi scopo Paulino, Alipius & Augustinus.

EPIST. CVI.

TAndem aliquando prouidit deus nobis literarum fidelissimum perlatorem omnium nostrum merito charissimum fratrem Ianuarium, per quem etiam si non scriberemus, omnia quę circa nos sunt posset syncritas tua tanquam per viuentem atque intelligentẽ epistolam noscere. Pelagium quem credimus, vt ab illo distingueretur qui Pelagius Tarenti dicitur, Britonẽ fuisse cognominatũ, quod vt seruũ dei dilexeris, nouimus:
Quomodo fidelis & hęreticus diligendi. nunc autẽ quemadmodum diligas, ignoramus. Nam & nos non solum dixerimus, verum etiam diligemus eum. Sed aliter nunc diligimus, aliter aliquando dilexim̃us. Tunc enim quia nobis rectę fidei videbatur, nunc autẽ vt ab ijs quæ inimica & aduersa gratię dei sentire dicitur, illius misericordia liberetur. Nam cum hoc de illo
Solet fama mentiri. aliquandiu fama iactaret, non vtique facile credendum fuit. Solet quippe fama mentiri; sed propius vt credere mus accesit, quod liberum quendam eius, ea prorsus
2. Thi. 2. persuadere molientem, quę gratiam dei per vnum mediatorem dei & hominum hominẽ Iesum Christũ generi humano impertitam, de fidelium cordibus creditam deleant, legimus, traditũ nobis a famulis Christi qui eũ talia docentem studiosissime audierant, fuerantcp sectati. Cui quidẽ libro, eisdem rogantibus, quia id fieri oportere videbamus, tacito nomine authoris, ne offensus in
* damnatiõe. sanabilior redderetur, vnius nostrũ disputatione * responsum est quod libero cõtinetur, & multipliciter atq; abundãter assertur: quod etiam quibusdam literis agit ad tuã veneratiõnẽ datis, vbi dicit se non debere existimari sine gratia dei defendere liberum arbitriũ, cũ possibilitatem volendi atque operandi sine qua nihil boni velle atq; agere valeremus a creatore nobis insitam diceret, vt videlicet hæc intelligaẽ doctore ipso gratia dei, quæ Paganis atque Christiani, impijs & pijs, fidelibus atque

atq; infidelibus cõmunis est. Hęc mala quibus saluatoris euacuaretur aduentus, vbi hoc possumus dicere qđ Gal. 2
de lege dicit apostolus: Si per naturã iustitia, ergo Chri- Hoc argu. facit
stus gratis mortuus est, refellebamus vt poteramus in Aug. & ī đ gra et
cordibus eorũ qui ista sentirent, vt his cognitis, etiã ille li ar. 13. ī To. 7.
si fieri posset non lacesitus ista emẽdaret, atq; ita & per & ī isto To. op.
nicies destrueretur erroris, & hominis verecundię parcaeretur. Sed postea quam ad nos literæ de Oriente ve- & ī epi. qnq; e-
nerunt, eandẽ causam apertissime vẽtilantes, nullo mõ pisc. i To. 2. quæ
iã qualicunq; episcopali authoritate deesse ecclesiæ de- ē. 95. & hr̃ ī isto
bueramus. Missæ sunt itaq; de hac re ex duobus concilijs, Carthaginensi & Mileuitano relationes ad apostolicam sedẽ, antequã gesta ecclesiastica, quibus apud epiſcopos prouincię Palęstinę Pelagius perhibetur esse purgatus, vel in manus nostras, vel in Aphricam peruenisſent. Scripsimus etiã ad beatæ memorię papam Innocẽtiũ, pręter conciliorũ relationes, literas familiares, vbi de ipsa causa aliquãto diutius egimus. Ad omnia nobis ille rescripsit eodẽ mõ quo fas erat atq; oportebat apostolicæ sedis antistitem. Quæ omnia modo legere poteris, si eorũ forte ad te vel nulla vel nõ cũcta puenerant vbi videbis seruata erga hominẽ moderatione quæ debuit, ne dãnaretur si praua damnaret, ipsum tamen nouellũ & perniciosum errorẽ sic ecclesiastica authoritate cõpressum, vt multũ miremur esse adhuc quosdã qui p quẽlibet errorẽ gratiæ dei conẽtur obsistere, si tamẽ hęc gesta didicerunt: quod gratia dei per Iesum Christũ dominũ nostrũ, quod fides vera & catholica tenet, semper ecclesia pusillos cum magnis a morte primi hoīs, ad vitam secundi hominis transfert: non solum peccata delendo, verum etiam ad non peccandum rectęq; viuendum, eos qui iam vti possunt voluntatis arbitrio sic adiuando, vt nisi adiuuet nihil pietatis atq; iustitię siue in ope Phil. 2.
re, siue etiam in ipsa voluntate habere possimus. Deus quippe operatur in nobis, & velle & operari pro bona
Luc. 19. volũtate. Nã quis nos nisi qui venit quærere & saluare qđ perierat, ab illa perditionis massa & cõtentione discernit? Vnde Apostolus interrogat, dicẽs: Quis. n. te di- 1. Cor. 4.
scernit? Vbi se dixerit hõ: Fides mea, voluntas mea, bonũ opus meũ: Respõdetur ei: Quid. n. habes qđ nõ accepisti? Si autẽ & accepisti, quid gloriaris quasi nõ accepis? Hoc vtiq; totũ ideo, nõ vt hõ nõ gloriatur: sed vt q Iere: 9
gloriatur, in domino glorietur, non ex operibus, ne for 1. Cor. 1.
te quis extollatur. Non quia bona opera ista, pia cogita 2. Cor. 10.
tione frustrantur, cum deus reddat vnicuique secũdum Psal. 61.
opera eius, sitque gloria & honor & pax omni operan Roma. 2:
ti bonum: sed quia opera ex gratia, nõ ex operibus gra Opa ex gratia.
ia quoniam fides quę per dilectionem operatur, nihil nõ ex opibus.

operari enim

gra. idē in epist. 105.i.2. To.& i isto To.op.& in pf. Psal.31.in.8. To.& in.1.T. horum opusculi. Luc.15. Filius pdigus bonā īspiratiōnē nō habuisset, nisi deus illū inspirasset, Psal.58.

Psal.126. Psal.130. Psal.58. Luc.19.

Si grā ex meritis redderet. psa nō esset grā, sed merces dbita, sz grā dr, qa gratis dat, gratis cōstat tua opa inueniū tur mala, attū deus illa nō punit, nā si illa puniret, te dānaret, sz ille non dat de bita pœnam, sz donat ī debitā grām, ī epi.105. ī To.2.& ī isto To.op. & ī pf. Psal.31.ī To.8. & ī.1.T.ho.op. 3.Cor.6.

operaretur nisi ipsa dilectio dei diffunderetur in cordibus nostris per spiritū sanctum qui datus est nobis. Nec ipsa fides esset in nobis, nisi deus vnicuique partiretur mensuram fidei. Bonum est igitur homini, vt cum totis viribus liberi arbitrij sui veraciter dicat, Fortitudinem meam ad te custodiam: quia ille qui putauit sine ipsius adiutorio se posse custodire quod dedit, profectus in longinquam regionem, & viuens prodige cuncta consumpsit, & miseria duræ seruitutis attritus, reuersusq; in semetipsum dixerit: Surgā & ibo ad patrem meum. Quam cogitationem bonam quando haberet, nisi & ipsam illi 2. Cor.3. in occulto pater misericordissimus inspirasset? Quod intelligens minister ille Noui testamenti: Non quia idonei sumus, īquit, cogitare aliquid a nobis quasi ex nobismet ipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Vnde & ille cum dixisset. Fortitudinem meam ad te custodiā, ne vel hoc ipsum quia custodit, suis viribus arrogaret, tanquam ei venisset in mentem, quia nisi dominus custodierit ciuitatem, in vanum vigilant qui custodiunt eam: & non dormit neque dormitat qui custodit Israel, adiūxit causam vnde fiat idoneus custodire, vel quo potius custode seruetur. Quoniam deus, inquit, susceptor meus es Recolat igitur iste si potest merita sua, vnde factum sit vt deus dignaretur eius esse susceptor, ac si deus esset susceptus. Recolat vtrum quæsierit an quæsitus sit, ab illo scilicet qui venit quærere & saluare quod perierat. Nam si quæ rere voluerit ante gratiam quid meruerit vt acciperet eam, mala sua poterit homo inuenire non bona, etiam si eum vnius diei vitam habentem super terram gratia saluatoris inuenerit. Quia si aliquid boni operatur homo vt gratiam mereatur, non ei merces imputatur secū dum gratiam, sed secundum debitum. Si autem credit in Aba.2 Ro.1. eum qui iustificat impium, vt deputetur fides eius ad iustitiam: Iustus enim ex fide viuit: profecto antequam gratia iustificetur vt iustus efficiatur, impius quid est nisi impius? Quem si debitum sequeretur, quid eius merito nisi supplicium redderetur? Si ergo gratia, iam non Ro. 2. ex operibus est: alioquin gratia iam non est gratia. Ope Ro.11. ribus enim debitum redditur, gratia gratis datur, vnde etiam nuncupatur. Si quis autem dixerit quod gratiam bene operandi fides mereatur, non possumus, imo vero gratissime cōfitemur. Hanc enim fidē volumus habeāt qua impetrent charitatem quę sola vere bene operatur, isti fratres nostri qui multum desuis operibus gloriantur. Charitas autem vtique adeo donum dei est, vt deus dicatur. Qui ergo habent fidem, qua impetrent iustificationem, per dei gratiam peruenerunt ad legem iustitiæ. Vnde dicitur, Tēpore acceptabili exaudiui te, & in die salutis

salutis adiuui te. Proinde in ijs qui per electionem gratiæ salui fiunt, adiutor deus operatur & velle & operari pro bona voluntate: quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Si omnia, vtique & ipsam dilectionem quam fide impetramus, vt eum qui nos prior dilexit vt in illum crederemus, per eius gratiam diligamus, & diligamur quod operati non sumus. Qui vero suis meritis præmia tanquam debita expectant, nec ipsa merita dei gratię tribuunt, sed viribus propriæ voluntatis, sicut dictum est de carnali Israel, persequentes legem iustitiæ in legem iustitiæ non peruenerunt: quare? Philip.2. Roma.8. 1.Ioan.4. Quia non ex fide, sed tanquā ex operibus. Ipsa est enim iustitia ex fide quam gentes apprehenderunt, de quibus Roma.9. dictum est, Quid ergo dicemus? Quia gentes quę non cognouerunt iustitiam apprehenderunt iustitiam. Iustitiam autem quæ ex fide est: Israel autem persequens legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit: quare? Quia non Esa.28. ex fide, sed tanquam ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali: & qui crediderit in eum non confundetur. Ipsa est iustitia ex fide qua credimus nos iustificari, hoc est iustos fieri gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, vt inueniamur in illo non habentes nostram iustitiam quæ ex lege est, sed eam quæ est per fidem Christi. Quę ex deo iustitia in fide vtiq; in fide qua credimus nobis iustitiam diuinitus dari, non a nobis in nobis nostris viribus fieri. Nam cur illam iustitiam quę ex lege est, suam dixit Apostolus, nō ex deo, quasi lex non sit ex deo? Quis hoc nisi impius senserit? sed quia lex per literam iubet, non per spiritum iuuat quicunque sic audit literam legis vt ei sufficere videatur cognouisse quid iubeat aut prohibeat, quo id se arbitrij sui virtute impleturum esse confidat, nec fide confugiat adiuuandus ad spiritum viuificantem, ne reū factum litera occidat: is profecto zelum dei habet, sed non secundum scientiam. Ignorans enim dei iustitiam, id est eam quę dat ex deo, & suam volēs constituere, vt tantummodo ex lege sit, iustitiæ dei non est subiectus: finis enim legis Christus ad iustitiā omni credēti: sicut idē Apostolus dicit, vt nos simus iustitia dei in ipso. Iustificati igit ex fide pacē habemus ad deum per dominum nostrum Iesum Christū: iustificati autē gratis per gratiā ipsius, ne fides ipsa superba sit. Nec dicat sibi, Si ex fide, quomodo gratis? Quod enim fides meret, cur non potius redditur quam donatur? Non dicat ista homo fidelis, quia cum dixerit vt merear iustificationem, habeo fidem: respondetur ei, Quid enim habes quod non accepisti? Cū ergo fides impetrat iustificationē, sicut vnicuique deus

Lex p fidem iubet, & nō iuuat: T.& ī isto.2.T. opu.& ī de grā & li.ar. ca.18.ī.T.7.& ī isto.2.To.op. & ī de spi.& lit. c.4.&.17.&18. &.19.&.30.& 31.ī To.7.& in isto.2.To.opu. 2.sen.distint.26 cap.& si. 1.Cor.4. 2.sent.distin.26 cap. itaque.

1.Cor.12. deus partitus est etiam ipsius mẽsura fidei, non gratiam dei aliquid meriti præcedit humani, sed ipsa gratia mere-
tur augeri, vt aucta mereatur perficiri, comitante non
Voluntas est pe- ducente pedissequa non præuia voluntate. Vnde ille qui
dis sequa gra. dixit, Fortitudinem meam ad te custodiam: causamque
Psal.58. reddit dicens, Quoniam deus susceptor meus es: tanquã
requirens quibus id meritis fuerit consequutus, nihilq;
in se inueniens ante gratiam dei: Deus meus, inquit, mi-
sericordia eius præueniet me. Quantumcunque inquit,
cogitauero antecedentia merita mea, misericordia præ-
ueniet me. Proinde ab illo attributam fortitudinem suã
ad illum custodiens, eodem seruatore non perdit quod
eodem largitore susceptit. Nec ob aliud meretur amplio
ra, nisi pie fideliterq; sciendo a quo sibi bona sunt om-
nia, & hoc sciendo non ex seipso, ne vel hoc sit in eo
1.Cor.2. quod non sit ex deo. Vnde optime Apostolus: Nos, in-
quit, non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum
qui ex deo est, vt sciamus quæ a deo donata sunt nobis,
ac per hoc & ipsum hominis meritum donum est gratui
tum. Nec a patre luminum a quo descendit omne datum
optimum, boni aliquid accipere quisquam meretur, nisi
accipiendo quod non meretur. Multum est autem indul
gentius & sine vlla dubitatione gratuitum, quod dei gra
tia per Iesum Christum dominum nostrum præstatur in-
fantibus, vt eis non obsit ex Adam generatio, & prosit
in Christo regeneratio, in quibus & ipsum accipiendi
sensum tanto ante misericordia dei præuenit: qui certe
si in hac parunla ætate de corpore exierint, vitam æter
nam regnumq; cœlorum scientes accipiunt, eius mune-
ris merito quod hic cum vtique profuit, nescierunt. Cer
te in ijs post priorum doctrinam, ita non nisi priora sunt
dona, in quibus donandis dei gratia sic operatur, vt nec
voluntas accipientium vel premittatur vel adiungatur
vel subsequatur. Quandoquidem tantum beneficium nõ
solum non libẽtibus, verum etiam reluctantibus datur,
quod eis ad magnum imputaretur sacrilegium, si iam in
ijs aliquid valeret voluntatis arbitrium. Hoc dicimus
propter eos qui non valentes in causa gratiæ inscrutabi
Roma.9. lia dei iudicia perscrutari, cur ex Adam massa, quæ pro
fecto ex vno in condemnationem tota collapsa est, il-
lud vas faciat in honorem, illud in contumeliam, tamen
audent paruulos reos propriorum constituere peccato-
rum, vt qui bona mala ue cogitare non possunt, puten-
tur per liberum arbitrium vel pœnam mereri posse vel
Roma.3. gratiam: cum potius apostolica veritas dicendo, Ex vno
omnes in cõdemnationem: satis ostendat quod nascan
tur in pœna, vt non merito sed misericordia renascan-
tur in gratia. Alioquin gratia iam non est gratia, si non di-
uinis

uinis operibus gratis datur, sed humanis meritis reddi-
tur. Quæ sola sic discernit a pœna, vt cum pœna sit ex Sigra nõ gratis
Adam omnibus debita, gratia vero per vnum Iesum dat sed redditur
Christum nulli debita, sed gratuita, vt vere sit gratia, in- iã nõ est gratia.
scrutabilia iudicia dei tanquam deus esse possint, cum
paruulos ipse discernat, quos merita nulla discernunt,
sed iniqua esse non possint, quia vniuersæ viæ domini
misericordia & veritas. Vnde cum præbetur alteri mise- Psal.24.
ricordiæ gratia, non habet quod de humano merito glo Si vni misericor-
rietur, quoniam non ex operibus, ne torte quis extolla dia tribuit, ipsi
tur: cum vero alteri vindictæ redditur veritas, non ha- nõ hz vnde glo
bet cur iuste queratur. Id enim redditur quod peccato iu rief: si alteri vin
re debetur, quoniã vnus in quo omnes peccauerunt, uti dicta, nõ hz cur
que etiam in singulis quibusque punitur. In quorum pœ iuste queraf, idẽ
na clarius ostenditur, quid vasis misericordiæ per non in epist. 1 of. in
debitam sed veram gratiam, hoc est gratuitatem confe- To.2. & i isto. 2
ratur. Vnde ergo argumentantur aduersus apostolum Tomo opuscu.
apertissime dicentem, Per vnum hominem peccatum in Rom.5.
trauit in mũdum, & per peccatum mors, & ita in omnes
homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt, dicẽtes
etiam paruulos propria per liberum arbitrium habere
peccata, tedet attendere, pigetq; proferre, sed magis com
pellimur dicere. Quod enim potuerunt magna & acura
ingenia cogitare, aut inoptæ est tacendo vitare, aut arro
gantiæ contemnendo præterire. Ecce, inquiunt, Esau & Gen.25.
Iacob inter viscera materna luctantur, & dum nascun-
tur, alter supplantatur ab altero, atque in pede præcedẽ-
tis manus consequentis & tenentis inuenta, perseuerãs
quodammodo lucta conuincitur. Quomodo ergo in in-
fantibus hæc agẽtibus, nullum est vel ad bonum vel ad
malum propriæ voluntatis arbitrium, vnde præmia siue
supplicia meritis præcedentibus subsequantur? Ad hoc
nos dicimus, ideo motus illos & tanquam litigium par-
uulorum signum rerum fuisse magnarum, quia non fuit
arbitrium sed prodigium: neq; enim daturi sumus & asi
nis liberum arbitrium voluntatis, quoniam huius gene
ris iumentum, sicut scriptum est, & subiugale linevoce,
hominis voce respondẽs vetuit prophetę demẽtiam. Hi
aũt q tales nõ prodigiosos motus, sed Volũtarios actus;
nec de paruulis, sed a paruulis factos esse contendunt,
quid Apostolo responsuri sunt, qui cum & hos geminos
ad documentum gratuitæ gratiæ commemorandos vi- Gen.25.
deret, nondum enim natis, inquit, nec aliquid agentibus Roma.9.
boni aut mali, vt secundum electionem propositum dei
maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est,
quia maior seruiet minori: Deinde adiungens testimoniũ
prophetę longe post quidẽ ista dicentis, sed tamen de hac
re antiquum dei constitutum declarantis, sicut scriptum

Malach.1.

est, inquit, Iacob dilexi, Esau autem odio habuit? Nempe doctor gentium in fide & veritate istos geminos non dum natos nihil boni aut mali egisse testatur vt gratia commendetur, vt quod dictum est, Maior seruiet minori: non ex operibus, sed ex vocãte dictum intelligatur, vt secundum electionem dei propositum maneret, non meritum hominis anteiret. Non enim dicit, electionem uoluntatis humanæ siue naturæ, cum par esset in utroque mortis damnationisq; conditio, sed electionem proculdubio gratiæ, quæ non inuenit eligendos, sed facit: da qua & in consequentibus eiusdem epistolæ loquens ait: Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Cui loco satis locus iste concordat, vbi commemoratur, non ex operibus, sed ex vocante dictum, Maior seruiet minori. Vt quid ergo præclarissimo gratię commendatori de infantum libero arbitrio, & nondum natorum actibus tam impudenter resistitur? Cur meritis præuenire gratia perhibetur, quę gratia non esset si secundum meritum imputaretur? Cur contra salutem quæ missa est perditis, quæ venit indignis, quamlibet acuta, quamlibet copiosa & ornata, mirum tamen si Christiana disputatione conteritur? Sed quomodo, inquiunt, non est iniquitas apud deum, si diligendo discernit quos merita operum nulla discernunt? Ita nobis hoc dicitur tanquam id Apostolus ipse non viderit, non proposuerit, non responderit. Vidit vtique quid ijs auditis humana posset infirmitas vel ignorantia cogitare, & eandem quęstionem sibiipse proponens, Quid ergo dicemus, inquit? Nunquid iniquitas apud deum? Continuo respondit: Absit. Rationemque reddens cur ablit, id est cur non sit iniquitas apud deum, non ait, Merita enim vel opera iudicat etiam parvulorum, etiam si adhuc sint in materno vero constituti? Quomodo enim hoc diceret, qui iam dixerat de nondũ natis, & de ijs qui nihil adhuc egerant boni vel mali, quod non ex operibus, sed ex vocante dictum sit, Maior seruiet minori? sed cum vellet ostendere cur in ijs nõ sit iniquitas apud deum, ait: Moysi enim inquit, Miserebor cui misertus ero, & misericordiam pręstabo cui misericors fuero. Quid nos hic docuit, nisi ex illa massa primi hominis, cui merito mors debetur, non ad merita hominum, sed ad dei misericordiam pertinere quod quisque liberatur, atque ita non esse iniquitatem apud deum, quia neque permittendo neque exigendo quod debetur, iniustus est? Ibi enim grata est indulgentia, vbi iusta posset esse vindicta. Et hinc euidentius apparet a pœna debita liberato & gratis iustificato, quantum beneficij

Si Iacob ex opibus præteritis, vel futuris fuisset electus, euacuarei illud qđ nõ ex opibus, sed ex vocãte. i de pdest. et gra c. 7 i T. 7. i. 3. T. ho. op. & i sermõe. 18. de tpe i To. 10. et i epi. 95. q̃ fuit 5. epist. & in epist. 105. ad Six tũ pbyt. i T. 2. & in isto. 2. To. opuscu.

Roma.9.

Non est iniqtas apud deũ, neq; iniustitia Idẽ in de pdest. & gra. c. 1. & 2. & 3. in 3. To. ho. opus.

neficij conferatur, quod alter æqualiter reus sine punientis iniquitate punitur. Denique subiungit & dicit: Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est dei: hoc propter eos dictum est, qui per gratiam liberati iustificantur: propter eos autem super quos ira dei manet, quia & ipsis deus bene vtitur ad docendos alios quos liberare dignatur, subiunxit atque ait: Dicit enim scriptura Pharaoni, Quia ad hoc te excitaui, ut ostendam in te potentiam meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Deinde ad vtrunque concludens: Ergo, inquit, cuius vult miseretur, & quem vult obdurat: profecto neutrum aliqua iniquitate, sed utrumque misericordia & veritate. Et adhuc tamen audax mouetur infirmitas eorum scilicet qui secundum coniecturas cordis humani inscrutabilem altitudinem iudicio rum dei cogitare conãtur. Hanc quæstionem sibi ex aduerso opponens Apostolus ait: Dicis itaque mihi, Quid adhuc conqueritur? nam voluntati eius quis resistit? Nobis hoc dictum putemus. Quid ergo aliud quã quod respondit Apostolus, respondere debemus: aut si & nos talia mouent, quia & nos homines sumus, simul oportet omnes audiamus dicentem: O homo tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quare me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam? Hæc massa si esset ita media, vt quemadmodum nihil boni ita nec mali aliquid mereretur non frustra videretur iniquitas, vt ex ea fierent vasa in contumeliam. Cum vero per liberum arbitrium primi hominis in condemnationem vniuersa defluxerit, proculdubio quod ex ea fiunt vasa in honorem, non ipsius iustitiæ quæ gratiam nulla præcesserit, sed dei misericordię: quod vero in contumeliam, non iniquitati dei, quæ absit vt sit apud deum, sed iudicio depurãdum est. Hoc quiquis cum ecclesia sapit, non cõtra gratiam pro meritis disputat, sed misericordiam & iudicium domino cantat, vt nec misericordiam recuset ingratus, nec iudicium accuset inuitus. Alia est nanque illa conspersio, de qua idem dicit Apostolus: Si autem delibatio sancta est, & conspersio: & si radix sancta est, & rami. Illa est ex Abraham: non ex Adam, id est ex communione sacramenti & similitudine fidei, non ex propagine mortali. Ista vero vel conspersio, vel sicut in plerisque codicibus legitur, massa, quoniam tota mortis est, cum per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt, misericordia ex illa fit aliud vas in honorem, iudicio autem in contumeliam. Neque ibi

Roma.9.

Deus bñ vtit reprobis ad dõcẽdos alios liberare dignat.

Exo.9.

Roma.9.

Rom.9.

Christianus nõ debet misericordiã dei recusare ingratus, nec iudicium acusare inuitus.

Roma.11.

φυραμα

Roma.5.

præcedunt merita gratiam liberantis, neq; hic effugiunt peccata iustitiam punientis: quod quidem in ætatibus maioribus aduersus contentiosos non tam euidenter apparet, vbi pro meritis hominum qualicunque velut pro tecti obscuritate confugiunt: sed ideo contra eorum contentionem illos inuehit Apostolus, in quibus nondum natis neque agentibus aliquid boni aut mali, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, Maior seruiet minori. Roma.9.11. Qua in re nimis alta & inscrutabilia sunt iudicia dei, & inuestigabiles viæ eius: interim teneat homo non esse iniquitatem apud deum, sed qua æquitate cuius vult misereatur, & quem vult obdurat, se tanquam hominem ignorare fateatur. Ita sane vt propter illud quod in concussum tenetur, non esse iniquitatem apud deum, quanuis nemo ab illo iustificetur meritis præcedentibus, neminem tamen obdurari nisi merito, nouerit: pie namque & veraciter creditur deus nocentes atque impios iustificando a pœnis debitis liberare: quenquam vero immeritum, & nulli obnoxium peccato si deus damnare creditur, alienus ab iniquitate non creditur. Vbi ergo liberatur indignus, tanto debetur maior actio gratiarum, quanto pœna iustior debebatur: vbi autem damnatur dignus nec misericordia nec veritas damnatur. Gen.25. Quomodo, inquiunt, Esau non damnatur indignus, si non ex operibus, sed ex vocante dictum est: Mala.1. Rom.9. Quia maior seruiet minori? Sicut enim illius nulla præcesserant opera bona vt ad gratiam pertineret, sic nec huius mala vt ad pœnam pertinere deberet. Nulla plane in vtroque opera vel bona vel mala, sed propria: vterque autem illi vni obnoxius erat in quo omnes peccauerunt, Roma.5. vt omnes in illo morerentur. Quicunque enim ex illo vno multi in seipsis futuri erant, tunc in illo vnus erant: proinde illud peccatum soltus esset, si ex illo nullus existeret. Porro autem in quo erat natura communis, ab eius vitio est nullus immunis: sed ambo qui nondum propria vel bona vel mala operabantur, rei tamen ex origine nascebantur. Laudet misericordiam qui liberatur, non culpet iudicium qui punitur. Hic si dixerimus, quanto melius ambo liberarentur: nihil nobis conuenientius dicetur, quam, O homo tu quis es qui respondeas deo? Nouit quippe ille quid agat, & quantus numerus esse debeat primitus omnium hominum, deinde sanctorum, sicut syderum, sicut angelorum, atque vt de terrenis loquamur, sicut pecorum, piscium, volatilium, sicut arborum & herbarum, sicut denique foliorum capillorumque nostrorum. Nam nos humana cogitatione adhuc possumus dicere, quoniam bona sunt cuncta ista quæ fecit, quanto melius illa duplicasset & multiplicasset,

Laudet misericordiã q liberatur nõ culpet iudiciũ q punit, Roma.9.

tiplicasset, vt multo essent plura quam sunt. Si enim non ea caperet mundus, nunquid non posset etiam ipsum facere quantum vellet ampliorem? Et tamen quantumcũque faceret vel illa plura, vel istum capaciorem atque maiorem, nihilominus eadem de multiplicandis eis dici possent, & nullus esset immoderatus modus. Et enim etiam illud dici potest, siue sit gratia qua iustificantur iusti, de qua nobis dubitare fas non est, siue (vt quidam volunt) semper præcedat liberum arbitrium, cuius meritum sequatur vel pœna vel præmium, cur omnino creati sunt, quos deus ita peccaturos, vt æterno essent igne damnandi sine dubitatione præsciuit? Quanuis enim peccata non fecerit, naturas tamen ipsas quæ per se ipsas sine dubio bonæ sunt, quibus tamen ex arbitrio voluntatis futura essent vitia peccatorum, & in multis talia, quibus esset æterna pœna reddenda, quis nisi Deus creauit? Quare nisi quia voluit. Quare autem voluerit, Roma.9. O homo tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, Quare sic me fecisti? An non habet potestatem figulus luti ex eadem conspersione facere aliud quidem vas in honorem, aliud autem in contumeliam? Atque vtinam discamus quod sequitur, Si autem volens deus ostendere iram, & demonstrare potentiam suam, pertulit in multa patientia vasa iræ, quę perfecta sunt in perditionem, vt notas faceret diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ. Ecce etiam ratio reddita est homini, quanta debuit homini, si tamen vel istam capit qui pro sui arbitrij libertate infirmitatis seruitute cõtendit. Ecce dictæ sunt causæ. Tu ergo quis es qui respõdeas deo? si volens deus ostendere iram, & demonstrare porentiam suam quod & malis bene vti optime possit, malis duntaxat non conditione diuina, sed vitiata voluntatis iniquitate natura, quę a deo conditore condita est bona, pertulit in multa patientia vasa iræ aptata in interitum: non quod illi essent necessaria, siue angelica siue humana peccata, cui nec iustitia creaturę cuiusquam est necessaria, sed vt notas faceret diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, ne se in bonis operibus tanquam de propriis exrollerent viribus, sed humiliter intelligerent, nisi illis dei gratia non debita sed gratuita subueniretur, id fuisse reddendum meritis suis, quod aliis in eadem massa redditum cernerent. Certus est ergo dei præscientiæ definitus numerus, & multitudo sanctorum, quibus diligentibus deum quod eis donauit per diffusum in cordibus eorum spiritum sanctum, omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt, quos ante præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus

Deus potest bene vti malis.

Peccata nõ fuerunt necessaria deo, sed voluit p illa notas facere diuitias suas in vasa misericordiæ,

Roma.8.

vocatio duplex. vna simplex, et altera secũm propositũ, idẽ in de corre. & gra. 7. & i ẽ pred. san. 16. in To. 7. & i To. 3. ho. opus. e

Roma. 11.

Psal. 102.

Roma. 9.

Iere. 9.
1. Cor. 1.
2. Cor. 10.

Luc. 19.

Roma. 9.

Quod merita in paruulis nõ p̃cedãt. 1. retrac. 1. 1. To. ho. op. & in de gra. & lib. arb. ad Val. 21. i To. 7. &

mogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinauit, illos & vocauit: hic subaudire debemus, secundum propositum. Sunt enim & alij vocati, sed non electi: ac per hoc non secundum propositum vocati. Quos autẽ uocauit, hoc est secundum propositum illos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit. Hi sunt filij promissionis, hi sunt electi qui per electionem gratię salui fiunt, vbi dictum est: Si autem gratia, iam nõ ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Hęc sunt vasa misericordię, in quibus deus etiam per vasa irę notas facit diuitias glorię suæ. Horum fit per spiritum sanctum cor vnum & anima vna quę benedicit deum, & nõ oblĩ uiscitur omnes retributiones eius, qui propicius fit omnibus iniquitatibus eius, qui sanat omnes languores eius, qui redimit de corruptione vitam eius, qui coronat eam in misericordia: Quia non volentis neque currentis, sed miserentis est dei. Ceteri autem homines ad istam sanctitatem non pertinentes, quorum tamen & animam & corpus Dei bonitas operata est, & quicquid habet ipsa natura præter vitium quod eidem inflixit superbientis voluntatis audacia, propter hoc a Deo præsciente creati sunt, vt in his ostenderet liberum desertoris arbitrium sine sua gratia quid valeret, & in eorum iustis & debitis pœnis vasa misericordię quę non suorum operum meritis, sed gratuita dei gratia sunt ab illa concretione discreta, quid sibi collatum esset addiscerent, vt omne os obstruatur, & qui gloriatur, in domino glorietur. Quisquis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, qui dixit, Venit filius hominis quærere & saluare quod perierat: non enim ait, quod peritum fuerat, sed quod perierat, quid ostendens nisi peccato primi hominis vniuersi generis humani periisse naturam? Qui ergo aliter docet & non acquiescens ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, contra gratiam saluatoris, & contra sanguinem redemptoris tanquam saluam & liberam naturã defendit humanã, & Christiano tamẽ censeri vocabulo affectat, quid de paruulorũ discretione dicturus est, cur alius in vitam secundi hominis assumatur, alius in morte primi hominis relinquat. Si dixerit liberi arbitrij merita præcessisse: respondet Apostolus, quę supra diximus, de nondum natis neque aliud agẽtibus boni aut mali. Si autem dixerit quod adhuc in libris quos nuperrime Pelagius perhibetur edidisse defenditur, quanuis iam videatur anathematizasse in episcopali iudicio Palęstino eos qui dicunt quod peccatum Adæ ipsum solum læserit & non genus humanũ: si dixerit ambos sine iudicio natos, nec aliquid de primi hominis damnatione traxisse, profecto quoniã negare non audet in re-

gnum cœlorum adoptari eum qui fuerit regeneratus in Christo respondeat quid de illo futurum sit qui ẽ nulla sua culpa nõ baptizatus ista fuerit tẽporali morte præuentus, si non putamus esse dicturum quod innocentem deus nec habentem originale peccatũ ante annos quibus habere poterat proprium, ęterna morte damnauit? Cogitur itaque respondere quod Pelagius in ecclesiastico iudicio, vt aliquo modo catholicus pronunciaret anathematizare compulsus est, infantes etiã si nõ baptizẽtur hẽre vitã æternã. Hac. n. negata qd nisi mors ęterna remanebit, ac p hoc cõtra sentẽtiã dñi disputabit dicẽtis, Patres vestri mãducauerũt mãna in deserto, & mortui sunt: hic est panis q̃ de cælo descẽdit, vt si quis ex ipso mãducauerit nõ moriat, nõ. n. de ista morte loquebatur, quam necesse est patiantur etiam qui de ipso pane manducant. Et paulopost, Amẽ amen dico vobis, nisi mãducaueritis carnẽ filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: vtique illam quæ post hanc mortem futura est: & contra apostolicę sedis authoritatem, vbi de hac ipsa re cum ageretur, hoc testimonium adhibitum est euangelicum, ne paruuli nõ baptizati vitã posse habere credantur: & contra ipsius Pelagij verba apud episcopos a quibus audiebatur expressa, vbi anathematizauit eos qui dicerent infantes non baptizatos habere vitam æternam. Quod propterea commemorauimus, quoniam quidem apud vos, vel in vestra potius ciuitate, si tamen verum est quod audiuimus, tanta pro isto errore quidam obstinatione nituntur, vt dicant facilius esse vt etiam Pelagium deserant atq̃ contemnant, qui hæc sentientes anathematizauit, quam ab huius sententiæ sicut eis videtur veritate discẽdant. Si autem cedunt sedi apostolicæ, vel potius ipsi magistro & domino apostolorum, qui dicit non habituros vitam in semetipsis, nisi manducauerint carnem filij hominis & biberint sanguinem, quod nisi baptizati non Vtique possunt, nempe aliquando fatebuntur parruulos non baptizatos vitam habere nõ posse, ac per hoc quã libet tolerabilius omnibus qui etiam propria peccata committunt, tamen æterna morte multari. Quę cum ita sint, audeant disputare, & quibus possunt persuadere cõtendant, deum iustum apud quem non est iniquitas, paruulos a peccatis propijs innocẽtes, si nec illo ex Adã obligati & obtricati sunt, morte perpetua damnaturum. Quod si absurdissimum est, & a iustitia dei penitus alienum, & tamẽ nullus qui se meminit catholicę fidei Christianum, negat aut dubitat paruulos non accepta gratia regenerationis in Christo sine cibo carnis eius & sanguinis potu, non habere in se vitam, ac per hoc pœnæ sempiternæ obnoxios, idẽ i

in epist. 105. quę ad sixtũ pbrterũ, i T. 2. quæ oĩa habẽt i isto 2. To, opuscul.

Ioan. 6.

Eucharistiã infantibus necessariam putat.

Ioan. 6.

Dicit paruulos pœnæ sẽpiternę

epi.105.ī To.2. et ī isto.2.T,op. Roma.5.

sempiternę obnoxios: profecto restat, vt quia ipsi non egerunt aliquid boni aut mali, ideo mortis eorum iusta sit pœna, quia in illo moriuntur in quo omnes peccauerunt, vnde in isto solo iustificantur a quo peccatum nec originale trahi potuit, nec proprium perpetrari. Ipse vocauit nos non solum ex Iudęis, verum etiam ex gentibus, quoniam & illius Hierusalem filios quæ interfecit prophetas, & lapidauit missos ad se, quanuis ipsa nolente collegit ipse quos voluit, & ante incarnationem suam ipsos prophetas, & postea quam verbum caro factū est, sicut apostolos & hominum milia, qui & pretia rerum suarum ante pedes apostolorum posuerūt. Omnes quippe illi filij sunt Hierusalem nolentis vt colligerentur, si tamen illa nolente collecti sunt, de quibus dicit, Si ego in Belzebub eijcio dęmonia, filij vestri in quo eijciūt? deo ipsi iudices vestri erūt. de ijs prędictum erat, Si fuerint filij Israel sicut arena maris, reliquię saluæ fiēt. Nō potest excidere verbum dei, nec repulit plebem suā quā pręscijt, quę tū reliquię per electionē gratię saluæ factę sunt. Si autem gratia, quod sæpe dicendum est, iā nō ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia: nō hęc vtique nostra, sed apostoli verba sunt, Quod ergo ad Hierusalem nolētem colligi filios suos ille clamabat, hoc nos clamamus aduersus eos, qui filios volentes ecclesiæ colligi, nolunt. Nec saltem post iudicium, quod de ipso Pelagio in Palestina factum est corriguntur, de quo damnatus exisset nisi obiecta sibi contra gratiam dei dicta, quę obscurare non potuit ipse damnasset. Præter illa enim quę quomodo potuit ausus est qualicunque ratione defendere, obiecta quædam sunt quæ nisi remota omni tergiuersatione anathematizasset, ipse anathematizatus esset. Obiectum est enim eum dicere, quia Adam siue peccaret siue non peccaret moriturus esset: & quod peccatum eius ipsum solum lęserit, & non genus humanum. Et quod infantes nuper nati in illo statu sint in quo Adam fuit ante pręuaricationem. Et ꝙ neque per mortem vel per pręuaricationem Adæ omne genus humanum moriatur, neque per resurrectionē Christi omne genus humanum resurgat, Et infantes etiā si non baptizentur habere vitam æternam. Et diuites baptizatos nisi omnibus abrenuncient, si quid boni visi fuerint facere, non reputari illis, nec eos habere posse regnum dei. Et gratiam dei atque adiutoriū nō ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse vel in lege atq; doctrina. Et dei gratiam secundum merita nostra dari. Et filios dei non posse vocari, nisi omnino absque peccato fuerint effecti. Et non esse liberum arbitrium si dei indiget auxilio: quoniam in propria voluntate habet vnusquisq;

Matth.23. Quotiēs alīs cō gregauit xps, noluēte carnali Hierusalē illos congregauit. ī Enc. ca.97.&.103.in T.3.& I.1.To. ho.op.& ī epist. 105.ī T. 2.& in isto.2. T.op.& 1. sent. dist.46.cap. hinc oritur quęstio.

Mat.12

Ro.9. &.11.

Errores Pelagio obiecti.

Pelagius ī cōcil. palęstino dānauit sua dicta, idē ī d gra & li.arb. ad val.5.ī.T.7. & in isto.2.To. op.& ī epi.105. in.2.T.& ī isto 2.Tom. opusc.

Dogmata pelagij ab ipso anathematizata.

vnusquisque facere aliquid vel non facere. Et victoriam nostrā non ex dei adiutorio esse, sed ex libero arbitrio. Et quod pœnitentibus venia non detur secundum gratiam & misericordiam dei, sed secundum meritum & laborem eorum qui per pœnitentiam digni fuerint misericordia. Hęc omnia Pelagius sic anathematizauit, quod satis gesta ipsa testātur, vt nihil ad ea quoquo modo defendenda disputationis attulerit: vnde fit consequēs, vt quisquis sequitur illius episcopalis authoritatem iudicij, & ipsius Pelagij cōfessionē, hęc tenere debeat, quæ semp tenuit catholica ecclesia: Adā nisi peccasset non fuisse moriturum. Quod peccatum eius non ipsum solū lęserit, sed & genus humanum. Et ꝙ infantes nuper nati non sint in illo statu in quo Adam fuit ante prævaricationem, vt ad ipsos pertineat etiam quod breuiter ait Apostolus: Per vnum hominem mors, & per vnum hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabūtur: Vnde fit quod infantes non baptizati, non solum regnum cœlorum, verum etiam vitam æternā habere nō possint. Confiteatur etiam diuites baptizatos, etiam si diuitijs suis non careant, & sint tales quales ad Timotheum describit Apostolus dicēs, Præcipe diuitibus huius mundi non superbe sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in deo viuo qui præstat omnia abundanter ad fruendum, diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam, non eos regno dei posse priuari. Fateatur gratiam dei, & adiutorium etiam ad singulos actus dari, eamque non dari secundum merita nostra, vt vera sit gratia, id est gratis data per eius misericordiam qui dixit: Miserebor cui misertus ero, & misericordiam pręstabo, cui misericors fuero. Fateatur filios dei vocati posse illos qui quotidie dicunt: Dimitte nobis debita nostra: quod vtique veraciter non dicerent, si essent omnimodo sine peccato. Fateatur esse liberum arbitrium etiam si diuino indiget adiutorio. Fateatur quando contra tentationes concupiscentiasque illicitas dimicamus, quanuis & illic habeamus propriam voluntatem, non tamen ex illa, sed adiutorio dei nostram prouenire victoriam. Nō enim aliter verum erit quod Apostolus ait: Non volentis neque currentis, sed miserentis est dei. Fateatur secūdum gratiam & misericordiam dei veniā pœnitentibus dari, nō secundum merita eorum, quandoquidem etiam ipsam pœnitentiā donū dei dixit Apostolus, vbi ait de quibusdā: Ne forte det illis deus pœnitentiā. Hęc oīa simpliciter sine vllis fateat ambagibus, si qs in authoritate

Cōdēnatio errorū Pelagij, in cōcil. Mile. & Arausi. & in decretis Cœle. papę. ī 1. Tom. concil.

1.Cor.15 & Aphri.

Infantes nō baptizati nō solū regnū cœlorū, sed nec vitā habebūt ęternā.

1.Tim.6

Exo,33.

Matth,6.

Roma.9.

2.Tim,2.

catholicam

catholicã & ipsius Pelagij expressa ecclesiasticis gestis verba consentit. Necp enim illa quæ his sunt contraria veraciter anathematizata esse credendum est, nisi hæc quibus sunt contraria fideli corde teneantur, & aperta cõfessione promantur. Nec in istis libris recentioribus, quos idem Pelagius post illud iudicium dicitur edidisse, quanuis adiutorio diuinæ gratiæ consentire videatur, quid de hac re sentiat satis euidenter apparet. Aliquando enim ita paribus momentis potestatem voluntatis æqua lance perpendit, vt aliquantum etiam ad nõ peccandum valere definiat, quod si ita est, nullus locus adiutorio gratiq reseruatur, sine qua nos dicimus ad non peccãdum nihil voluntatis arbitriũ valere. Aliquando autem quotidiano gratiæ dei muneri nos confitetur auxilio, quanuis habeamus ad non peccãdum forte ac firmum liberum arbitrium, quod vtique inualidũ & infirmum debuit confiteri donec sanentur omnes languores animæ nostrę. Non enim pro infirmitate corporis precabatur qui dicebat: Miserere mei domine quoniã infirmus sum, sana me domine quoniã conturbata sunt ossa mea. Nam vt ostenderet pro anima se rogare, secutus ad iunxit, Et anima mea turbata est valde. Videtur ergo auxilium gratiæ tanquam ex abundanti putare concedi, id est, vt etiam si non concedatur, habeamus temen ad non peccandum forte ac firmum liberum arbitrium. Quod ne existimemur de illo temere suspicari, & fortasse quis dicat sic eũ sentire forte ac firmum ad non peccandum liberum arbitrium, quãuis sine dei gratia id efficere atq adimplere non possit, sicut sanos oculos firmos dicimus ad videndum, quod tamen nullo modo facere possunt si desit lucis auxilium: alio loco quid diceret, vel quid putaret ostendit vbi ait: ideo dei gratiam hominibus dari, vt quod facere per liberum iubentur arbitrium, facilius possint implere per gratiam: vtique cum hoibus vt qđ facile dicit facilius, quid vult intelligi, nisi & gratia si desit posse per liberum arbitrium, vel facile vel etiam difficilius. ar. facilius possunt quæ diuinitus iubentur impleri? Vbi est ergo, Quid sit ipleri p gra3, est homo quod memor es eius? Vbi postremo illa testi & hic error con monia, Quæ Hierosolymitanæ antistes ecclesię, sicut indẽnatus ẽ ĩ cõci. eisdem gestis legitur, ipsi Pelagio se dixisse commemorat. Mile. can. 5. & ĩ rat, cum ad eum perlatum esset, quod sine gratia dei dicerent absque peccato hominẽ esse posse? Hæc sunt enim ab illo dicta tria testimonia valde magna contra huiusmodi impiam prẽsumptionem, quod Apostolus ait, Plus omnibus illis laboraui, non ego autem, sed gratia dei mecum: Non volentis neque currentis sed miserẽtis est dei. Et, Nisi dominus ædificauerit domum, in vacuit vt qcũque laborauerunt ædificantes eam. Quomodo ergo quod

Liberũ arb. sine gra ad nõ peccãdũ nihil valet.

Esa. 53.

Psal. 6.

Comparatio.

Pelagius dicebat

cõcil. aphr. can. 80. q̃ habẽtur đ cõse. dist. 4.

1. Cor. 15

Rom. 9.

Psal. 126

quod deus iubet, sine adiutorio ipsius vel difficile impletur, cum si dominus non ædificet, in vanũ ædificans laborasse dicatur? Neque scriptum sit, Est quidem volẽtis atque currentis, facilius autẽ miserentis dei: sed scriptum sit, Non volentis neque currentis, sed miserentis est dei: non quia in illa est hominis atq; volũtatis concursus, sed qa nihil potest nisi ille misereatur. Nec Apostolus dixerit, Et ego: sed dixerit, Non ego autem sed gratia dei mecum: Non quia ipse nihil boni agebat, sed quia nihil ageret si illa non adiuuaret. Quanquam illa possibilitas liberi arbitrij tam in bonũ quam in malũ ex æqua lance perpensione huic facilitati locum relinquit, quam saltem videtur esse confessus dicendo, facilius possunt implere per gratiam, facilius impletur, facillime autem sine gratia fit malum, profecto ista possibilitas non æqua lance perpenditur. Sed quid plura? Non solum ad istos vitandos cauti esse debemus, verũ etiam ad docendos vel monendos, si patiantur, pigrescere non debemus. Plus eis tamen sine dubitatione præstamus, si vt corrigantur oremus, ne cum tãtis ingenijs vel pereant vel alios perdant præsumptione damnabili, quia zelum dei habent, sed non secundum scientiam: id est, iustitiam quę a deo est ignorantes, & suam volentes constituere, iustitię dei non sunt subiecti. Quibus vtiq; ait sine me nique quoniam Christiani appellantur, magis obseruandum est quam Iudeis, de quibus hæc dixit Apostolus, Ne offendant in lapidem offensionis, velut argute defendendo naturam & liberum arbitrium, quemadmodum philosophi huius mundi, qui vehementer egerunt vt putarentur vel putarent sibi beatam vitã virtute propriæ voluntatis efficere. Caueant ergo isti ne per sapientiam verbi euacuent crucem Christi, & hoc sit eis offendere in lapidem offensionis. Natura enim humana etiam si in sine gra ĩ illa ĩte illa integritate in qua condita est permaneret, nullo modo seipsam creatore suo non adiuuante seruaret. Cum ta fuit nõ potuit igitur sine dei graria salutem non posset custodire quam pmanere, quãto accepit, quomodo sine Dei gratia potest reparare quam minus poterit se perdidit? Non autem ideo pro istis non orare debemus, ipsam reparaẽ. quia si non corriguntur, eorum imputandum est voluntati, qui nolunt credere etiam ad hoc ipsum sibi necessariam gratiam saluatoris, quod putant consistere in solis viribus voluntatis. Nam & illi quibus sunt isti in hac causa omnino similimi, de qbus hoc dixit Apostolus, q̃ ignorantes dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustiæ dei non sunt subiecti: profecto suæ voluntatis vitio non credebant. Non enim vt essent infideles cogebantur in vitium, sed nolendo credere infidelitatis crimine non carebant. Et tamen quia voluntas vt ad ve-

dixerit, iõ nobis gratiã iustificatiõis dari, vt qđ facere p libertũ iubemur arbitrio facilius possimus ipleri per

1. Cor. 15. gra3, tãquã et si gra nõ dare tur, nõ qđẽ faciles, sed tñ possimus ẽt sine illa data: anathema sit, de fructibus suo

Roma. 10. testis facere.

Iesai. 28. cere.

Roma. 9.

1. Cor. 1.

Roma. 10.

Universidad de Deusto Biblioteca

ra credenda moueatur, non sibi sufficit nisi per gratiam dei opituletur, dicente ipso domino cum de non credentibus loqueretur: Nemo venit ad me, nisi ei datum fuerit a patre, propter hoc & Apostulus, quanuis eis instãter euangeliuni prędicaret, parum tamen esse credebat, nisi pro illis etiam oraret vt crederent. Ait enim, Fratres bona voluntas quidem cordis mei & deprecatio ad deum fit pro illis ad salutem: & tunc adiũxit illa quę diximus, Testimonium enim illis perhibeo, quia zelum dei habent, sed non secundum scientiam, &c. Oremus ergo pro illis sancte fratres. Cernis quippe nobiscum quã malo errore teneantur: fragrant enim epistolæ tuæ odore syncerissimo Christi, vbi germanissimus gratię ipsius dilector & confessor appares. Sed quod diu tecum ex hac re loquendum putauimus: primo quia iocundissimũ est, fecimus. Quid enim debet esse iocundius vel infirmis gratia qua sanantur, vel pigris gratia qua excitantur, vel nolẽtibus gratia qua iuuant? Deinde, vt si quid nostra disputatiõe deo adiuuãte possemus, tua nõ fides ꝙ fidei cõtra tales adminiculeꝰ assertio, licut nos quoq; in hanc facultatẽ tuæ germanitatis literis adiuuamur. Quid enim vberius & veracissima cõfessione plenius, quam illud est in quadam epistola tua, vbi naturam nostram non mansisse vt condita est, sed vitiatam esse per illum generis humani patrem, humiliter deplorastidicens, Pauper ego & dolens qui adhuc terrenæ imaginis squalore concretus sum, & plus de primo quam de secundo Adam carnis sensibus & terrenis actibus refero, quomodo tibi audebo me pingere, cũ cœlestis imaginis inficiator prober corruptione terrena? Vtrinque me concludit pudor. Erubesco pingere quod sum, non audeo pingere, quod non sum: odi quod sum, & nõ sum quod amo. Sed quid misero mihi proderit odisse iniquitatem & amare virtutem, cum id potius agam quod odi, nec elaborem piger id potius agere quod amo, ipse discors & intestino bello distrahor dum spiritus aduersus carnem, caro aduersus spiritum dimicat, & lex corporis lege peccati legem mentis impugnat? Infelix ego qui in me venenatum inimicæ arboris gustum, nec crucis ligno digessi. Durat enim mihi illud Adam virus paternum quo vniuersitatem generis sui pater præuaricatus infecit. Et cætera, quæ de hac miseria multa cõnectis ingemiscendo, expectans redemptionem corporis tui, & nondũ re sed spe saluum te esse cognoscens. Sed fortasis tu alium in te transfiguraſti cum hęc diceres, nec aliquas de carne concupiscente aduersus spiritum, quanuis ei nõ consentias, molestias importunas pateris, & odiosas: Veruntamen & tu & quisquis

Ioan.6.

Roma.10.

Ecce qũo pfes nrĩse vasa fracta dicebãt, ex coingnata cõceptiõe nobis sanctę humilitatis exemplum exibentes.

Gal.4.
Roma.7.
Roma.8.

hæc

hęc patitur, et gratiam Christi per quam de corpore mortis huius liberari expectat, nondum quidem euidenter in seipso, sed in illo homine latenter ibi erat, quando cibus vetitus tangebatur, & concupiebatur longe lateque per cunctos itura perditio. De orando autem & gemitibus flagitando proficiendi ac recte viuendi adiutorio quem tua non feriret epistola? Quid est tui quantumcunque sermonis vbi non sit sparsum gemebunda pietate quod in oratione dicimus, Ne nos inferas in tẽtationem? Inuicem itaque nos & consulemur in his omnibus & exhortemur, & quantum dat dominus adiuuemus. Quę autem & de quibus audierimus quę multum dolemus, & facile credere nolumus, audiet a communi amico sanctitas tua quo in dei misericordia cum salute remeante speramus nos de oibus fieri posse certissimos. Matth.6.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, LIBER DE GRATIA & libero arbitrio, ad Valentinum, & cum illo monachis.

CAP. I.

PROPTER eos, qui liberum hominis arbitrium sic prędicant & defendunt, vt dei gratiam qua vocamur ad eum, & a nostris malis meritis liberamur, & per quã bona merita comparamus, quibus ad vitam perueniamus ęternã, negare audeant & conẽtur auferre, multa iam disseruimus, literisque mandauimus, quantum nobis dominus donare dignatus est. Sed quoniam sunt quidam qui sic gratiam dei defendunt, vt negent hominis liberum arbitrium: aut quãdo gratia defenditur, negari existimẽt liberum arbitriũ. hinc aliquid scribere ad vestram charitatem Valentine frater & cæteri qui simul deo seruitis, compellente mutua charitate curaui. Nunciatũ est enim mihi de vobis fratres, ab aliqbus qui in vestra cõgregatiõe sunt, & ad nos inde venerũt, per quos & ista direximus, ꝙ de hac re dissensiões in vobis sint. Itaq; dilectissimi, ne vos perturbet huius quęstionis obscuritas: moneo vos primũ, de ijs quę intelligitis, agatis deo gratias: ꝙcquid est autẽ quo peruenire nondum potest vestre mentis intẽtio, pu-

cem

cem inter vos & charitatem seruantes, a domino vt intelligatis orate. Et donec vos ipse perducat ad ea quæ nondum intelligitis, ibi ambula te quo peruenire potuistis. Hoc admonet Apostolus Paulus, qui cum dixisset nondum se esse perfectum, paulopost ait: Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus, id est, ita nos esse perfectos, vt nõ dum ad perfectionem quę nobis sufficit venerimus: continuoque subiunxit: Et si quid aliter sapitis, hoc quoque vobis deus reuelabit: veruntamẽ in quod peruenimus, in eo ambulemus. Ambulando quippe in quod peruenimus, et quod nõdum peruenimus, peruenire properamus, deo nobis reuelante, si quid aliter sapimus, si ea quę iã reuelauit, non relinquamus.

Phil.3.

CAP. VI.

Reuelauit autẽ nobis per scripturas suas sanctas, esse in homine liberum voluntatis arbitrium. Quomodo autem reuelauerit commemoro vos, nõ humano eloquio, sed diuino. Primum quia ipsa diuina præcepta hominum non prodessent, nisi haberet liberum voluntatis arbitrium, quo ea faciens ad promissa præmia perueniret. Ideo enim data sunt, vt homo excusationem de ignorantia non haberet: sicut dominus dicit in Euangelio de Iudæis: Si non venissem & locutus eis fuissem, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem nõ habent de peccato suo. De quo peccato dicit, nisi de illo magno, quo præsciebat eorũ futurũ quando ista dicebat, id est, quo eum fuerant occisuri? Neque enim nullum habebãt peccatũ, antequam Christus venisset in carne ad eos. Item dicit Apostolus: Reuelatur ira dei de cœlo in omnem impietatem & iustitiam hominum eorum, qui veritatẽ in iniquitate detinent, quia quod notum est dei manifestum est in illis: deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim eius a creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius ac diuinitas, vt sint inexcusabiles. Quomõ dicit inexcusabiles, nisi de illa excusatiõe qua solet dicere humana superbia: Si scissẽ, fecissẽ: ideo nõ feci, quia nesciui. Aut, si scirem, facerem: ideo non facio, quia nescio? Hæc eis excusatio tollitur, quando præceptum datur, vel scientia non peccandi manifestatur. Sed sunt homines qui etiã de ipso deo se excusare conantur, quibus dicit apostolus Iacobus: Nemo cum tentatur, dicat quoniam a deo tentor. Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat: vnusquisque vero tentatur a concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum. Peccatum vero cum consumatum fuerit, generat mortem. Item de ipso deo se excusare volentibus respondet liber prouerbiorum Salomonis: Insipientia viri violat vias eius, deũ autem

Commemoro p̃ commonefacio.
Diuina p̃cepta hoĩ nõ p̃dessent nisi hõ hẽret liberu m arbitriũ. Ioã.15
Roma.1.
Quãdo p̃ceptũ dat tollit huma næ superbię excusatio.
Iac.1.

autem causatur in corde suo. Et liber Ecclesiasticus dicit: Ne dixeris, quia propter deum recessi, quæ enim odit ne facias: Ne dixeris quia ipse me induxit: non enĩ opus habet viro peccatore: omne execramentum odit dominus, & non est amabile timentibus eum. Ipse ab initio fecit illum, & reliquit illum in manu consilij sui. Si volueris conseruabis mandata, & fidem bonam placiti. Apponet tibi ignem & aquam, ad quodcunque volueris extendere manum tuam. In conspectu hominis vita & mors, & quodcunque placuerit dabitur ei. Ecce apertissime videmus expressum liberum humanæ volũtatis arbitrium. Quid illud quod tam multis locis omnia mandata sua custodiri & fieri iubet deus? Quomodo iubet si non est liberum arbitriũ? Quid beatus ille, de quo Psal mus dicit, quod in lege domini fuit voluntas eius, nonne satis indicat voluntate sua hominem in legedei consistere? Deinde tam multa mandata quæ ipsam quodammodo nominatim conueniunt voluntatem, sicut est, Noli vinci a malo: & alia similia: sicut sunt, Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus: Et, Noli repellere consilia matris tuæ: Et, Noli esse sapiens apud temetipsum: Et, Noli deficere a disciplina domini: Et, Noli negligere legem: Et, Noli abstinere benefacere egenti: Et, Noli fabricare in amicum tuum mala: Et, Noli intendere fallaci mulieri: Et, Noluit intelligere ut bene agere: Et, Noluerunt accipere disciplinam: & innumerabilia talia in veteribus libris diuinorum eloquiorum quid ostẽdunt, nisi liberum arbitrium voluntatis humanæ? In libris etiam nouis euangelicis & apostolicis, quid aliud ostenditur vbi dicitur: Nolite vobis condere thesauros in terra: Et, Nolite timere eos qui occidunt corpus: Et, Qui vult venire post me, abneget semetipsum: Et, Pax in terra hominibus bonę voluntatis: Et quod dicit Apostolus Paulus: Quod vult faciat, non peccat si nubat: qui autem statuit in corde suo non habens necessitatem, potestatem autem habens suę voluntatis, & hoc statuit in corde suo seruare virginem suam, bene facit. Item dicit: Si autem volens hoc facio, mercedem habeo. Et alio loco: Sobrij estote iuste, & nolite peccare. Et iterum: Vt quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi. Et ad Timotheum dicit: Cum enim in delicijs egerint in Christo, nubere volũt. Et alibi: Sed & omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu, pſecutionẽ patientẽ. Et ipsi Timotheo: Noli negligere gratiã, quę in te est. Et ad Philemonem: Ne bonũ tuũ velut ex necessitate esset, sed ex uolũtate. Seruos etiã ipsos monet, vt dominis suis ex animo seruiãt cũ bona volũtate. Itẽ Iacobus: Nolite itaq; errare fratres mei, & nolite in pſonarũ

Eccl.15.
Psal.1.
Si hõ nõ hẽret li. ar. quare ei iuberet diuina p̃cepta, Vide infra c. 5. et. c. 16. ubi. Iuſta ãnotabimus.
Roma.12.
Psal.31.
Prouer.1.
Prouer.3.
Matth.6.
Matth.10.
Matth.16.
Luc.2.
1.Cor.7.
1.Cor.9.
1.Cor.15.
2.Cor.8.
1.Tim.5.
2.Tim.3.
1.Tim.4.
Ad Philem.
Iacob. 2.

Ibidem.4. 1.Ioan.2. acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi, & nolite detrahere de alterutro. Item Ioannes in epistola sua: Nolite diligere mundum: & cętera huiusmodi. Nempe vbi dicitur: Noli hoc, & noli illud, & vbi ad aliquid faciendū in diuinis monitis opus voluntatis exigitur, satis liberū demōstratur arbitriū. Nemo ergo deum causetur in corde suo, sed sibi imputet quicquid cū peccat. Neque cum aliquid secundum deum operatur, alienet hoc a propria volūtate. Quando enim volens facit, tunc dicendū est opus bonum, tunc speranda est boni operis merces ab eo, de quo dictum: Qui reddet vnicuique secundum opera sua. Qui ergo nouerūt diuina mandata, auferri eis excusatio, quam solent homines habere de ignorantia.

Psal.61. Matth.6. Roma.2.

CAP. IJI. Roma.2. SED Nec ipsi sine pœna erunt qui legē dei nesciunt. Qui enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: qui autem in lege peccauerunt, per legē iudicabuntur. Quod mihi non videtur Apostolus ita dixisse, tanquam peius aliquid significauerit esse passuros, qui legem nesciunt in peccatis suis, quam illos qui sciunt. Peius enim videtur esse perire, quam iudicari. Sed cum hoc de gentibus & de Iudæis loqueretur, quia illi sine lege sunt, isti autē legem acceperunt: quis audeat dicere Iudæos qui in lege peccāt, non esse perituros, cum in Christū non credidérunt, quandoquidem de illis dictum est, per legem iudicabuntur? Sine fide enim Christi nemo liberari potest, ac per hoc ita iudicabuntur vt pereant. Nam si peior est cōditio nescientium quam scientium legem dei, quomodo verum erit quod dominus in Euangelio ait: Seruus qui nescit voluntatem domini sui, & facit digna plagis, vapulabit pauca: seruus autem qui scit volūtatem domini sui, & facit digna plagis, vapulauit multa, Ecce vbi ostēdit grauius peccare hominem scientem quam nescientē, nec tamen ideo confugiendum est ad ignorantiæ tenebras, vt in eis quisq; requirat excusationem. Aliud est enim nescisse, aliud scire noluisse. Volūtas, quippe in eo arguitur, de quo dicitur: Noluit intelligere vt bene ageret. Sed & illa ignorantia, quæ nō est eorū qui scire nolūt, sed eorum qui tanquā simpliciter nesciunt, neminem sic excusat, vt sempiterno igne non ardeat: si propterea non credidit, quia non audiuit omnino quod crederet, sed fortasis vt mutuo ardeat: nō enim sine causa dictum est: Effunde irā tuā in gēres, quę te nō nouerūt. Et illud quod ait Apostolus: Cū venerit in flāma ignis dare vindictam in eos, qui ignorant deum. Veruntamen vt habeamus & ipsam scientiam, ne dicat vnusquisque, nescii, non audiui, non intellexi voluntas conuertitur humana vbi dicitur: Nolite esse sicut equus & mulus, quibus non est intellectus: quanuis peior appareat de quo dictum

Luc.12.

Aliud est nescire & aliud est nolle scire. Pfal.35. Ignorātia simplr nō excusat.

Pfal.75. 2.The.1.

Prouer.31.

dictum est, Verbis non emendabitur seruus durus: si enim & intellexerit, non obaudiet. Quando autem dicit homo: Non possum facere quod præcipitur, quoniam concupiscentia mea vincor: iam quidem de ignorantia non habet excusationem, nec deum causatur in corde suo, sed malum suum in se cognoscit & dolet: cui tamen dicit Apostolus, Noli vinci a malo, sed vince in bono malum. Et vtique cui dicitur, noli vinci, arbitrium sine dubio voluntatis eius conuenitur: velle enim & nolle propriæ voluntatis est. Prouer.29 Roma.12.

CAP. IIII. SED Metuendum est ne ista omnia diuina testimonia, & quæcunque alia sunt quæ sine dubitatione sunt plurima, in defensione liberi arbitrij sic intelligantur, vt ad vitam piam & bonam conuersationem, cui merces æterna debetur, adiutorio & gratiæ dei locus non relinquatur, & audeat miser homo quando bene viuit & bene operatur, vel potius bene viuere & bene operari sibi videtur, in seipso non in domino gloriari, & spem recte viuendi in seipso ponere, vt sequatur eum maledictū Hieremiæ prophetæ dicentis: Maledictus homo qui spem habet in homine, & firmat carnem brachij sui, & a domino discedit cor eius. Intelligite fratres hoc prophetium testimonium, quia enim non dixit Propheta, Maledictus homo qui spem habet in seipso, posset alicui videri ideo dictum esse, Maledictus homo qui spem habet in homine, vt nemo habeat spē in altero homine, sed in se. Vt ergo ostenderet sic se admonuisse hominem, vt nec in seipso haberet spem, propterea cum dixisset, Maledictus homo qui spem habet in homine, mox addidit, & firmat carnem brachij sui, Brachium pro potentia posuit operādi. In nomine autem carnis intelligenda est humana fragilitas, ac per hoc firmat carnem brachij sui, q potentiam fragilem atque inualidam, id est, humanā sibi sufficere ad bene operandum putat, nec adiutorium sperat a domino. Propter hoc .n. subiecit, Et a domino discedit cor eius. Talis est hæresis Pelagiana, non antiqua, sed ante non multum tempus exorta, contra quam hęresim cum fuisset diutius disputatum, etiam ad concilia episcopalia nouissima necessitate peruentum est, vnde vobis non quidem omnia, sed tamen aliqua legenda direxi. Nos ergo ad bene operandum spem non habeamus in homine, firmantes carnem brachij nostri, nec a domino discedat cor nostrum, sed ei dicat: Adiutor meus esto, ne derelinquas me neque despicias me, deus salutaris meus. Proinde charissimi, sicut superioribus testimonijs scripturarum probauimus sanctarum, ad bene viuendum & recte agendum esse in homine liberum voluntatis arbitrium, hc etiam

1.Cor.1. Hier.17.

Qualis fuerit hęresis Pelagiana tpe. Au. exorta.

Pfal.26.

In expo. huius Pf. in To.8. inquit Au. vnā pe tij a dño vt in-

habitē ī domo tua ī ęternū, sed ī via sū, & tu forte dices mi hi vtirē, ambula, li. ar. tibi dedi, voluntatis tuę es, ꝓsequere viā, ꝙre pacē & ꝓsequere eā. noli a via declinare, noli ibi remanere, noli retro respicere, ꝓseueraī ābulādo, qm̄ q̄ ꝑseuerauerit vsq; ī fi nē hic salus erit. iā tu accepto li. ar. q̄si ꝑsumis vñ ambules, noli de te ꝑsumere, si te dereliquerit, in ipsa via dicies, cades, aberrabis remanebis, dic ergo illi adiutor meus esto, ne derelinquas me, q̄a volūtatē liberam mihi dedisti, sed sine te nihil pōt conatus meus. tu. n. adiuuas q̄ cōdidisti & non deseris qui creasti.

Mat. 19.

1. Ti. 4
1. Co. 7

Mat. 19

Prou. 19

* Quibus nō ē data, aut nolūt, aut nō ipleē, q̄bus ꝙ datū ē ipleē, & seruāt idē ī de bono ꝑseuerātię c. 15. i. T. 7. & i. 3. To. horum opusculorū.

Sap. 8.

Iaco. 1.

Roma. 12.

Si grā non adiuuat nos ne vincamur a de gratia dei, sine qua nihil boni agere possumus, quæ sint diuina testimonia uideamus. Ac primum de ipsa uestra professione aliquid dicam: neq; enim cōgregaret uos ista societas, in qua continenter uiuitis, nisi uoluptatē coniugalem contemneretis. Hinc autem domino loquēti cum dixissent discipuli: Si talis est causa homini cum vxore, non expedit nubere: respondit eis, Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Nunquid non liberum arbitrium Timothei est exhortatus Apostolus dicēs: Contine teipsum? Et in hac re potestatē voluntatis ostendit: vbi ait, Non habens necessitatem: potestatem autē habens suæ voluntatis, vt seruet virginem suā: & tamen non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est: quibus enim non est datū, aut nolūt, aut non implent quod volunt: * quibus autē datū est, sic volunt vt impleant quod volunt. Itaq; vt hoc verbum, quod non ab omnibus capitur, ab aliquibus capiat̄, & dei donum est, & liberum arbitrium. De ipsa quoq; pudicitia coniugali nēpe Apostolus ait: Quod vult faciat, non peccat si nubat & tamen etiam hoc dei donū est, dicente scriptura: A domino iungitur mulier viro. Ideo doctor gentium & pudiciam coniugalem, per quam non fiunt adulteria, & perfectiorem continentiam, per quam nullus concubitus quæritur, sermone suo commendans: & hoc & illud donum dei esse monstrat, scribens ad Corinthios, & admonens coniuges ne se inuicem fraudēt quos cum admonuisset, adiecit: Vellem autē omnes homines esse sicut meipsum: quia vtiq; ipse ab omni concubitu continebat. Et continuo subiunxit: Sed vnusquisq; proprium donum habet a deo, alius sic, alius autem sic. Nunquid tam multa quæ præcipiuntur in lege dei, ne fornicationes & adulteria commit tantur, indicant aliud quam liberum arbitrium? Neque enim præciperentur, nisi homo haberet propriā voluntatem, qua diuinis præceptis obediret: & tamen dei donum est, sine quo seruari castitatis præcepta non possunt. Vnde air ille in libro Sapientię: Cū scirē quia nemo esse potest continens nisi deus det: & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum. Vt autem ista non seruātur castitatis sancta mādata, vnusquisq; tentatur a concupiscentia sua abstractus & illectus. Vbi si dixerit: volo seruare, sed vincor a concupiscentia mea: re pondet scriptura libero eius arbitrio, quod tam superius dixi: Noli vinci a malo, sed vince in bono malum: quod tamen vt fiat, adiuuat gratia, quæ nisi adiuuerit, nihil lex erit nisi

virtus peccati. Augetur enim concupiscentia, & maiores vires accipit lege prohibente, nisi adiuuet spiritus gratiæ. Hoc est quod dicit ille ipse doctor gentium: Aculeus autē mortis est peccatum, virtus vero peccati lex. Ecce vnde dicit homo: Volo legis seruare mandatum, sed virtute concupiscentiæ meæ vincor. Et cum voluntas eius conuenitur & ei dicitur: Noli vinci a malo. quid ei prodest nisi gratia succurrente fiat? Quod ipse Apostolus secutus adiunxit: nam & cum dixisset, virtus peccati lex: continuo subiecit: Gratias autem deo, qui dat nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Ergo & victoria qua peccatum vincitur, nihil aliud est quam donum dei, in isto certamine adiuuātis liberum arbitrium. Propter quod dicit, & cœlestis magister: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Ergo vnusquisq; contra suam concupiscentiam dimicans oret, ne intret in tentationem, id est, ne sit ab illa abstractus & illectus. Non autem intrat in tentationem, si voluntate bona uincat concupiscentiam malā. Nec tamen sufficit arbitrium voluntatis humanę, nisi a domino victoria conceḍatur oranti, ne intret in tentationem. Quid vero euidentius quam dei ostenditur gratia, vbi quod oratur, accipitur? Si enim dixisset saluator noster: Vigilate ne intretis intētationem: admonuisse videretur tantummodo hominis voluntatem: cum vero addidit, & orate, ostendit deum adiuuare, ne intretis in tentationem. Dictum est libero arbitrio: Fili noli deficere a disciplina domini: & dominus dicit: Ego rogaui pro te Petre, ne deficeret fides tua. Homo ergo gratia iuuatur, ne sine causa voluntati eius iubeatur.

1. Co. 15 To. & 2. Tom. opuscu.

Matth. 26.

Prouer. 3.

Luc. 22.

CAP. V.

CVM dicit deus, Conuertimini ad me, & conuertar ad vos: vnum horum videtur esse nostrę voluntatis, id est, vt conuertamur ad deum: alterum vero ipsius gratię, id est, vt etiam ipse conuertatur ad nos: vbi possunt putare Pelagiani suam obtinere sententiam, qua dicūt gratiam dei secundum merita nostra dari. Quod quidem in Oriente, hoc est, in prouincia Palæstina, in qua est ciuitas Hierusalem, cum ipse Pelagius ab Episcopis audiretur, affirmare non ausus est. Nam inter cętera, quæ illi obiecta sunt, & hoc obiectum est, quod diceret gratiam dei secundum merita nostra dari: quod sic alienum est a catholica doctrina, & inimicū gratię Christi, vt nisi hoc obiectum sibi anathematizasset, ipse inde anathematizatus exisset. Sed fallaciter eum anathematizasse posterius eius indicant libri, in quibus omnino nihil aliud defendit, quam gratiam dei secundum merita nostra dari. Talia ergo de scripturis colligunt, quale est hoc vnum quod paulo ante dixi: Conuertimini ad me & conuertar

Zach. 1.

malo, lex non erit nisi virtus peccati, idem in epi. 5. epis. q̄. est hētur ante cōci. Mileui. ī 1. To. conci, & in isto

Nō sufficit arbitriū voluntatis humanæ, nisi a dño victoria cōcedat orāti, ne ī tret. ī tētationē.

Dānatus Pelagius qa dicebat grām dei secm merita nra dari, ī cōci. Mile. aphri. arauſ. et pa lestio & hoc recitat Au. ī epist. ad Six tū ꝑsby

Zach. 1

re.q̃ c. Dicit de
105.112 us cõuer
To. & ti Ps.79
hr̃ sup- mi Ps.84
et i ep ni Deu.32
sto.106 ad
ad pau me dicit
linũ q̃ hõ con-
& hr̃ i uer Io.6
media- te 2.Pa
te ante me ra.15
Hũc li. do
mie,& cõuertar,
nã vt aqla ,puo
cat deus filios su
os ad volãdũ,ſ3
po stea illos por-
tat super hume-
ros suos.

1.Para.28.

Roma.4.

1.Cor.15.

2.Cor.6.

1.Cor.15.

Nõ sola gr̃a nec
sola volũtas agit
bona postvocatio

ad vos: vt ſecundum meritum conuerſionis noſtræ ad
deum, detur gratia eius, in qua ad nos & ipſe conuerti
tur. Nec attendunt qui hoc ſentiũt, quia niſi donum dei
eſſet etiam ſpſa ad deum noſtra conuerſio, nõ ei dicere
tur: Deus virtutũ conuerte nos. Et, Deus tu conuertẽs
viuificabis nos. Et, Conuerte nos deus ſaniſatũ noſtra
rum: & huiuſmodi alia quæ commemorare longum eſt.
Nam & venire ad Chriſtum, quid eſt aliud, niſi ad eũ
credendo conuerti: & tamẽ ait: Nemo poteſt venire ad
me, niſi datum fuerit ei a patre meo? Item quod ſcriptũ
eſt in libro ſecundo Paralipomenon: Dominus vobi-
ſcũ cum vos eſtis cum eo, & ſi queſieritis eum, inuenie
tis: ſi autem dereliqueritis eum, derelinquet vos: mani
feſtat quidem liberũ voluntatis arbitrium. Sed illi qui
dicunt gratiã dei ſecundum merita noſtra dari, iſta teſti
monia ſic accipiũt, vt dicant meritum noſtrum in eo eſ
ſe quod ſumus cum deo: eius autem gratiam ſecundum
hoc meritum dari, vt ſit & ipſe nobiſcum. Itẽ meritum
noſtrum in eo eſſe, quod quærimus eum, & ſecundum
hoc meritum dari eius gratiam, vt inueniamus eum. Et
in libro Paralipomenon primo quod dictum eſt: Et tu
Salomon fili mi cognoſce deum, & ſerui ei in corde p̃-
fecto, & anima volente: quia omnia corda ſcrutatur do
minus, & omnẽ cogitationem mentium nouit: ſi queſie
ris eũ, inuenietur tibi, & ſi dimiſeris eum, repellet te in
perpetuũ: declarat volũtatis arbitriũ. Sed illi in eo po
nũt meritũ hominis, quod dictũ eſt: Inuenietur tibi: &
omnino laborant quantũ poſſunt, oſtendere gratiã dei
ſecundũ merita noſtra dari: hoc eſt, gratiã non eſſe gra
tiã. Quibus enim ſecundum meritum redditur, non im
putatur merces ſecundũ gratiã, ſed ſecundũ debitum, ſi
cut apertiſsime dicit Apoſtolus. Meritũ enim fuit qui-
dẽ in apoſtolo Paulo, ſed malũ, quando perſequebatur
Eccleſiã: Vnde dicit: Non ſum idoneus vocari Apoſto
lus, quia perſecutus ſum Eccleſiã dei. Cũ ergo haberet
hoc meritũ malũ, redditũ eſt ei bonum pro malo, in eo
qđ ſecutus adiunxit: Sed gratia dei ſum qđ ſum. Atque
vt oſtẽderet & liberũ arbitriũ, mox addidit, Et gratia
eius in me vacua nõ fuit, ſed plus omnibus illis labora
ui. Hoc. n. liberũ arbitriũ hominis exhortaẽ & in aliis,
q̃bus dicit: Rogauimus ne in vacuũ gratiã dei ſuſcipia
tis. Vt qđ enĩ eos rogat ſi gratiã ſic ſuſceperũt, vt pro
priã pderẽt volũtatem: tamẽ ne ipſa voluntas ſine gra
tia dei puteſ boni aliquid poſſe, cõtinuo cum dixiſſet:
Gratia eius in me vacua nõ fuit, ſead plus omnibus illis
laborau: ſubiũxit atq̃ait: Nõ ego ũr, ſed gratia dei me
cũ: id eſt, nõ ſolus, ſed gratia dei mecũ: ac p hoc nec gra
tia dei ſola, nec ipſe ſolus, ſed gratia dei, cũ illo. Vt aũt de

de cœlo vocareſ, & tam magna & efficaciſsima uoca- nẽ. ipſa ỹ vocatio ſolius gr̃æ ẽ,
tione cõuertereſ, gratia dei erat ſola, q̃ merita eius erãt
magna, ſed mala. Denicp & alibi dicit ad Timotheum: 2.Ti.1. idẽ ista
Collabora Euangelio ſecũdum virtutem dei ſaluos nos ca.17.
facientis, & vocantis vocatione ſua ſancta, non ſecundũ & fuſius idẽ ſer.
opera noſtra, ſed ſecundum ſuũ propoſitum & gratiam, 74. de tpe i T.
quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu. Itẽ merita ſua, ſed ma 10. Merita pau-
la cõmemorans dicit: Fuimus enim ſtulti & nos aliquã Ad Tit.3. li añ
do & increduli errãtes, ſeruientes deſyderiis & voluptã cõ er
tibus varijs, in malitia & inuidia agẽtes, abominabiles, ſionẽ magna ſ3
inuiceẽ odio habentes. Quid iſtis tã malis meritis niſi pœ mala, idẽ i. c. ſe-
na vtiq; debebatur? Sed deo reddente bona pro malis, quẽ. & fuſius.
P̃ gratiã quę non ſecundũ merita noſtra daſ, factum eſt Deus reddit bo
quod deinde ſubiũxit, & dicit: Cũ autẽ benignitas & hu na p malis, quia
manitas illuxit ſaluatoris noſtri dei, nõ ex opibus iuſti nõ dat debitam
tię quę fecimus nos, ſed ſecundũ ſuã miſericordiã ſaluos pœnã, ſ3 dat ide
nos fecit, per lauacrũ regenerationis & renouationis ſpi bitã gr̃am, i pr̃e
rituſſanc̃ti, quem ditiſsime effudit ſuper nos, per Ieſum fat. pſal. 31. et in
Chriſtũ ſaluatorem noſtrum, vt iuſtificati ipſius gratia, exp. eiuſdẽ pſal:
hæredes efficiamur ſecundum ſpem vitæ æternæ. in Tom. 8. & in
1.Tom.ho.op.

CAP. VI.

HIS & talibus teſtimoniſs diuinis probatur gratia
dei nõ ſecũdum merita noſtra dari quãdoquidem nõ ſo
lum nullis bonis, verum etiam multis meritis malis pr̃e
cedẽtibus videmus datã, & quotidie dari videmus. Sed
plane cũ data fuerit, incipiunt eſſe etiã merita noſtra bo
na, per illã tamen: nam ſi illam ſubtraxerit, cadit homo
nõ erectus, ſed pr̃ecipitatus libero arbitrio. Quapropter
quando cœperit homo habere merita bona, nõ debet ſi
bi tribuere illa, ſed deo, cui dicitur in Pſalmo: Adiutor Pſal.26.
meus eſto ne derelinquas me: dicendo, ne derelinquas
me oſtendit quia ſi derelictus fuerit, nihil boni valet ip
ſe per ſe: vnde & ille ait, Ego dixi in abundantia mea, Pſal.29.
non mouebor in ęternũ. Putauerat enim ſuũ fuiſſe bo-
nũ, quod ei ſic abundabat vt non moueretur, ſed vt oſtẽ
deretur illi cuius eſſet illud bonum, de quo tãquam ſuo
cœperat gloriari, paululũ gratia dei deſerẽte admonitus
dicit: Domine in volũtate tua, pr̃eſtitiſti decori meo vir
tutẽ: Auertiſti faciẽ tuã a me, & factus ſum cõturbatus. Nõ ſolũ gr̃a in
Ideo neceſſariũ eſt homini, vt gratia dei nõ ſolũ iuſtifice ſtificamur, ſed i
tur impius, id eſt, ex impio fiat iuſtus, cũ reddunt ei bo bono perſeuera
na pro malis; ſed etiã cũ fuerit iã iuſtificatus ex fide, am mus.
bulet cũ illo gratia, & incumbat ſuper ipſam ne cadat.
Propter hoc ſcriptũ eſt in cantico cãticorũ de ipſa Ec-
cleſia, Quæ eſt iſta quæ aſcẽdit dealbata, incũbens ſuper Cant. 8.
fratruelem ſuum? Dealbata eſt enim quæ perſeipſam al-
ba eſſe nõ poſſet. Et a quo dealbata eſt, niſi ab illo, qui
per Prophetam dicit: Si fuerint peccata veſtra vt Pheni Eſa.1.
cium, ſicut niuem dealbabo? Quando ergo dealbata

Ioan.15. Sine vllis meritis bonis, imo cũ multis meritis malis Paulus cõsecutus gratiã, idẽ.c.pcedẽ. & sup. psa.55. 2.Ti.4. in Tomo.8. Idẽ in ench.c.107 in To.3.& in 1. Tom.ho.opu.

In epistо.5.epis. quę ẽ 95.i.2.T. & in isto T.op. Dona sua torona de us,& nõ merita nra,nã si illa respiceret nos dãnaret,idẽ c. sequẽt, 1.Cor.4. & i li.9.cõfessionũ.c.13.i To.2. & i epist. 5.epis. & sup.1.c.Io.tra.2 i T.9. et 13.de tri. Io.3. c.15.& a Beda sup 4.c.ad Ro. Ephe.4.Psa.67.

est, nihil boni merebatur: Iam vero alba facta, bene ambulat, sed si super eũ a quo dealbata est, perseueranter incumbat: Propter quod & ipse Iesus, super quem incumbit dealbata, dixit discipulis suis: Sine me nihil potestis facere. Ergo redeamus ad apostolum Paulum, quẽ certe inuenimus sine vllis meritis bonis, imo cum multis meritis malis dei gratiam consecutum, reddentis bona pro malis: videamus quid dicat sua iam propinquante passione, scribens ad Timotheum: Ego enim iam immolor, inquit, & tempus resolutionis meę instat, Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. Ista vti que iam merita sua bona commemorat: vt post bona merita consequatur coronam, qui post merita mala consecutus est gratiam. Denicp attẽdite quid sequatur: Superest, inquit, mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Cui redderet coronam iustus iudex, si non donasset gratiam misericors pater? Et quo modo esset ista corona iustitiæ, nisi præcessisset gratia, quæ iustificat impiũ? Quomodo ista debita redderetur, nisi prius illa gratuita donaretur? Sed cum dicunt Pelagiani hanc esse solam, non secundum merita nostra gratiam, qua homini peccata dimittuntur: illam vero quæ datur in finem, id est æternam vitam, meritis nostris precedentibus reddi: respondendum est eis. Si enim merita nostra sic intelligerent, ut etiam ipsa dona dei esse cognoscerent, non esset reprobanda ista sententia: quoniam vero merita humana sic prædicant, vt ea ex semetipso habere hominem dicant, prorsus rectissime respondet Apostolus: Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi nõ acceperis? Prorsus talia cogitauit verissime dicitur: Dona sua coronat deus, non merita tua: si tibi a te ipso, non ab illo sunt merita tua. hæc enim si talia sunt, mala sunt: quæ mala sunt, non coronat deus: si autem bona sunt, dei dona sunt: quia sicut dicit apostolus Iacobus: Omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum. Vnde dicit & Ioannes præcursor domini nostri. Non potest homo accipere quic quam nisi fuerit ei datum de cœlo: vtique de cœlo, vnde etiam venit spiritussanctus, quando Iesus ascendit in altum, captiuauit captiuitatem, dedit dona hominibus.

CAP. VII.

2.Tim.4.

SI Ergo dei dona sunt bona merita tua, non deus coronat merita tua tanquã merita tua, sed tanquam dona sua. Proinde consideremus ipsa merita apostoli Pauli, ſ bus dixit coronam redditurum iudicem iustũ, & videamus vtrum merita ipsius tanquam ipsius, id est ex ipso ei cõparata, an dona sunt dei. Bonũ, inquit, certamẽ certaui, cursum

cursum consumaui, fidem seruaui. Primo ista bona opera, si non ea præcessissent cogitationes bonæ, nulla essent. Attendite itaque quid de ipsis cogitationibus dicat, ait enim scribens ad Corinthios: Non quia idonei 1.Cor.3. sumus cogitare aliquid a nobis tanquam a nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Deinde singula inspiciamus: Bonum, inquit, certamen certaui. Quæro qua virtute certauerit, vtrum quę illi ex semetpso fuerit, an quę desuper data sit. Sed absit vt tantus doctor gentiũ ignorauerit legem dei, cuius vox est in Deuteronomio: Deut.8. Ne dicas in corde tuo, fortitudo mea & potẽtia manus meæ fecit mihi virtutem magnam hanc, sed memorabis domini dei tui, quia ipse tibi dat fortitudinem facere virtutem. Quid autem prodest bonum certamen, nisi sequatur victoria? Et quis dat victoriam, nisi ille de quo 1.Cor.15. dicit ipse: Gratias deo qui dat nobis victoriam, per dominum nostrum Iesum Christum. Et alio loco cum commemorasset testimonium de psalmo: Quoniam propter Psal.34. te mortificamur tota die, deputati sumus ut oues occi- Roma.8. sionis: subiecit atque ait: Sed in his omnibus superuincimus per eum qui dilexit nos: non ergo per nos, sed 2.Tim.4. per eum qui dilexit nos. Deinde dixit: Cursum con- Roma.9 summaui: sed ille hoc dixit, qui alio loco dicit: Igitur nõ volentis neque currentis, sed miserentis est dei. Quæ sententia nullo modo potest etiam sic conuerti vt dicatur, non miserentis dei, sed volentis, & currentis est homi- 2.Tim.4. nis. quisquis enim hoc ausus fuerit dicere, aperte se o- 1.Tim.1. stendit Apostolo contradicere. Postremo dixit: Fidẽ seruaui: sed ille hoc dixit, qui alibi ait: Misericordiam cõsecutus sum vt fidelis essem. Non enim dixit, Misericordiam consecutus sum quia fidelis eram, sed vt fidelis essem: hinc ostendens etiam ipsam fidem haberi nisi deo Fides donũ dei, miserante non posse, & esse donum dei. Quod apertissi- Ephe.2 i Epi.5 me docet, dicens: Gratia salui facti estis per fidẽ, & hoc Epi.q ẽ non ex vobis, sed dei donum est. Possent enim dicere, 95.i.2.To.& in ideo accipibus gratiam, quia credimus, tanquam sibi fi isto To.op.& in dem tribuentes, gratiam deo: propter hoc Apostolus cũ de pd.san.ca.3.i dixisset, per fidem, & hoc, inquit, non ex vobis, sed dei T.7.& i.3. To. donum est. Rursus ne diceret se suis operibus donũ ta- ho.opu. & i de le metuisse: continuo subiecit: Non ex operibus ne for- doct. christ.li.3. te quis extollatur. non quia negauit, aut euacuauit ope c.33.i To.3.& in ra bona, cum dicat deum vnicuique reddere secundum 1. To.ho. opus. opera eius: sed quia opera sunt ex fide, nõ ex operibus Opa bona ex ſt fides, ac per hoc ab illo sunt nobis opera iustitię, a quo Abac.2 de & ñ est ipsa fides, de qua dictum est, Iustus ex fide viuit. Ho- Rom.1. ex opi mines autem non intelligẽtes, quod ait ipse Apostolus, Rom.3. bus ſi- arbitramur iustificari hominem per fidẽ sine operibus des, nã legis: putauerunt eum dicere sufficere homi fidem, etiam bona opa nõ p- si male

credũt iustificandũ, ꝙ se quidẽ in iustificatũ in præf. Psal.31. in. To 8 & i.1.T.ho.op.

Gal.5.

Iac.2.

si male viuat & bona opa nõ habeat. Quod absit vt sentiret vas electiõis: ꝙ cũ dixisset quodã loco: In Christo n. Iesu neq; circũcisio aliq̃d valet, neq; pꝛeputiũ: mox addidit: Sed fides quę p dilectionẽ operat. Ipsa est fides quę fideles dei separat ab immũdis dæmonibus: nam & ipsi, sicut dicit Apostolus Iacobus, credũt & contremiscunt, sed nõ bene operãtur. Nõ ergo habẽt istã fidẽ ex qua iustus viuit, id est, quæ p dilectionẽ operat, vt reddat ei deus vitam ęternam secundum opera eius. Sed quia & ipsa bona opera nobis ex deo sunt, a quo nobis & fides est, & dilectio, propterea idem ipse doctor gentiũ, etiã ipsam vitam ęternam gratiam nuncupauit.

Roma.6.

CAP. VIII.

Roma.2.
Roma.6

Roma.4.

Roma.11.

Roma.6.

Ioan.15.
Ephe.2.

ET Nascitur inde non parua quæstio, quæ domino donante soluenda est. Si enim vita æterna bonis operibus redditur, sicut apertissime dicit scꝛiptura, Quoniam deus reddet vnicuique secundum opera eius: quomodo gratia est vita æterna, cum gratia non operibus reddatur, sed gratis detur, ipso Apostolo dicente: Ei qui operatur, marces non imputatur secundũ gratiam, sed secundum debitum. Et iterum: Reliquię, inquit, per electionẽ gratię saluæ factę sunt. Et mox addidit: Si autem gratia iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia. Quomodo est ergo gratia vita ęterna, quæ ex operibus sumitur? An forte vitam ęternam non dixit Apostolus gratiã? Imo vero sic dixit, vt negari omnino nõ possit, nec intellectorem acutum, sed tantummodo intentum deliderat auditorem. Cum enim dixisset: Stipendiũ peccati mors: continuo subdidit: Gratia autem dei vita æterna in Christo Iesu domino nostro. Ista ergo quęstio nullo modo mihi videꝛ posse dissolui, nisi intelligamus & ipsa bona opera nostra quibus æterna redditur vita, ad dei gratiam pertinere: propter illud quod ait dominus Iesus: Sine me nihil potestis facere. Et ipse Apostolus cum dixisset: Gratia salui facti estis per fidẽ, & hoc nõ ex vobis, sed dei donum est, nõ ex opibus, ne forte ꝙs extollat: vidit vtiq; putare posse hoẽs hoc ita dictu, quasi necessaria nõ sint opera bona credẽtibus, sed eis fides sola sufficiat: & rursus posse hoẽs de bonis opibus extolli, velut ad ea faciẽda sibi sufficiat: mox itaq; addidit: Ipsius, n. sumus figmẽtũ, creati ī Christo Iesu in opibus bonis, quę p̃parauit deus, vt ī illis ambulemus. Quid est hoc, quod cum dei gratiam commendans dixisset, non ex operibus, ne forte quis extollatur: cur hoc dixerit rationem reddens, ipsius enim sumus, inquit, figmẽ creati in Christo Iesu in operibus bonis? Quomodo ergo non ex operibus, ne forte quis extollatur? Sed exigit a nobis deus fidẽ, sed & audi & intellige, non ex operibus dictum, tanquam bona opera, quę tuis ex te ipso tibi existentibus, sed tanquam his in quibus

bus te deus finxit, id est, formauit & creauit. Hoc enim ait: Ipsius sumus figmentũ, creati in Christo Iesu in operibus bonis, nõ illa creatione qua homines facti sumus, sed ea de qua ille dicebat, qui vtique iã homo erat, Cor mundum crea in me deus: & de qua dicit Apostolus: Si qua ergo in Christo noua creatura, vetera transierunt: Ecce facta sunt noua, omnia autem ex deo. Fingimur ergo, id est, formamur, & creamur in operibus bonis, quæ non præparauimus nos, sed præparauit deus vt in illis ambulemus. Itaque charissimi, vita bona nostra nihil aliud est, quam dei gratia: sine dubio & vita æterna, quæ bonę vitę redditur, dei gratia est: & ipsa enim gratis datur, quia gratis data est illa cui datur. Sed illa cui datur tantummodo gratia est, hęc autem quę illi datur, quoniam præmium eius, est gratia est pro gratia, tãquã merces pro iustitia, vt verum sit quoniam verum est, quia reddet vnicuiq; deus secundum opera eius.

gra nobis dona uit, et ad ẽi gra ptinẽt, idẽ ī cõcili. Psal. 50. 2. de 1.Cor.5. Psal. 30.ī To.8. & in 1.Tom.ho.opu. Vita nra bona nihil aliꝺ ẽ quã dei gratia. Ioan.1. Matth.6. Psal.6. Roma.2.

VTRVM Autem legerimus in scripturis sanctis, gratiam pro gratia, forsitan quæritis: sed habetis Euangelium secundum Ioannem tanta luce clarissimũ, vbi Ioannes Baptista de domino Christo dicit: Nos omnes ex plenitudine eius accepimus, & gratiam pro gratia. Ex eius itaque plenitudine accepimus pro modulo nostro tanquam particulas nostras, vt bene viuamus: sicut deus partitus est mensuram fidei, quia vnusquisque proprium donum habet a deo, alius sic, alius autem sic, & ipsa est gratia: & insuper accipiemus & gratiã pro gratia, quando nobis vita ęterna reddetur. De qua dixit Apostolus: Gratia autem dei vita ęterna, in Christo Iesu domino nostro: cum prius dixisset: Stipendium peccati mors. Merito enim stipendium, quia militiæ diabolicæ mors ęterna tanquam debitum redditur. Vbi cum posset dicere, & Gratia autem dei vita ęterna: vt hinc intelligeremus, non pro meritis nostris deũ nos ad æternam vitam, sed pro sua miseratione perducere. De quo in Psalmo dicit homo animę suæ: Qui coronat te in miseratione & misericordia. Nunquid non corona bonis operibus redditur? sed quia ipsa bona opera ille in bonis operatur, de quo dictum est: Deus est enim qui operatur in vobis & velle et operari pro bona voluntate, ideo dixit Psalmus: Coronat te in miseratione & misericordia: qui eius miseratione bona operamur, cuibus corona reddetur. Non enim, quia dixit: Deus est enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate: ideo liberum arbitrium abstulisse putandus est. Quod si ita esset, non superius dixisset: Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini. Quando enim iubetur vt operentur

1.Cor.7.&.12. Roma.6. Mors vere stipẽ diũ peccati, ꝙa iuste ꝓ peccatis reddit, ꝛ gra ẽi vita ęterna quia boni ꝛ opibus ñ de nra Psal.102 sufficiẽ Phil.2 tia uenit ibus, ꝛ Psa.102 de gra & misericordia dei red Phil.2. ditur, in epist.105.in.2. To. & ī isto.2. Tom.c.pus.

operentur, liberum eorum conuenitur arbitriũ: sed ideo cum timore & tremore, ne sibi tribuendo, quod bene operantur, de bonis tanquam suis extollãtur operibus. Tanquam ergo interrogaretur Apostolus, & diceretur ei, quare dixisti cum timore & tremore: horum verborũ rationem reddidit, dicens: Deus est enim qui operatur in uobis. Si enim timetis & tremitis, non extollimini tã quam de vestris operibus bonis, quia deus est qui operatur in vobis. Itaque fratres debetis quidem per liberum arbitriũ nõ facere mala, & facere bona, hoc, n. nobis lex dei præcipit in libris sanctis, siue veteribus, siue nouis.

CAP. X.
Gal.2.
Rom.3.

SED Legamus & adiuuãte domino intelligamus Apostolum dicentem: Quia non iustificabitur ex lege omnis caro coram ipso: per legem enim cognitio peccati. Cognitio dixit, non consumatio. Quando autem cognoscit homo peccatum, si non adiuuat gratia vt cognitum caueatur, sine dubio lex iram operatur. Quod alio loco ipse Apostolus dicit, ipsius enim verba sunt: Lex iram operatur. Hoc autem dixit, quia ira dei maior est in prẽuaricatore, qui per legem cognoscit peccatum, & tamen facit: talis quippe homo prævaricator est legis: sicut & in alio loco dicit: Vbi enim lex non est, nec prævaricatio est. Propter hoc & alibi ait: Vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ: legem volens intelligi literæ vetustatem, nouitatem vero spiritus quid nisi gratiam? Et ne putaretur accusasse legem vel reprehendisse: continuo sibi opposuit quæstionẽ, & ait: Quid ergo dicemus: Lex peccatum est? Absit. Deinde subiunxit: Sed peccatum non cognoui, nisi per legem: hoc est quod dixerat, per legem cognitio peccati. Nam concupiscentiam, inquit, nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces: occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam: sine lege enim peccatũ mortuũ erat, ego aũt aliquando uiuebam sine lege: adueniente autem mandato, peccatum reuixit: ego autem mortuus sum, & inuentum est mihi mandatum quod erat in vita, hoc esse in morte: peccatũ enim occasione accepta per mandatum fefellit me, & per illud occidit. Ita qꝫ lex qdẽ sancta, & mãdatũ sanctũ & iustũ & bonũ. Quod ergo bonũ est, mihi factũ est mors? Absit. Sed peccatũ vt appareat peccatũ, per bonũ mihi operatum est mortem, vt fiat supra modum peccatũ per mandatum. Et ad Galatas dicit: Scientes autem quoniam non iustificatur homo ex operibus legis nisi per fidem domini nostri Iesu Christi: & nos in Christo credidimus, vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis, quoniam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.

Lex irã operatur nisi gra adiuuet
Roma.4.

Roma.4.
Roma.7.

Exod.10.

Gal.2.

QVID

CAP. X.

QVID est ergo quod uanissimi homines & peruersissimi Pelagiani legem dicunt esse dei gratiã, qua iuuamur ad non peccãdum? Quid est miseri quod dicũt, qui sine dubitatione tanto Apostolo contradicunt? Ille dicit peccatum vires aduersus hominem accepisse per legem, & eum per mandatum quanuis sanctum & iustum & bonum, tamen occidere, & per bonũ operari ei mortem, de qua non liberaretur, nisi viuificaret spiritus eũ quem litera occiderat: sicut alio loco dicit: Litera occidit, spiritus autem viuificat. Et isti indocibiles, contra legem dei cæci, & contra vocem dei surdi, occidentem literam viuificare dicunt, & viuificanti spiritui contradicunt, ergo fratres, vt ipsius potius Apostoli verbis vos moneam, debitores sumus non carni vt secundum carnem viuamus: si enim secundum carnẽ vixeritis, moriemini: si autem spiritu actiones carnis mortificaueritis, viuetis. Hęc dixi, vt Apostolicis verbis liberum arbitrium vestrum a malo deterrerem, & exhortarer ad bonum: nec tamẽ ideo debetis in homine, hoc est, in vobismetipsis, non in domino gloriari, quando non secundũ carnem viuitis, sed spiritu actiones carnis mortificatis. Vt enim non se extollerent quibus ista dicebat, existimantes se suo spiritu tanta hæc bona opera facere posse, non dei, propterea cum dixisset: Si autem spiritu actiones carnis mortificaueritis, viuetis: continuo subiecit: Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei. Quã do ergo spiritu actiones carnis mortificatis vt viuatis, illum glorificate, illum laudate, illi gratias agite cuius spiritu agimini, vt ista valeatis, vt vos filios dei esse mõstretis: quotquot. n. spiritu dei auguntur, hi filij sunt dei.

Hic error recitatur & destruitur in epist. 5. epi. q̃ est Ro.7 95. in. 2. Tom. & habet sup. in isto 1. Tom. opus. 2. Cor. 3.

Roma. 8.

Roma. 8.

1. Cor. 1.

CAP. XII.

QVOTQVOT ergo adiuncto solo adiutorio legis, sine adiutorio gratię confidentes in virtute sua, suo spiritu aguntur, non sunt filij dei. Tales sunt de quibus idẽ dicit Apostolus, quod ignorantes dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti. De Iudæis hoc dixit, qui de se præsumentes gratiam repellebant, & in Christum propterea non credebant. Suam vero iustitiam dicit eos volentes constituere, quæ iustitia est ex lege, non quia lex ab ipsis constituta, sed in lege quæ ex deo est suam iustitiam constituerunt, quando eandem legem suis viribus se implere posse credebant, ignorantes dei iustitiam, non qua iustitia deus iustus est, sed quæ iustitia est homini ex deo. Et ut sciatis hanc illũ eorum dixisse iustitiam quę est ex lege, hanc autem dei quæ homini est ex deo, audite quid alio loco dicat, cum de Christo loqueretur: Propter quem omnia, inquit, nõ solum detrimenta esse credidi, verum etiam vt stercora existimaui esse vt Christum lucrifaciam, & inueniar in illo

Rom. 10.

Iudæi credendo suis viribus possecundum legẽ implere suã iustitiã in lege cõstituebant.

Phil. 3.

illo non habens meam iustitiam quę ex lege est, sed eā quę est per fidem Christi, quę est ex deo. Quid est, nō habens meam iustitiam quæ ex lege est, cum sua non esset ex lege esset, quia sua voluntate legem se posse putabāt implere sine adiutorio gratiæ, quę est per fidem Christi? Ideo cum dixisset: Non habens meam iustitiam quæ ex lege est, secutus adiunxit. Sed eam quæ est per fidem Christi, quę est ex deo. Hanc ignorabant, de quibus ait: Ignorantes dei iustitiam, id est, quę est ex deo, hāc enim dat non litera occidens, sed viuificans spiritus. Et suam volentes constituere, quam dixit ipse ex lege iustitiam, cum diceret, Non habens meam iustitiam quę ex lege est, iustitiæ dei non sunt subiecti, hoc est, gratiæ non sunt subiecti, sub lege enim erant, non sub gratia, & ideo eis dominabatur peccatum, a quo non fit homo liber lege, sed gratia. Propter quod alibi dicit, Peccatum enim vobis non dominabitur, non enim estis sub lege, sed sub gratia, non quia lex mala est, sed quia sub illa sunt quos reos facit iubendo, non adiuuando. Gratia quippe adiuuat vt legis quisque sit factor, sine qua gratia sub lege positus tantummodo erit legis auditor. Talibus itaque dicit, Qui in lege iustificamini, a gratia excidistis.

Roma.10.

Phil.3.

Hō nō liberat̃ a peccato lege, ſ3 gratia Rom.6.

Sub lege sūt q̃s reos facit iubendo, & non adiuuādo, idē i q̃ spū & lit.c. 29.et.30. et.31.i T.3. & in 3.To.ho.op.et i epist.5.epi.sup.i Gal.5. isto To.opuscu.

CAP. XIIII.

QVIS ita sit surdus aduersus Apostolicas voces, q̃s ita delirpiat, imo insaniat nesciens quid loquatur, ut audeat dicere, legem esse dei gratiam, cum clamet qui sciebat quid loqueretur, Quid in lege iustificamini a gratia excidistis? Si autem lex non est gratia, quia vt ipsa lex fiat, nō potest lex adiuuare sed gratia, nunquid natura erit gratia? Nam & hoc Pelagiani ausi sunt dicere, gratiam esse naturā, in qua sic creati sumus vt habeamus mentē rationalē qua intelligere valeamus, facti ad imaginē dei, vt dominemur piscibus maris & volucribus cœli, & omnibus pecoribus quæ repunt super terram. Sed non hęc est gratia, quam commendat Apostolus per fidem Iesu christi. Hanc enim naturam etiam cū impijs & infidelibus certum est nobis esse communē, gratia vero per fidē Iesu Christi eorum tantūmodo est, quorū est ipsa fides. Non enim omniū est fides. Denięs sicut eis qui volentes in lege iustificari a gratia exciderunt, verissime dicit, Si ex lege iustitia, ergo Christus gratis mortuus est, sic & his qui gratiā quā cōmendat & percipit fides Christi, putant esse naturam, verissime dicit, Si ex natura iustitia, ergo Chrtstus gratis mortuus est. Iā hic, n, erat lex, & nō iustificabat, iā hic erat & natura & nō iustificabat, ideo Christus nō gratis mortuus est, vt & lex per illū impleretur, qui dixit, Nō veni solvere

Pelagiani dixerūt gr̃az eē naturā, idē i epi.89. Gen.5. & i epist. 95. q̃ fuit.5.epist.& est i isto.2.T.op.& cōtra duas Pla gia.epi. li.3.ca. 2.The. 5.& i de eccl.dog. Gal.2. c.48.i To.3.et i cōci.arauſ. can. 21.i.1.To.cōci.

Maatth.5.

uere legē, sed adimplere, & natura per Adā perdita, per illū repararetur, qui dixit venisse se quęrere & saluare quod perierat, in quē venturū antiqui etiā patres crediderunt, qui diligebant deum. Dicunt etiā gratiā dei quę data est per fidē Iesu Christi, quę nec̃ lex est nec̃ natura, ad hoc tantum valere, vt peccata prēterita dimittantur, nō vt futura vitentur, vel repugnantia superentur. Sed si hoc verum esset, vtic̃ in oratione dominica cum dixissemus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, nō adderemus: Et ne nos inferas in tentationem. Illud enim dicimus vt peccata dimittantur, hoc autē vt caueantur, siue vincantur, q̃d a patre qui in cœlis est nulla ratione peteremus, si virtute voluntatis humanæ hoc possemus efficere. Cōmoneo autem charitatē vestram, et multū exhortor vt beati Cypriani librum quem scripsit De oratione dominica, diligenter legatis, & quantum vos dominus adiuuerit, intelligatis memorie que mādetis. Ibi videbitis quē admodū sic alloquatur liberū arbitrium eorū quos cōscriptione sui sermonis ędificat, vt ostendat tamē ea quę implenda videntur in lege, in oratione esse poscenda. Quod vtic̃ vanissime fieret, si ad illa agenda sine diuino adiutorio voluntas humana sufficeret.

Matth.18 Luc.19.

Matth.6.

Cypriānus ū oratiōe dominica.

CAP. XIIII.

SED cum fuerint cōuicti non defensores, sed inflatores & præcipitatores liberi arbitrij, q̃a nec̃ scientia diuinę legis, nec̃ ne natura, nec̃ sola remissio peccatorū est illa gratia, quę p Iesum Christū dñm nostrū dat, sed ipsa facit vt lex impleat, vt natura libereſ, ne peccatū dominetur. Cum ergo in his conuicti fuerint, ad hoc se cōuertunt, vt quocunc̃ modo conentur ostendere gratiā dei secundum merita nostra dari. Dicunt, n, etsi nō datur secundū merita bonorū operū, quia per ipsam bene operamur, tñ scdm merita bonæ volūtatis datur, q̃a bona volūtas, inquunt, p̃cedit orātis, quā p̃cesit volūtas credentis, vt secundū hęc merita gratia sequat̃ exaudiētis dei. Iā quidē de fide, hoc est de voluntate credentis superius disputaui, vsque adeo eam demonstrans ad gratiā pertinere, ut Apostolus non diceret, Misericordiā cōsecutus sum, q̃a fidelis erā, sed diceret, Misericordiā cōsecutus sum, vt fidelis essem. Sūt & alia testimonia, in quibus est quod ait, Sapite ad temperantiam, sicut vnicuic̃ deus partitus est mensurā fidei. Et q̃d iā cōmemorauī, Gratia salui facti estis per fidē, & hoc nō ex vobis, sed dei donū est. Et illud q̃d scripsit ad Ephesios, Pax fratribus & charitas cum fide a deo patre, & domino Iesu Christo. Et illud, vbi ait, Quia vobis donatū est p Christo, non solum vt credatis in eum, sed etiā vt patiamini pro eo. Vtrunc̃ ergo ad dei gratiā pertinet, & fides

CAP. XIIII. Pelagiāi nō defensores, ſ3 p̃cipitatores liberi arbitrij, idē i epi.90 in.2.Tomo.

Volūtas bona. Quod oro nr̃a n p̃cedat gr̃am, determinatū fuit ab eccl. in cōci. 1.Ti.1 arauſ. Ro.12. can.3.ſi Eph.2 q̃s iuocationē Eph.1. humanā Phil.1. gr̃ę dei dicit posse coter ri, n ät ipsā gr̃az facere vt inuoce tur a nobis contradicit Bſa.pro

phetæ dicẽti,ca. 65.& Paulo Apo.Ro.10.dicẽt, iuẽtus sum a nõ quærẽtibus me, palã ap parui his q me nõ interro gabãt,& in.4. can. determinat qđ deus nõ expectat volũtatẽ nostrã,vt purgari velimus,sed infusionẽ spũsã ecti nos purgat idẽ in epi.105,in Tomo.2. Psal.94. Ezech.11. Nõ valemus facẽ qđ lex iu 2.Cor.3 bet,nisi fides impetret,idẽ,c.præceden. Ezech.11. Ezech.36.

Ro.10

des credentium,& tolerantia patientium, quia vtrunq; dixit esse donatum:& illud maxime, vbi dicit:Habentes eundem spiritum fidei,non enim ait,scientiam fidei: sed,spiritum fidei:quod propterea dixit vt intelligeremus,quia fides & non petita conceditur, vt ei perenti alia concedantur.Quomodo enim inuocabunt,inquit, in quem non crediderunt?Ergo spiritus gratię facit vt habeamus fidem,vt per fidẽ impetremus orando,vt possimus facere quæ iubemur:ideo ipse Apostolus assidue legi præponit fidem,quoniam quod lex iubet,facere nõ valemus nisi per fidem rogando impetremus, vt facere valeamus.Nam si fides liberi est tantummodo arbitrij, nec datur a deo,propter quid pro eis qui nolunt credere,oramus vt credant?Quod prorsus faceremus inaniter, nisi rectissime crederemus etiam peruersas & fidei contrarias voluntates,omnipotentem deum ad credendum posse conuertere.Liberum quidem hominis arbitrium pulsatur,vbi dicitur: Hodie si vocem eius audieritis,nolite obdurare corda vestra.Sed nisi posset deus etiam duritiam cordis auferre,non diceret per Prophetam:Auferã ab eis cor lapideũ,& dabo eis cor carneum:quod de nouo testamẽto fuisse prędictum,satis Apostulus ostendit,vbi ait:Epistola nostra vos estis,scripta non atramento,sed spiritu dei viui,non in tabulis lapideis,sed in tabulis cordis carnalibus. Quod non ideo dictũ putemus vt carnaliter viuãt, qui debent spiritaliter viuere:sed quia lapis sine sensu est,cui comparatum est cor durum,cui nisi carni sentienti cor intelligens debuit comparari?Sic enim hoc dicitur per Ezechielem Prophetam:Et dabo eis,inquit, cor aliud, & spiritum nouum dabo eis,& euellam cor lapideum de carne eorum,& dabo eis cor carneum,vt in præceptis meis ambulent,& iustificationes meas obseruent,& faciant eas: & erunt mihi in populum,& ego ero eis in deum, dicit dominus.Nunquid ergo possumus nisi absurdissime dicere,bonũ meritum bonę voluntatis in homine præcessisse, vt auelleretur ab eo cor lapideum: quandoquidem ipsum cor lapideũ non significat nisi durissimam volũtatem,& aduersus deum omnino inflexibile est?Vbi.n. præcedit bona voluntas,iam nõ est cor vtique lapideũ. Nam & alio loco per eundem prophetam deus manifestissime ostendit,non propter eorum aliqua bona merita,sed propter nomen suum ista facere,vbi ait: Nõ propter vos ego facio domus Israel,sed propter nomẽ meũ sanctum quod prophanastis in gentibus,quo intrastis illuc:& sanctificabo nomen meum magnum quod prophanatum est in gentibus,quod prophanastis in medio eorum,& scient gẽtes quia ego sum dominus,dicit Adonai

nai dominus,cum sanctificatus fuero in vobis ante oculos eorum:& accipiam vos degentibus,& congregabo vos ex omnibus terris ,& inducam vos in terram vestram,& aspergam vos aqua mũnda, & mundabimini ab omnibus immunditijs vestris,& ab omnibus idolis vestris mundabo vos:& dabo vobis cor nouum,& spiritum nouum dabo in vobis:& auferetur cor lapideum de carne vestra,& dabo in vobis cor carneum,& spiritum meum dabo in vobis:& faciam vt in iustificationibus meis ambuletis,& iudicia mea obseruetis & faciatis.Quis ita sit cæcus vt non videat, quis ita lapideus vt non sentiat istam gratiam non secundum merita bonæ voluntatis dari, domino dicente atque testante:Nõ propter vos ego facio domus Israel,sed propter nomen meum sanctum,quod prophanastis in gentibus?Quare enim dixit,ego facio,sed propter nomẽ meum sanctum: nisi ne illi putarẽt propter bona merita sua fieri, quod non erubescunt dicere Pelagiani ? Non solum autem bona merita eorum nulla , verum etiam mala merita præcessisse demonstrat,dicendo,sed propter nomen meum sanctum,quod prophanastis in gentibus. Quis non videat horrendum malum esse nomen,sanctum domini prophanare?Et tamen propter ipsum nomen meum,inquit,quod prophanastis vos , ego faciam vos bonos, non propter vos:& sanctificabo,inquit, nomen meum magnum,quod prophanatum est in gentibus,quod prophanastis in medio eorum.Sanctificare se dicit nomen suum,quod superius dixerat sanctum.Hoc est ergo quod oramus in oratione dominica dicentes ? Sanctificetur nomen tuum: vt sanctificetur in hominibus,quod per seipsum sine dubio semper est sanctum . Denique sequitur: Et scient omnes gentes quoniam ego sum dominus , dicit Adonai dominus,cum sanctificatus fuero in vobis . Cum ergo ipse semper sit sanctus,sanctificatur tamen in eis quibus largitur gratiam suam,auferendo ab eis cor lapideum , per quod nomen domini prophanauerunt.

Ex scripturis p bat qđ grã non datur ex meritis, imo nõ ecce grã vt ,phat ipse in psal.& expo.Ps. 31.i To.S.& in 3.To.ho.opus.

Ex malis meritis bona donat deus idẽ sup.ca. 5.&.6.&.7. Matth.6.

Matth.6. Nomen dei qđ in se sanctum est oramus vt in nobis sanctificetur , idem in lib.de bono perseuerantiæ cap. 2.& 21. & in de correp.& gratia cap.6.in.3.Tomo horum opusculorum & Christ & Theo.exponunt Sanctificetur nomen tuum , Athanasus vero, hoc est facito nos sanctos in Nomine tuo .

CAP. XV.

Ne Autẽ putetur nihilibi facere ipsos homines per liberum arbitrium,ideo in Psalmo dicitur:Nolite obdurare corda vestra.Et per ipsum Ezechielẽ:Proijcite a vobis omnes impietates vestras quas impie egistis in me, & facite vobis cor nouũ & spiritũ nouũ,& facite omnia mãdata mea,Vt quid moriemini domus Israel,dicit dominus:

Psal.94. Ezech.18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pſal.84.
Ezech.18.
Ezech.36.

Deus dat qđ iubet & adiuuat vt hō faciat qđ ipe iubet, semp Ro. 6. in nobis volūtas libera, ſed non, ſemp bona, ſi bona ab ipſo eſt, q̄ aufert cor lapideū, hoc eſt malā volūtatē, a nobis, ut.c. p̄cedēti dcm ē, Eccle.15.

Hō qui, nō p̄ōt oret vt accipiat poſſe, id ē cap. ſequenti.

CAP. XVI.

Deus iubet aliqua q̄ non poſſumus vt agnoſcamus qđ ab illo petere debea Eccl.22. mus, q̄ fides imperat, qđ lex imperat, p̄ iſta Pſ.33. difficultate, vide expo.3.c. Epiſt. ad Gal. i T.4.& i p̄ncipio huius.2.T.op.& i expo. Pſ.31.i T.8 & i fine primi Eccl.23 T.ho.op.et i p̄f. Pſ.56.in To.8.

minus: quia nolo mortem morientis, dicit Adonai dominus, ſed conuertimi & viuetis. Meminerimus deum dicere, ſed conuertimini & viuetis: cui dicitur: Conuertete nos deus. Meminerimus deum dicere: Proiſcite a vobis omnes impietates veſtras: cum ipſe iuſtificet impium. Meminerimus ipſum dicere: Facite vobis cor nouum & ſpiritum nouum: qui dicit, dabo vobis cor nouū: & ſpiritū nouū dabo vobis. Quomodo ergo quod dicit, facite vobis: hoc dicit, dabo vobis? Quare iubet ſi ipſe daturus eſt? Quare dat ſi homo facturus eſt, niſi quia dat quod iubet, & adiuuat vt faciat cui iubet? Semper eſt autem in vobis voluntas libera, ſed non ſemper eſt bona. Aut enim a iuſtitia libera eſt, quando ſeruit peccato, & tunc eſt mala: aut a peccato libera eſt, quando ſeruit iuſtitiæ, & tunc eſt bona. Gratia vero dei ſemper eſt bona, & p hanc fit vt ſit homo bonæ voluntatis, qui prius fuit voluntatis malæ. Per hāc etiam fit, vt ipſa bona voluntas q̄ę iam eſſe cœpit, augeatur: & tam magna ſit et vt poſſit implere diuina mandata quæ voluerit, cum valde perfecteq̄, voluerit. Ad hoc enim valet quod ſcriptum eſt: Si volueris, conſeruabis mandata: vt homo qui voluerit & non potuerit, nondum ſe plene velle cognoſcat, & oret ut habeat tātam voluntatem, quanta ſufficit ad implenda mandata. Sic quippe adiuuatur vt faciat quod iubetur: tunc enim vtile eſt velle, cum poſſumus: & tunc vtile eſt poſſe, cum volumus. nam quid prodeſt, ſi quod nō poſſumus, volumus, aut ſi quod poſſumus, nolumus?

MAGNVM Aliquid Pelagiani ſe ſcire putant, quando dicunt: Non iuberet Deus quod ſciret non poſſe ab homine fieri. Quis hoc neſciat? Sed ideo iubet aliqua q̄ę non poſſumus, vt nouerimus quid ab illo petere debeamus. Ipſa eſt enim fides, quæ orādo impetrat quod lex imperat. Deniq̄ ipſe qui dixit. Si volueris, cōſeruabis mādata: in eodē libro Eccleſiaſtico aliquāto poſt dicit: Quis dabit i ore meo cuſtodiā, & ſuper labia mea ſignaculū aſtutum, ne forte cadā ab eo, & lingua mea pdat me? Iam certe mādata acceperat: Cohibe linguam tuā a malo, & labia tua ne loquātur dolum. Cū ergo verum ſit, quod dixit: Si volueris, conſeruabis mādata: quare q̄erit in ore ſuo dari cuſtodiā, ſimilis ei qui dicit in Pſalmo: Pone domine cuſtodiam ori meo? Nō ei ſufficit mandatū dei & volūtas ſua, quādoquidē ſi voluerit cōſeruabit mādata? Quā multa dei mādata ſunt cōtra ſuperbiāti nouit ea, ſi voluerit cōſeruabit ea. Quare ergo paulo poſt dicit: Domine pater & deus vitę meę, ela

tionem

tionē oculorū ne dederis mihi? Iam dixerat ei lex: Non concupiſces: velit ergo & faciat quod iubetur: quoniā ſi voluerit, conſeruabit mandata. Quare ſequitur & dicit: Cōcupiſcentiā auerte a me? Contra luxuriā deus quam multa mādauit? faciat ea, quia ſi voluerit, cōſeruabit mādata. Quid eſt quod clamat ad deum: Vētris appetitio & cōcubitus ne apprehēdat me? Si hoc ei præſenti dicere- Eccle.23. mus, rectiſſime nobis reſponderet & diceret: Ex iſta oratione mea qua hęc a deo peto, intelligite quomodo dixerim, ſi volueris cōſeruabis mandata. Certū eſt enim nos Pſal.36. mandata ſeruare ſi volumus, ſed quia præparatur volū Si volumus & tas a domino, ab illo petendum eſt vt tantum velimus, nō poſſimus vo quantum ſufficit vt volendo faciamus. Certū eſt nos vel lūtatē habemus le cum volumus, ſed ille facit vt velimus bonū, de quo paruam & inua dictū eſt, quod paulo ante poſui, quod præparatur volū lidā prouerb.8. tas a domino, de quo dictū eſt: A domino greſſus homi- ſecun. To. nis dirigentur, & viam eius volet: de quo dictum eſt: De Pſal.36. us eſt qui operatur in vobis & velle & operari. Certum Philip. 2. eſt nos facere cū facimus, ſed ille facit vt faciamus, præbendo vires efficacisſimas voluntati, qui dixit: Faciam Ezech.36. vt in iuſtificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obſeruetis & faciatis. Cum dicit, faciam vt faciatis: quid aliud dicit, niſi auferam a vobis cor lapideum, vnde nō faciebatis, & dabo cor carneū vnde faciatis? Et hoc quid eſt, niſi auferā cor durū, vnde nō faciebatis, & dabo cor obediēs vnde faciatis: ille facit vt faciamus, cui dicit homo: Pone domine cuſtodiā ori meo: hoc eſt enim dicere, Pſal.140. fac vt ponā cuſtodiā ori meo: quod beneficium dei iam fuerat conſecutus, qui dixit: Poſui ori meo cuſtodiam. Pſal.38.

QVI Ergo vult facere dei mandatum & non po- CAP. XVII. teſt: iam quidem habet voluntatē bonam, ſed adhuc parvam & inualidam: poterit autē, cum magnam habuerit & robuſtam. Quando enim martyres magna illa mādata feęrunt, magna vtique volūtate, hoc eſt, magna charitate fecerunt: de qua charitate ipſe dominus ait: Maiorē hac charitatē nemo habet, quam vt animam ſuam ponat Ioan.15. quis pro amicis ſuis. Vnde & Apoſtolus dicit: Qui diligit proximū, legē impleuit: nā non adulterabis, nō homicidiū facies, non furaberis, nō cōcupiſces: & ſi quod eſt Roma.1. aliud mandatum, in hoc ſermone recapitulatur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dilectio proximi malū non operatur: plenitudo ergo legis, dilectio. Ipſam charitatem Apoſtolus Petrus nondum habuit, quando timore dominum ter negauit. Timor enim nō eſt in charitate: ſicut ait Ioannes Euangeliſta in Epiſtola ſua, ſed perfecta charitas foras mittit timorem: & tamen quāuis parua & imperfecta, non deerat, quando dicebat domino: Animam meam pro te ponam: putabat enim

Hic hēs qđ ſus opat i nobis ſi ne nobis velle, i de tollit qđ id opeſ p̄ricipalit, idē ſupra ca.5, Exod.20. Matth.23. Matth.26. 1. Ioan.4. Ioan.13.

ſe poſſe

Deus ẽ ꝙ vobis parũ & magnã donat charitatẽ 1. de doct. Christ. a 22. vsq; ī finẽ libri, & ī de disciplina Chri, in T. 2. ꝙ hẽtur in. 1. T. ho. op. & su p Ioã. tract. 16. in Tomo 9.

Phil. 1.

Phil. 2

Roma. 8.

Roma. 8.

Psal. 43.

1. Cor. 13.

Gal. 5.

se posse, quod se velle sentiebat. Et quis istam etsi parvam dare cœperat charitatem, nisi ille qui præparat voluntatem, & cooperando perficit, quod operãdo incipit? Quoniam ipse vt velimus, operatur incipiens, qui volẽtibus cooperatur perficiens. Propter quod ait Apostolus: Certus sum quoniam qui operatur in vobis opus bonum perficiet vsque in diem Christi Iesu. Vt ergo velimus, sine nobis operatur, cum autem volumus, & sic volumus vt faciamus, nobiscum cooperatur: tamen sine illo vel operante vt velimus vel cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus. De operante illo vt velimus, dictum est: Deus est enim qui operatur in vobis & velle. De cooperãte illo cum iam volumus, & volendo facimus: Scimus, inquit, quoniam diligentibus deum omnia cooperantur ad bonum. Quid est omnia, nisi & ipsas terribiles sęuasque passiones? Sarcina quippe illa quę infirmitati grauis est, leuis efficitur charitati. Talibus enim dominus dixit esse suam sarcinam leuem: qualis Petro fuit quando passus est pro Christo, non qualis fuit quando negauit Christum. Istam charitatem, id est, diuino amore ardentissimam voluntatem cõmendans Apostolus: dicit: Quis nos separabit a charitate Christi, tribulatio, an angustia, an psecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? sicut scriptum est: Quoniam propter te mortificamur tota die, deputati sumus velut oues occisionis. Sed in his omnibus superuincimus per eum, qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque præsentia, neq; futura, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate dei, quę est in Christo Iesu domino nostro. Et alio loco dicit: Adhuc supereminẽtiorem viam vobis demõstro, si linguis hominum loquar & angelorum, charitatẽ autem non habeam, factus sum velut gramentum sonãs, aut cymbalum tinniens. Et si habero prophetiam, & si sciero omnia sacramenta, & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero omnia mea pauperibus, & si tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autẽ nõ habeã, nihil mihi prodest. Charitas magnanimis est, benigna est, charitas nõ æmulat, non agit perperam, non inflatur, nõ dehonestatur, non quærit quę sua sunt, nõ irritatur, non cogitat malum: non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: omnia tolerat, omnia credit, omnia sperat, omnia suffert, charitas nunquam cadit. Et paulo post: Manet, inquit, fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem horum est charitas: sectamini charitatem. Item dicit ad Galatas: Vos enim in libertatem vocati estis

estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem carnis detis, sed per charitatem seruite inuicem: Omnis enim lex in vno sermone impletur, in eo quod diliges proximum tuum sicut teipsum: Hoc est quod ad Romanos ait: Qui diligit alterum, legem impleuit. Item dicit ad Colos senses: Super omnia autem hæc charitatem, quæ est vinculum perfectionis. Et ad Timotheum: Finis, inquit, præcepti est charitas, & adiungens qualis charitas: De corde, inquit, puro, & conscięntia bona, & fide non ficta. Ad Corinthios autem, cum dicit: Omnia vestra cum charitate fiant: satis ostendit etiam ipsas correptiones, quas asperas & amaras sentiunt qui corripinntur, cum charitate esse faciendas. Vnde & alibi cum dixisset: Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes: mox subiunxit: Videte ne qs malum pro malo alicui reddat. Ergo & quando corripiuntur inquieti, non malum pro malo, sed potius bonum redditur. Hæc autem omnia quę nisi charitas operatur? Et Apostolus Petrus: Ante omnia, inquit, mutuam inter vos charitatem perpetuo habentes, quia charitas cooperit multitudinem peccatorum. Dicit etiam Apostolus Iacobus: Si tamen legem perficitis regalem secundum scripturas: Diliges proximum tuum tanquam teipsum: bene facitis. Item Ioannes Apostolus: Qui diligit, inquit, fratrem suum, in lumine manet. Et alio loco: Qui non est iustus, non est ex deo, & qui non diligit fratrem suũ; quia hæc est annunciatio quam audiuimus ab initio, vt diligamus inuicem. Itemque alibi: Hoc est, inquit, mandatum illius, vt credamus nomini filij eius Iesu Christi, & diligamus inuicem. Et iterum: Hoc, inquit, mãdatum habemus ab ipso, vt qui diligit deum, diligat & fratrem suum. Et paulo post: In hoc, inquit, cognoscimus, quia diligimus filios dei cum deum diligimus, & mandata eius facimus: hæc est enim dilectio dei, vt præcepta eius seruemus, & præcepta eius grauia non sunt. Et in Epistola secunda scriptum est: Non quasi præceptum nouum scribam tibi, sed quod habuimus ab initio, vt diligamus inuicem. Dicit etiam ipse dominus Iesus in duobus præceptis dilectionis dei & dilectionis proximi, totam legem Prophetas q; pendere. De quibus duobus præceptis, in Euangelio secundum Marcum scriptum est: Et accessit vnus de Scribis qui audierat illos perquirentes, & videns quoniam illis bene respondit, interrogauit eum: Quod est primum omnium mandatum? Iesus autem respondit ei: Primum omnium mandatum est: Audi Israel dominus deus tuus deus vnus est: Et diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: hoc est primum mandatum. Secun-

Roma. 13.
Colos. 3.
1. Tim. 1.
2. Cor. 16.
Correptiões cũ charitate faciendæ.
1. The. 5.
1. Pet. 4.
Iacob. 2.
Leuit. 19.
1. Ioan. 2.
1. Ioan. 3.
1. Ioan. 4.
1. Ioan. 5.
2. Ioan. 1.
Mat. 19. & 22.
Mar. 12.
Deut. 6.
Mat. 19. & 22.

dum autem simile illi: Diliges proximum tuum tãquam teipsum; maius horum aliud non est mandatum. Dicit etiam in Euangelio secundum Ioannem: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. In hoc cognoscẽt omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.

Ioan. 13.

CAP. XVIII.

Nihil bñ fit sine charitate, q̃ ẽ dono dei, idẽ ẽ epi. 144. 1. T. 2. De us non dedisset charitatis p̃cepta si hoies nõ hẽrẽt liberũ. ar. Lex sine gr̃a ẽ lr̃a occidens, in gr̃a ãt ẽ spũs ui 1. Io. 4 uificãs, idẽ ẽ de spũ & lit. c. 4. et 17. & 18. & 19. ẽ To. 3. & in 3 T. horum opuscu.

HAEC omnia præcepta dilectionis, id est charitatis, quæ tanta & talia sunt, vt quicquid seputauerit homo facere bene, si fiat sine charitate, nullo modo fiat bene: hęc ergo præcepta charitatis inaniter darentur hominibus, non habentibus liberum voluntatis arbitrium: sed quia per legem dantur & veterem & nouam, quanuis in noua venerit gratia quæ promittebatur in Vetere, lex autem sine gratia litera est occidens, in gratia vero spiritus viuificans, vnde est in hominibus charitas dei & proximi, nisi ex ipso deo? Nam si non ex deo sed ex hominibus, vicerunt Pelagiani: si autem ex deo, vicimus Pelagianos. Sedeat ergo inter nos iudex Apostolus Ioannes, & dicat nobis: Charissimi, diligamus inuicem. In his verbis Ioannis cum se illi extollere cœperint & dicere: Vt quid nobis hoc præcipitur, nisi quia ex nobis habemus vt inuicem diligamus: sequitur continuo idem Ioannes, confundens eos & dicens, quia dilectio ex deo est. Non itaque ex nobis, sed ex deo est. Cur ergo dictum est, diligamus inuicem, quia dilectio ex deo est: nisi quia præcepto admonitum est liberum arbitrium, vt quæreret dei donũ? Quod quidem sine suo fructu prorsus admoneretur, nisi prius acciperet aliqd dilectionis, vt addi sibi quæreret. Vnde quod iubebatur impleret. Cũ dicitur, diligamus inuicem, lex est: cum dicitur, quia dilectio ex deo est, gratia est. Sapientia quippe dei legem & misericordiam in lingua portat. Vnde scriptum est in Psalmo: Etenim benedictionem dabit qui legem dedit. Nemo ergo vos fallat fratres mei, quia nos non diligere mus deum, nisi nos prior ipse diligeret. Idem Ioannes apertissime hoc ostendit & dicit: Nos diligamus, quia ipse prior dilexit nos. Gratia nos facit legis dilectores, le: vero ipsa sine gratia, non nisi prævaricatores facit. Et quod discipulis suis dicit dominus: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos: nihil aliud indicat nobis. Si enim nos prius dileximus, vt hoc merito nos ipse diligeret, prius illum nos elegimus, vt ab illo eligi mereremur. Sed ipse qui veritas est aliud dicit, & huic vanitati hominum apertissime contradicit: Non vos me elegistis, inquit. Si ergo non elegistis, sine dubio nec dilexistis: quomodo enim eum eligerent quem non diligerent? Sed ego, inquit, vos elegi. Nunquid non & ipsi postea elegerunt eum, & omnibus bonis huius seculi

Charitas est ex deo.

Psal. 83.

1. Ioan. 4.

Quia ds prius dilexit nos, illũ postea diligimus, & qa nos ante cõstitutionẽ mũdi elegit, Io. 15. nos illũ mõ elegimus, idẽ in de ẽ. Ioan. c. 17. & xv. in To. 7. & in 3. To. ho. op.

tuli prætulerunt? Sed quia electi sunt, elegerunt: non quia elegerunt electi sunt. Eligentium hominum meritum nullum esset, nisi eos eligentes gratia dei præueniret. Vnde & Apostolus benedicens Thessalonicenses: Vos, inquit, dominus multiplicet, & abundare faciat in charitate in inuicem & in omnes, hanc benedictionem dedit, vt nos inuicem diligeremus, qui legem dederat vt inuicem diligamus. Denique alio loco ad eosdem, quia sine dubio in quibusdam eorum iam erat, quod eis vt esset optauerat: Gratias, inquit, agere debemus deo semper pro vobis fratres, sicut dignum est, quoniam supercrescit fides vestra, & abundat charitas vnius cuiusque vestrum in inuicem. Hoc dixit, ne forte de tanto bono quod ex deo habebant, tanquam ex seipsis id habentes extollerentur. Quod ergo supercrescit fides vestra, inquit, & abundat charitas vnusquisque vestrum in inuicem, gratias agere debemus deo de vobis, non ita vos laudare, tanquam hoc habeatis ex vobis. Et ad Timotheum dicit: Non enim dedit nobis deus spiritum timoris, sed virtutis & charitatis & continentiæ. In quo sane Apostoli testimonio cauere debemus, ne nos arbitremur non accepisse spiritum timoris dei, quod sine dubio magnum est dei donum: de quo dicit Propheta Esaias: Requiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & spiritus timoris domini: non quo timore Petrus Christum negauit: sed illius timoris spiritum accepimus de quo dicit ipse dominus Christus: Eum timete qui habet potestatem & animam & corpus perdere in gehennam: ita dico vobis hunc timere. Hoc autem dixit, ne illo timore negaremus eum, quo turbatus est Petrus. Hunc enim auferri voluit a nobis, cũ prius dixit: Nolite timere eos qui corpus occidunt, & postea non habent quid faciant. Huius timoris non accepimus spiritum, sed virtutis & charitatis & continentiæ. De quo spiritu idẽ ipse ad Romanos ait: Gloriamur in tribulationibus, scientes quoniam tribulatio patientiã operat, patiẽtia probationem, probatio spẽ: spes autem nõ confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris p spũ sanctũ, qui datus est nobis. Non itaq; per nos, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis, ipsa charitate fit, quam dei donum esse manifestat, vt tribulatio nõ auferat, sed potius operetur patientiam. Ad Ephesios etiã: Pax, inquit, fratribus & charitas cum fide, magna bona. Sed dicat vnde? A deo, inquit, patre & domino Iesu Christo: Ergo hæc magna bona, non sunt nisi dei dona.

1. Thes. 3.

2. Thes.

1. Tim. 1.

Esa. 11.

Mat. 26.

Luc. 12.

Roma. 5.

Ephes. 6.

SED nõ est mirũ, si lux lucet in tenebris, & tenebræ CAP. XIX.

1.Ioan.3. eam non comprehenderunt. In Ioanne luxe dicit: Ecce qualē dilectionem dedit nobis pater, vt filij dei vocemur & simus. Et in Pelagianis tenebræ dicunt: Dilectio nobis ex nobis est. Quam si veram, id est, Christianam dilectionem haberent, scirent & vnde haberent, sicut sciebat

1.Cor.2. Apostolus qui dicebat: Nos autem non spiritum huius

1.Ioan.4. mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, vt sciamus quæ a deo data sunt nobis. Ioannes dicit: Deus dilectio est. Et Pelagiani etiam ipsum deum non ex deo, sed ex

1.Cor.8. semetipsis habere se dicunt: & cum scientiam legis ex deo nobis esse fateantur, charitatem ex nobis ipsis volunt. Nec audiunt Apostolum dicentem: Scientia inflat, charitas autem ædificat. Quid est ineptius, imo vero quid est amētius, & ab ipsa sanctitate charitatis alienius, quam confiteri ex deo esse scientiam, quæ sine charitate

Ephes.3. inflat: & ex nobis esse charitatem, quæ facit vt scientia inflare non possit? Item cum dicit Apostolus: Supereminentem scientiæ charitatem Christi: quid est insanius quam putare ex deo esse scientiam, quæ subdenda est charitati: & ex hominibus charitatem, quæ supereminet scientiæ? Fidem autem veram & doctrinam sanā ambas esse dicit ex deo, quia scriptum est: A facie eius scientia

1.Ioan.4. & intellectus procedit. Et scriptum est: Charitas autem

1.Tim.1. ex deo est. Et legimus: Spiritum scientiæ & pietatis, legi-

1.Cor.15. mus: Spiritum virtutis & charitatis & continentiæ: sed maius est donū charitas quā scientia: nā scientia quādo est in homine, charitas est necessaria ne infletur: charitas autē non emulatur, non agit perperam, non inflatur.

CAP. XX.

SATIS me disputasse arbitror aduersus eos, qui grātiam dei vehementer oppugnant, qua voluntas humana non tollitur, sed ex mala mutatur in bonam, & cum bona fuerit adiuuatur: & sic disputasse, vt non magis ego, quam diuina ipsa scriptura vobiscum locuta sit euidentissimis testimonijs veritatis: quæ scriptura diuina si diligenter inspiciatur, ostendit non solum bonas hominum voluntates quas ipse facit ex malis, & a se factas bonas in actus bonos, & in æternam dirigit vitam: verum etiam illas quæ conseruant seculi creaturam, ita esse in dei potestate vt eas quo voluerit, quādo voluerit faciat inclinari, vel ad beneficia quibusdam præstanda, vel ad pœnas quibusdā ingerendas, sicut ipse iudicat occultissimo quidē iudicio, sed sine dubitatione iustissimo. Nam inuenimus aliqua peccata etiam pœnas esse aliorum peccatorum, sicut sunt vasa iræ, quæ perfecta dicit Apostolus in perditionem: sicut est induratio Pharaonis, cuius & causa dicitur ad ostendendam in illo virtutem dei: sicut est fuga Israelitarum a facie hostium de ciuitate Hat: in animo enim factus est timor, vt

Voluntates nræ ira sūt ī dei ptāte, ut qñ voluerit, eas inclinet, vel ad beneficia prestāda, seu ad pœnas igerēdas idē ī de pde. sā. Ro.9. c.8.i T.74&i 24 Tom. horū opu.

gerent, & hoc factum est vt vindicaretur peccatum eo modo, quo fuerat vindicandū: vnde dicit dominus ad Iesum Naue: Non poterunt filij Israel subsistere a facie inimicorum suorum. Quid est, non poterunt subsistere? Quare non subsistebant per liberum arbitrium, sed per timorem turbata voluntate fugiebant, nisi quia Deus dominatur & voluntatibus hominum, & quos vult, in formidinem conuertit iratus? Nonquid non hostes Israelitarū aduersus populum dei quē ducebat Iesus Naue, sua voluntate pugnarunt? Et tamen dicit scriptura, quia per dominum factum est confortari cor eorum, vt obuiam irent ad Israel ad bellum, Vt exterminarentur. Nunquid non sua voluntate homo improbus filius Gemini male dicebat regi Dauid? Et tamen quid ait Dauid, plenus ve-

Iosue.7.

2.Reg.19. ra & alta & pia sapientia? Quid ait illi qui maledicentē pcutere voluit? Quid mihi, inqt, & vobis filij Sarutæ, dimittite eum vt maledicat, quia dominus dixit illi maledicere Dauid. Et quis dicet ei, quare fecisti sic? Deinde scriptura diuina plenam sententiam regis velut ab alio initio repetendo commendans: Et dixit, inquit, Dauid ad Abisai & ad omnes pueros eius: Ecce filius meus, q̄ exijt de vtero meo querit animam meam, quanto magis hic filius Gemini? Sinite illum vt maledicat, quoniā dixit illi deus, vt videat dominus humilitatem meam, et retribuet mihi bona pro maledicto eius in die isto. Quo modo dixerit dominus huic homini maledicere Dauid, quis sapiens & intelliget? Non enim iubendo dixit vbi obedientia laudaretur, sed q̄ eius voluntatem proprio vitio suo malam in hoc peccatū iudicio suo iusto, & occulto inclinauit, ideo dictum est, dixit ei dominus. Nam si iubenti obtemperasset deo, laudandus potius quā puniendus esset, sicut ex hoc peccato postea nouimus esse punitum. Nec causa tacita est, cur ei dominus isto modo dixerat maledicere Dauid, hoc est, cor eius malum misericordiam vel dimiserit: vt videat, inquit, dominus humilitatē meam, & retribuat mihi bona pro maledicto eius in die isto. Ecce quomodo probatur deum vti cordibus etiam malorum ad laudem atque adiumentum bonorum. Sic vsus est Iuda tradente Christum: sic vsus est Iudeis crucifigentibus Christum. Et quāta inde bona præstitit populis crediturīs? Qui & ipso diabolo vtitur pessimo, sed optime ad exercendam & probandam fidem & pietatē bonorum, non sibi, qui omnia scit antequam fiant, sed nobis quibus erat necessarium, vt eo modo ageretur negotium. Nanquid non sola voluntate Absolon elegit cōsilium quod sibi oberat? Et tamen ideo fecit, quia exaudierat dominus eius patrem orantē, vt hoc fieret. Propter quod scriptura ait: Et dominus mandauit dissipare consi-

Quando hō nos maledicit: id agit iussu di, attn̄ nō laudat maledicens, ḡa ex proprio pcō id agit permittēte deo.

Deus vtit cordi bus malorū, ad laudē, atq; adiumētū bonorum, idē & fusius in pf. psal. 29. i T. 8. & hī. i. 1. Toho. op. & 1. seut. dist. vlti. p totū.

1.Reg.37.

re cõsilium Achitophel bonum, vt inducat dominus super Absolon omnia mala. Bonum cõsilium dixit, quod ad tempus proderat causæ, quia pro ipso erat contra patrem eius, cõtra quem rebellauerat vt posset eum opprimere, nisi dominus consilium dissipasset quod dederat Achitophel, agendo in corde Absolon, vt tale consilium repudiaret, & aliud quod ei nõ expediebat, eligeret.

CAP. XXI.

QVIS Nõ ista iudicia diuina contremiscat, quibus agit deus in cordibus etiam malorum hominum quicquid vult, reddens eis tamen secundum merita eorum? Roboam filius Salomonis respuit consilium salubre seniorum quod ei dederant, ne cum populo dure ageret, & verbis cœuorum suorum potius acquieuit, respondendo minaciter, quibus leniter debuit. Vnde hoc, nisi propria voluntate? Sed hinc ab eo recesserunt decem tribus Israel, & alium regem sibi cõstituerunt Hieroboã,

3. Reg. 12.

vt irati dei voluntas fieret, quod etiã futurum esse prædixerat. Quid enim scriptura dicit? Et non audiuit rex plebem, quoniam erat conuersio a domino, vt statueret verbum suum, quod locutus est in manu Abiæ Siloniti de Hieroboam filio Nabath. Nempe sic factum est & illud per hominis voluntatem, vt tamen conuersio esset a domino. Legit e libros Paralipomenon, & inuenietis in secundo libro scriptum: Et suscitauit dominus spiritum

Paral. 21.

super Ioram, spiritum Philistijm & Arabum qui finitimi erant Aethiopibus, & ascenderunt in terram Iuda, & dissipauerunt eam, & cœperunt omnem substãtiam, quæ in domo regis inuenta est. Hic ostenditur deum suscitare hostes eis terris vastandis, quas tali pœna iudicat dignas. Nunquid tamen Philistijm & Arabes in terram Iudæam dissipandam, sine sua voluntate venerunt, aut sic venerunt sua voluntate, vt mendaciter scriptum sit, quod dominus ad hoc faciendũ eorum spiritum suscitauit? Imo vtrunque verum est, quia & sua voluntate venerunt, & tamen spiritum eorum dominus suscitauit.

Deus hostes suscitat eis terris vastãdis quas tali pœna iudicat dignas.

Quod etiam sic dici potest, & eorum spiritum dominus suscitauit, & tamen sua voluntate venerunt. Agit enim omnipotens in cordibus hominum etiam motum voluntatis eorum, vt per eos agat quod per eos agere ipse voluerit, qui omnino iniuste aliquid velle non nouit. Quid est quod hõ dei dixit ad Amasiam regem: Non veniat tecum exercitus Israel, non est enim dominus cum Israel & omnibus filijs Ephrem: quoniam si putaueris obtinere te in illis, in fugam cõuertet te deus ante inimicos, quoniam virtus est deo vel adiuuare vel in fugam vertere? Quomõ virtus dei alios iuuat in bello dãdo eis fiduciam, altos immisso timore vertit in fugam, nisi quia ille qui in cœlo & in terra omnia quæcunque voluit fecit

Deus ĩ cordibus hoĩum agit motus volũtatis eorũ, vt per eos agat quod vult, idẽ ca. p̃cẽti & ĩ de p̃de. an. c. 8. in To. 7 & ĩ. 3. T. ho. op. 2. Para. lip. 25.

cit, etiam in cordibus hominum operatur? Legimus quid dixerit Ioas rex Israel, mittẽs nunciũ ad Amasiam regem, volentem pugnare cum illo. Nam post aliqua dixit: Nunc sede in domo tua. Quid prouocas in malum, & cadis tu & Iuda tecum? Deinde scriptura subiunxit: Et non audiuit amasias, quoniam a deo erat vt traderetur in manus eius, quoniam quęsierunt deos Edõ. Ecce deus idololatriæ peccatum volens vindicare, hoc operatus est in eius corde, cui vtique iuste irascebatur, vt admonitionem salubrem non audiret, sed ea contempta iret in bellum, vbi cum suo exercitu caderet. Per Ezechielem Propheram dicit deus: Et propheta si erraverit & locutus fuerit, ego dominus seduxi Prophetam illum, & extendam manum meam super eum et exterminabo eum de medio populi mei Israel. In libro Hester scriptum est, quæ mulier ex populo Israel in terra captiuitatis facta fuerat vxor alienigenę regis Assueri: Ergo in eius libro scriptum est, q̃ cum haberet necessitatem interueniendi pro populo suo, quem rex vbicunque in regno eius esset, iusserat trucidari, orauit ad dominum: cogebat enim eam magna necessitas, vt præter iussum regis, & præter ordinem suum ad illum auderet intrare. Et vide te quid scriptura dicat: Et intuitus est eam tã quam taurus impetu indignationis suæ, & timuit regina, & conuersus est color eius per dissolutionem, & inclinauit se super caput delicatæ suę quę præcedebat eam: & conuertit deus, & transtulit indignationem eius in lenitatẽ. Scriptũ est in Prouerbijs Salomonis: Sicut impetus aquę, sic cor regis in manu dei, quocunque voluerit declinabit illud. Et in Psalmo centesimoquarto legitur dictum de Ægyptijs, quid eis fecerit deus: Et conuertit cor eorum vt odissent populũ eius, vt dolũ facerent in seruos eius. In literis etiã Apostolicis videte quæ scripta sunt, in Epistola Pauli Apostoli Ad Romanos: Propterea tradidit illos deus in desyderia cordis eorum in immũdiciã. Item paulo post. Propterea tradidit illos deus in passiones ignominię. Itẽ paulo post: Sicut nõ probauerũt deũ habere in notitiã, tradidit illos deus in reprobã mentẽ, vt faciant quę nõ conueniũt. Et ad Thessalonicenses in epistola secunda ait de quibusdam: Pro eo q̃ dilectionẽ veritatis non receperunt vt salui fierent, ideo mittet illis deus operationem erroris vt credãt mendacio, vt iudicentur omnes q̃ non crediderunt veritati, sed cõsenserunt falsitati.

4. Reg. 14.

Ex peccatis inimicis subijcimur, q̃ clarius hẽ. Leui. 26 vbi ĩqt dñs si ĩ pœnis meis ãbulaueritis, et mãdata mea custodieritis

Ezec. 34.

mini inimicos uros & corruẽt corã vobis, psequẽt q̃ odẽrũt vos, & vris cẽtũ alicos, & cẽtũ ex vobis decẽ millia, rursus si non audieritis me, sz sp̃ ueritis oĩa mãdata mea, ponã faciẽ me az cõtra vos, et corruetis corã hostibus vris, et subiciemini his q̃ oderũt vos. & fugietis nemine psequẽte, & deu. 32. vti nã sapent itelligerẽt quõ fiat, q̃d seq̃tur vnus mille, & duo

Proue. 21

fugabũt decẽ milia

nõne iõ, q̃a petra eos vẽdidit eos, et dñs tradit illos, q̃d nã potuisset de cã fortitudinis vrę ĩgnavię ĩ rebus bellicis dicere manifestius, vt nõderet ex deo victoriã, & q̃d vt ĩpetus aq̃, sic cor nostrũ ĩ manu dei vicentis.

Roma. 1.

2. Thessa. 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

His & talibus testimonijs diuinorum eloquiorum, quæ

quę omnia commemorare nimis longum est, satis quan
tum existimo manifestatur, operari deum in cordibus
hominum ad inclinandas eorum voluntates quocunq;
voluerit, siue ad bona pro sua misericordia, siue ad ma-
Roma.9. la pro meritis eorum, iudicio vtique suo aliquãdo aper
to, aliquando occulto, semper autem iusto. Fixum enim
debet esse & immobile in corde vestro, quia non est inI
quitas apud deum. Ac per hoc quando legitis in iteris
veritatis a deo seduci homines, aut obtundi vel obdura
ri corda eorum, nolite dubitare præcessisse mala meri-
ta eorum, vt iuste ista paterentur: ne incurratis in illud
prouerbium Salomonis: Insipictia viri violat via eius,
deum autem causatur in corde suo. Gratia vero non se
cundum merita hominum datur, alioquin gratia iam nõ
Si scdm merita daret gra iã nõ est gratia: quia ideo gratia vocatur, quia gratis datur.
esset gra, idẽ i ex Si autem potens est, siue per angelos vel bonos vel ma
po. Psal. 31. i T. los, siue quocunq; alio modo operari etiam in cordibus
8. & i. 1. To. ho malorum, pro meritis eorum, quorum malitiam non ip
rum opuscu. se fecit, sed aut originaliter tracta est ab ipso adam, aut
creuit per propriam voluntatem: quid mirum est si per
spiritum sanctum operatur in cordibus electorũ suorũ
bona, q operatus est vt ipsa corda essẽt ex malis bona?

CAP. XXII. SED Suspicẽtur homines quęlibet merita bona, quę
putant præcedere, vt iustificentur per dei gratiam, non
intelligentes cum hoc dicunt, nihil aliud dicere quam se
negare gratiam: sed vt dixi, quod volunt de maioribus
suspicentur, de paruulis certe Pelagiani quid respõde-
ant non inueniunt, quorum nec voluntas vlla est in ac
cipienda gratia, cuius voluntatis meritum præcessisse di
Inde põde. et gra 7. in To. 7. & i cant, & insuper eos etiam cum fletu reluctari videmus,
3. To. ho. opus. quando baptizãtur & diuina sacramenta percipiunt.
Quod eis ad magnum impietatis peccatũ imputaretur,
si iam libero vterentur arbitrio: & tamen hæret etiam
in reluctantibus gratia aperti ssime, nullo bono merito
Quid idicãt non habẽt Pelagiãi d quando filij infidelium præstatur hæc gratia, cum occul
meritis, vbi fi- ta dei prouidentia in manus piorum quomodocunque
lius ifideliũ ba- perueniunt: aliquando fidelium filij non eam consequã
ptizat, & filius tur, aliquo impedimento existente, ne possit periclitan-
fideliũ nõ bapti tibus subueniri: Fiunt vero ista per occultam deipro-
zat, idẽ i d cor. uidentiam, cuius inscrutabilia sunt iudicia, & inue-
& gra. ca. 8. i T. stigabiles viæ: quod vt Apostolus diceret, quid præ
7. & i. 3. To. ho. dixerit intuemini. Agebat enim de Iudæis & gen-
op, & i epist, 105 tibus cum scriberet ad Romanos, id est, ad gen-
in T. 2. & i isto tes, & ait: Sicut enim aliquando vos non credidistis
To. opus. deo, nunc autem misericordiam consecuti estis in illorũ
Rom. 11. incredulitate: ita & hi nunc non crediderunt in vestra
misericordia, vt & ipsi misericordiam consequantur: cõ
cluſi

cluſit enim deus omnes i infidelitate, vt omniũ misereatur. Et cum attendisset quid dixerit, admirans sententię
suæ certam quidem veritatem, sed magnam profunditatem, quomodo cõcluserit deus omnes in infidelitate vt
omnium misereatur, quasi faciens mala vt venirent bona, mox exclamauit atque ait: O altitudo diuitiarum sa Roma.11.
pientiæ & scientiæ dei quam incrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Hæc enim inscrutabilia
iudicia, & inuestigabiles vias peruersi homines non cogitantes, & procliues ad reprehendendum, non idonei
ad intelligendum, putabant & iactabant Apostolos di- Roma.5.
cere, faciamus mala vt veniãt bona. Quod absit vt Apostoli dicerent, sed homines nõ intelligentes hoc puta-
bant dici, quãdo audiebant quod dixit Apostolus: Lex
autem subintrauit vt abundaret delictum: vbi autẽ abũ Gra agit vt fa
dauit delictum, superabundauit gratia. Sed vtique gra ciãt bona q pri
tia id agit, vt iam fiant bona ab eis qui fecerũt mala, us fecerũt mala
non vt perseuerent in malis, & reddi sibi existiment & nõ vt perse-
bona. Non itaque debent dicere, faciamus mala vt ve uerẽt mala.
niãt bona: sed, fecimus mala & venerunt bona: iam fa
ciamus bona, vt in futuro seculo recipiamus pro bona
quę in hoc seculo recipimus, p malis bona. Propter qđ Psal.100.
scriptũ est in Psalmo: Misericordiã & iudiciũ cãtabo ti Ioan.3.
bi dñe. Prius itaq; nõ ideo venit filius hominis in mun
dum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ip
sum: hoc propter misericordiam. postea vero propter iu
dicium venturus est iudicare viuos & mortuos: quan-
uis & in hoc tempore ipsa saluatio non fiat sine iudicio, Ioan.9.
sed occulto. ideo ait: In iudicium veni in hunc mundũ:
vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant.

AD occulta ergo dei iudicia reuocate, quando vide- CAP. XXIII
ritis in vna causa quam certe habent omnes paruuli, hę
reditarium malum trahentes ex Adam, huic subueniri,
Vt baptizetur: illi non subueniri, vt in ipsa obligatione
moriatur: illum baptizatum in hac vita relinqui, quem
præsciuit deus impium futurum: istum vero baptizatum Sap.4.
rapi ex hac vita, ne malitia mutet intellectũ eius, & no
lite in istis dare in iustitiam vel insipientiam deo, apud Mat.10.
quem iustitiæ fons est & sapientiæ. Sed sicut vos exhor Mar.4.
tatus sum ab initio sermõis huius, in quo peruenistis, Luc.8.
in eo ambulate, & hoc quoq; vobis deus reuelabit, & Ezech.14.
si nõ in hac vita, certe in altera: nihil est enim occultũ
quod non reuelabitur. Quando ergo auditis dicentem
dominum: Ego dominus seduxi Propheram illum: & Roma.9.
quod ait Apostolus: Cuius vult miseretur, & quẽ vult De obduratiõe
obdurat: in eo quem seduci permittit vel obdurari, ma- q̃ illos ẽdurat q̃s
la eius merita credite: in eo vero cuius miseretur, gra- nõ molit habe
dei non reddentis mala pro malis, sed bona pro ma Au. in ter. 88. de
lis

Universidad de Navarra Biblioteca

tempore, i T.10.et i d pd.& gra.c. 4.i T.7.& i T. 3.ho.op. & Magister ſe.i.2.dist. 5.per totum. De obduratiõe Pharaõis .et cãs i de pde.& gra.c.15.i To.7 et i.3.T. ho.op.

lis, fideliter & indubitanter agnoſcite. Nec ideo auferatis a Pharaone liberum arbitrium, quia multis locis dicit deus: Ego indurauí Pharaonem, vel indurauí, vel indurabo cor Pharaonis. Non enim propterea ipſe Pharao non indurauit cor ſuum. Nã & hoc de illo legitur, quando ablata eſt ab Ægyptis cynomya, dicente ſcriptura: Et ingrauauit Pharao cor ſuum & in iſto tempore, & noluit dimittere populũ. Ac per hoc & deus induravit per iuſtum iudicium, & ipſe pharao per liberum arbitrium. Certi ergo eſtote, quia non erit inanis labor veſter, ſi in bono proposito proficientes perſeueretis vſq; in finem. Deus enim qui modo illis quos liberat nõ reddit ſecundum opera eorum, tunc reddet vnicuique ſecũdum opera eius. Reddet omnino deus & mala pro malis, quoniam iuſtus eſt: & bona pro malis, quoniã bonus eſt: & bona pro bonis, quoniam bonus & iuſtus eſt. Tãtummodo mala pro bonis non reddet, quoniã iniuſtus non eſt. Reddet ergo mala pro malis, pœnam pro iniuſtitia: & reddet bona pro malis, gratiam pro iniuſtitia: & reddet bona pro bonis, gratiam pro gratia.

Deus reddet mala ꝓ malis quia iuſtus ẽ, bona ꝓ malis qa bonus ẽ, bona ꝓ bonis qa iuſtus & bonus eſt.

CAP. XXIIII.

REPETITE aſsidue librum iuſtum, & ſi intelligitis, deo gratias agite: vbi autem non intelligitis, orate vt intelligatis, dabit, enim vobis dominus intellectũ. Mementote ſcriptum eſſe: Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet a deo qui dat omnibus affluẽter, & nõ improperat, & dabitur ei. Ipſa eſt ſapientia deſurſum deſcendens, ſicut ipſe Apoſtolus Iacobus dicit. Illam vero ſapientiam repellite a vobis, & orate vt non ſit in vobis quam deteſtatus eſt, vbi ait: Quod ſi zelum amarum habetis, & contentiones in vobis ſint, non eſt iſta ſapientia deſurſum deſcendens, ſed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio eſt, ibi inconſtantia & omne opus prauum. Quæ autem deſurſum eſt ſapientia, primum quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, plena miſericordia & fructibus bonis, inæſtimabilis, ſine ſimulatione. Quid boni ergo non habebit qui hanc ſapiẽtiã poſtularit et impetrarit a domino? Et hinc intelligite gratiam, quia ſi ex vobis eſſet iſta ſapiẽtia, deſurſum nõ eſſet, nec ab ipſo qui nos creauit deo poſtulanda eſſet. Fratres, orate & pro nobis, vt temperanter & pie & iuſte viuamus in hoc ſeculo, exſtantes illam beatã ſpem, & manifeſtationem domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, cui eſt honor & gloria & regnum cum patre & ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum. Amen.

Iaco.1.

Iaco.3.

Diſcrimẽ diuinę humanęque ſapientię.

Titum.2.

AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, DE PECCATORUM meritis & remiſsione, & de baptiſmo paruulorum ad Marcellinum, Liber primus.

Quæſtionibus ſibi a Marcellino ꝓpoſitis ſe velle rũdere dicit.

CAP. I.



VAMVIS in mediis & magnis curarum ęſtibus atque tædiorum, quę nos detinent a peccatoribus derelinquentibus legem dei, licet ea quoque ipſa noſtrorũ etiam peccatorum meritis imputemus: ſtudio tamen tuo marcelline chariſsime, quo nobis es gratior atq; iocundior, diutius eſſe debitor noluí, atque, vt verum dicam, non potui. Sic enim me cõpulit vel ipſa charitas, qua in vno incõmutabili unũſumus in melius commutandi, uel timor, ne in te offenderem deum, qui tibi deſiderium tale donauit, cuiſeruiẽdo illi ſeruiã, q donauit. Sic, inquã, me cõpulit, ſic duxit & traxit ad diſſoluẽdas ꝓ tãtallis viribus quæſtiones, quas mihi ſcribẽdo ĩdixiſti, vt ea cã ĩ aĩo meo pauliſp vinceret alias, donec aliqd efficerẽ quo me bonæ tuæ voluntati & eorum quibus hæc curę ſunt, & ſi non ſufficienter, tamen obedienter deſeruiſſe conſtaret.

An Adę ſi non peccaſſet, fuſſet moriendum.

CAP. II.

Gen.2.
Matth.8.
Lucæ.3.
Gen.3.

QVI dicũt Adã ſic creatũ, vt ẽt ſine peccati merito moreret, nõ pœna culpę ſed neceſsitate naturę, ꝓfecto illud qđ in lege dictũ eſt: Qua die ederitis, morte moriemini: nõ ad mortẽ corporis, ſed mortẽ aĩę quæ peccato fit, referre conant. Qua morte mortuos ſignificauit dñs ſuos fideles đ qbus ait: Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Quid ergo reſpõdebũt, cũ legit hoc deũ primo hoĩ etiã poſt peccatũ increpãdo & dãnando dixiſſe: Terra es, et in terrã ibis? Neq; n. ſcđm animã, ſed qđ manifeſtũ eſt ſcđm corpus terra erat, et morte eiuſdẽ corporis erat iturus in terrã. Quãuis. n. ſecũdũ corpus terra eſſet, & corpus in quo creatus eſt animale geſtaret, tñ ſi nõ peccaſſet in corpus fuerat ſpiritale mutãdus, & in illã incorruptionẽ quæ fidelibus ac ſanctis ꝓmittitur, ſine mortis periculo trãſiturus. Cuius rei deſideriũ nos hr̃e nõ ſolũ ip ſi ſentimus in nobis, verumetiã admonẽte Apoſtolo cognoſcimus, vbi ait: Etenim hoc ĩgemiſcimus habitaculũ noſtrũ, qđ de cœlo eſt, ſupindui cupientes, ſi tñ induti nõ nudi inueniamur. Etenim q ſumus in hac habitatiõe ĩgemiſcimus grauati, in quo nolumus explorari ſ ſupueſtiri, vt abſorbeaſ mortale a vita. Proinde ſi nõ peccaſſet Adã, nõ erat expoliãdus ope, ſ ſupueſtiẽdus immortalitate

Corpus adę aĩa le ĩ ſpirituale fuiſſet abſq; morte mutatum ſi adã nõ peccaſſet. idẽ in lib. 1 Cor. 5. 1. Hippogno. ſticon in. 1. Tomo. opuſcullo.

Aug. in de verb. Apo. ser. 8. i To. 10. ob id ab ecclesia determinatum est in cõcil. mileuit. can. 1. & in cõcil. Aphri. can. 76 i. 1. To. concil. quisquis dicit Adã primũ hominẽ Mortalẽ factum ita vt siue peccaret, siue non peccaret moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret, nõ peccati merito, sed necessitate naturæ, anathema sit.

immortalitate, & incorruptione, vt absorberetur mortale a vita: id est, ab animali in spirituale transiret.

Aliud ẽ eẽ mortẽ, aliud morti obnoxium. CAP. III. Deu. 19.

NEQVE enim metuẽdum fuit, ne dum forte diutius hic viueret in corpore animali senectute grauaretur, & paulatim veterascendo perueniret ad mortem. Si enim deus Israelitarum vestimentis & calciamentis præstitit quod per tot annos non sunt obtrita, quid mirum si obedienti homini eiusdem potentia præstaretur, vt animale ac mortale habens corpus, haberet in eo quendam statum quo sine defectu esset annosum, tempore quo deus vellet a mortalitate ad immortalitatem, sine media morte venturus. Sicut enim hæc ipsa caro quam nunc habemus, nõ ideo nõ est vulnerabilis quia non est necesse ut vulneretur: sic illa non ideo non fuit mortalis, quia non erat necesse vt moreretur. Talem puto habitudinẽ adhuc in corpore animali, atq; mortali, etiam illis qui sine morte hinc translati sunt fuisse concessam. Neque enim Enoch & Helias per tam longam ætatem senectute marcuerunt, nec tamen credo eos iam in illam spiritalẽ qualitatem corporis commutatos, qualis in resurrectione promittitur, quæ in domino prima præcessit; nisi quia isti fortasse nec his cibis egent qui sui consumptione reficiunt, sed ex quo translati sunt, ita viuunt vt similem habeant satietatem illis quadraginta diebus, quibus Helias ex calice aquæ & ex collyride panis sine cibo vixit: aut si & his sustentaculis opus est, ita fortasse in paradiso pascuntur, sicut Adam priusquam propter peccatum exinde exire meruisset. Habeat enim quantum existimo & de lignorum fructibus refectionem contra defectionem, & de ligno vitæ stabilitatẽ contra vetustatẽ. Preter hoc autem quod puniens deus dixit: Terra es, & in terram ibis: quod nisi de morte corporis, quomodo intelligi possit, ignoro;

Gen. 5. 4. Reg. 2.

Mors corporis etiã ex peccato. CAP. IIII. Roma. 8.

SVNT & alia testimonia quibus euidentissime appareat, non tantum spiritus, sed etiam corporis mortem propter peccatum meruisse genus humanum. Ad Romanos Apostolus dicit: Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autẽ vita est propter iustitiam. Si ergo spiritus eius qui suscitauit Iesum a mortuis habitat in vobis, qui suscitauit Christum Iesum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, per inhabitantem spiritum eius in vobis

vobis. Puto quod non expositorem, sed tantum lectorem opus habet tam clara & aperta sententia. Corpus, inquit, mortuum est, non propter fragilitatem terrenam, quia de terræ puluere factum est, sed propter peccatum: quid amplius quærimus? Et vigilantissime non ait, mortale: sed, mortuum.

Mortale & mortuũ ac morituru. CAP. V.

NAMQVE antequam mutaretur in illam in corruptionem quæ in sanctorum resurrectione promittitur, poterat esse mortale, quamuis non moriturum, sicut hoc nostrum potest, vt ita dicam, esse ægrotabile, quamuis nõ ægrotaturum. Cuius enim caro est quæ non ægrotare possit, etiam si aliquo casu priusquam ægrotet occũbat? Sic & illud corpus iam erat mortale, quam mortalitatẽ fuerat absumpturа mutatio in æternam incorruptionem, si in homine iustitia, id est obedientia, permaneret, sed ipsum mortale non est factum mortuum nisi propter peccatum. Quia vero illa in resurrectione futura mutatio, nõ solum nullam mortem, quæ facta est propter peccatum, sed nec mortalitatem habitura est, quam corpus animale habuit ante peccatum, non ait: Qui suscitauit Christum Iesum a mortuis, viuificabit & mortua corpora vestra: cum supra dixisset, corpus mortuum: sed viuificabit, inquit, & mortalia corpora vestra: vt scilicet iam nõ solum non sint mortua, sed nec mortalia, cum animale resurget in spirituale, & mortale hoc induet immortalitatẽ, & absorbebitur mortale a vita.

Roma. 8.

1. Cor. 15.

Quomõ corpus mortuũ ob peccatum. CAP. VI.

MIRVM si aliquid quæritur hac manifestatione liquidius, nisi forte audiendum est, quod huic perspicuitati contradicitur, vt mortuum corpus secundum illum modum hic intelligamus quo dictum est: Mortificate mẽbra vestra quæ sunt super terram. Sed hoc modo corpus propter iustitiam mortificatur, non propter peccatum. Vt enim operemur iustitiam mortificamus membra nostra quę sunt super terram. Aut si putant ideo additum propter peccatum, vt non intelligamus quia peccatum factum est, sed vt peccatum non fiat, tanquam diceret, corpus quidem mortuum est, propter non faciẽdum peccatum. Quid sibi ergo vult quod cum adiunxisset: Spiritus autem vita est: addidit, propter iustitiam? Sufficeret enim si adiungeret, vita spiritus, vt etiam hic subaudiretur propter non faciendum peccatum: vt sic vtrunque propter vnam rem intelligeremus, & mortuum esse corpus, & vitam esse spiritum propter non faciendum peccatum. Ita quippe etiam si tantummodo vellet dicere, propter iustitiam, hoc est, propter faciendam iustitiam, ad vtrumque posset hoc referri, & mortuum esse corpus, & vitam esse spiritum propter faciendam iustitiam. Nũc vero & mortuum dixit esse corpus propter peccatum,

Coloss. 3.

Roma. 8.

& spiritum vitam esse propter iustitiam, diuersa merita diuersis tribuens rebus, morti quidem corporis, meritum peccati, vitæ autem spiritus, meritum iustitiæ. Quo circa si, vt dubitari non poterit, spiritus vita est propter iustitiam, hoc est, merito iustitiæ: profecto corpus mortuum propter peccatum, quid aliud quam merito peccati intelligere debemus aut possumus, si apertissimum ferì pturæ sensum non pro arbitio peruertere ac detorquere conamur? Huc etiam verborum consequentium lumen accedit. Cum enim præsentis temporis gratiam determinans diceret, mortuum quidem esse corpus propter peccatum, quia in eo nõdum per resurrectionem renouato, peccati meritum manet, hoc est necessitas mortis: spiritum autem vitam esse propter iustitiam, quia licet adhuc corpore mortis huius oneremur, iam secundum interiorem hominem cœpta renouatione in fidei iustitiam respiramus: Tamen ne humana ignorantia de resurrectione corporis nihil speraret, etiam ipsum quod propter meritum peccati in præsenti seculo dixerat mortuum, in futuro propter meritum iustitiæ dicit viuificandum, nec sic vt tantum ex mortuo viuum fiat, verum etiam ex mortali immortale.

1.Cor.15.

Initiũ vitę p̃ fidẽ. CAP. VII.

Roma.8.

QVANQVAM itaq; verear ne res manifesta exponendo potius obscuretur, apostolicæ tamen sententiæ lumen attende. Si autẽ Christus, inquit, in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autẽ vita est propter iustitiam. Hoc dictum est, ne ideo putarent homines vel nullum, vel paruum se habere beneficiũ de gratia Christi, quia necessario morituri sunt corpore, Attendere quippe debent corpus quidem adhuc peccati meritum gerere, quod conditioni mortis obstrictum est, sed iam spiritu cœpisse viuere propter iustitiam fidei, qui & ipse in homine fuerat quadam morte infidelitatis extinctus. Non igitur, inquit, vobis parum muneris putetis esse collatũ, per id quod Christus in vobis est q̃ in corpore propter peccatũ mortuo, iam propter iustiam vester spiritus viuit, nec ideo de vita quoq; ipsius corporis desperetis: Si enim spiritus eius qui suscitauit Christum a mortuis habitat in vobis, qui suscitauit Christum Iesum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra per inhabitantem spiritum eius in vobis. Quid adhuc tantæ luci fumus contentionis offunditur? Clamat Apostolus: Corpus quidem mortuum est in vobis propter peccatum, sed viuificabuntur etiam mortalia corpora vestra propter iustitiam, propter quam nunc spiritus iam vita est, quod totum perficietur per gratiam Christi, hoc est, per inhabitantem spiritum eius in vobis, & adhuc reclamatur? Dicit etiam quemadmodum fiat,

Idẽ & fusius in præf. Pi. 31. in. 1. To. horũ. opus.

Roma.8.

fiat, vt vitam in se mortem mortificando conuertat. Ergo fratres, inquit, debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus: Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini; Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quid est aliud, quam hoc: si secundum mortem vixeritis, totum morietur: si autem secundum viuendo mortem mortificaueritis, totum viuet.

Mori corpori. CAP. VIII.

ITEM quod ait: Per hominem mors & per hominem resurrectio mortuorum: quid aliud quam de morte corporis intelligi potest, quando vt hoc diceret de resurrectione corporis loquebatur, eamq; instantissima & acerrima intentione suadebat? Quid est ergo quod hic ait ad Corinth. Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur: nisi quod ait etiam ad Romanos: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors? Hanc illi mortem non corporis, sed animæ intelligi volunt, quasi aliud dictum sit ad Corinthios; Per hominem mors, vbi omnino animæ mortem accspere non sinuntur, quia de resurrectione corporis agebatur, quæ morti corporis est contraria. Ideo etiam sola mors ibi per hominem facta commemorata est, non etiam peccatum, quia non agebatur de iustitia quæ contrariatur peccato, sed de corporis resurrectione, quæ contraria est corporis morti.

1.Cor.15.

Rom.5.

Peccatũ ꝓpagatiõe nõ imitatione tãtũ trãsisse in omnes, CAP. IX.

HOC autem Apostolicum testimonium in quo ait: Per vnum hominem intrauit peccatum in mundum, & per peccatum mors: conari eos quidem in aliam nouam detorquere opinionem, tuis literis intimasti, sed quid nam illud sit, quod in his verbis opinentur tacuisti. Quantum autem ex alijs comperi, hoc ibi sentiunt, quod & mors ista quæ illic commemorata est, non sit corporis, quam nolunt Adam peccando meruisse, sed animæ quæ in ipso peccato sit: & ipsum peccatum non propagatione in alios homines ex primo homine, sed imitatione transisse. Hinc enim etiam in paruulis nolunt credere per baptismum solui originale peccatum, quod in nascentibus nullum esse omnino contendunt. Sed si Apostolus peccatum illud commemorare, voluisset, quod in hunc mundum non propagatione sed imitatione intrauerit, eius principem non Adam, sed diabolum diceret, de quo scriptum est: Ab initio diabolus pecat. De quo etiam legitur in libro Sapientiæ: Inuidia autem diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Nam quoniam ista mors sic a diabolo venit in homines, non quod ab illo fuerint propagati, sed q̃ eum fuerint imitati, continuo subiunxit: Imitantur eum qui sunt ex parte eius. Proinde Apostolus cum

1.Ioan.3.

Sapien.2.

illud peccatum ac mortem commemoraret, quę ab vno in omnes propagatione transisset, eum principē posuit, a quo propagatio generis humani sumpsit exordium.

Peccatores imitantur adam.

Imitantur quidem Adam quotquot per inobedientiam transgrediuntur mandatum dei. Sed aliud est quod exemplum est voluntate peccantibus, aliud quod origo est cū peccato nascentibus. Nam & Christum imitantur sancti eius ad sequendam iustitiam. Vnde & idem Apostolus dixit: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Sed

1. Cor. 3.

1. Cor. 4.

præter hanc imitationem gratiæ eius, illuminationem iustificationemque nostram etiam intrinsecus operatur illo opere de quo idem prædicator eius dicit: Neque qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Hæc enim gratia baptizatos quoque parvulos suo inserit corpori, qui certe imitari aliquem nondum valent. Sicut ergo ille in quo omnes viuificabuntur, præterquam quod se ad iustitiam exemplum imitantibus præbuit, dat etiam sui spiritus occultissimam fidelibus gratiam, quam latenter infundit & paruulis: Sic & ille in quo omnes moriuntur, præterquam quod eis qui præceptum domini voluntate transgrediuntur, imitationis exemplum est, occulta etiam tabe carnalis concupiscentiæ suæ tabificauit in se omnes de sua stirpe venientes. Hinc omnino nec aliunde Apostolus dixit: Per

Roma. 5.

vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiuit, in quo omnes peccauerunt. Hoc si ego dicerem, resisterent isti, meque non recte dicere, non recte sentire clamarent. Nullam quippe in his verbis intelligerent sententiam cuiuslibet hominis qui diceret hæc, nisi istam quā in Apostolo intelligere nolūt. Sed quia eius verba sunt, cuius authoritati doctrinæq; succumbunt, nobis obijciunt intelligendi tarditatem, cum ea quæ tam perspicue dicta sunt, in nescio quid aliud detorquere conantur. Per vnum, inquit, hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. hoc propagationis est, non imitationis. nam per diabolum diceret, quod autem nemo ambigit, istum primum hominem dicit, qui est appellatus Adam: & ita, inquit, in omnes homines transiit.

In solo Christo iustificamur. CAP. X.

DEINDE quod sequitur: In quo omnes peccauerūt: quam circumspecte, quam proprie, quā sine ambiguitate dictum est. Si enim peccatum intellexeris quod per vnū hominem intrauit in mundum, in quo omnes peccauerunt: certum manifestumq; est, alia esse propria cuiq; peccata, in quibus hi tātum peccant, quorum peccata sunt: aliud hoc vnum, in quo omnes peccauerunt, quando omnes ille vnus homo fuerunt. Si autem non peccatum, sed ille

Roma. 5.

ille vnus homo intelligitur, in quo vno homine omnes peccauerunt, quid etiam ista manifestatione manifestius? Nempe legimus iustificari in Christo qui credunt in eum, propter occultam communicationem & inspirationem gratiæ spiritalis, qua quisquis hæret domino vnus spiritus est, quanuis eum & imitentur sancti eius. Legatur mihi tale aliquid de ijs, qui sanctos eius imitati sunt vtrum quisquam dictus sit iustificatus in Paulo aut in Petro, aut in quolibet horum, quorum in populo dei magna excellit authoritas, nisi quod in Abraham dicimur benedici, sicut ei dictum est: Benedicentur in te omnes gentes propter Christum qui semen eius est secundum carnem: quod manifestius dicitur, cum hoc idem ita dicitur, Benedicentur in semine tuo omnes gētes. Dictum autem quenquam diuinis eloquijs peccasse, vel peccare in diabolo, cum eum iniqui & impij omnes imitentur, nescio vtrum quisquam reperiat: quod tamen cum Apostolus de primo homine dixerit, in quo omnes peccauerunt, adhuc de peccati propagine disceptatur, & nescio quæ nebula imitationis opponitur. Attende etiam quæ sequuntur. Cum enim dixisset: In quo omnes peccauerunt: secutus adiunxit: Vsque ad legem enim peccatum in mundo fuit; hoc est, quia nec lex potuit auferre peccatum, quæ subintrauit vt magis abundaret peccatum, siue naturalis lex in qua quisque iam ratione vtens, incipit peccato originali addere & propria, siue ipsa quæ scripta per Moysen populo data est. Si enim data lex esset quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Peccatum autem non deputabatur, cum lex non esset. Quid est, non deputabatur, nisi ignorabatur, & peccatum esse non putabatur? Neque enim ab ipso domino deo tanquam non esset habebatur, cum scriptum sit: Quicunque sine lege peccauerunt, sine lege peribunt.

In sanctis nō iustificamur, sed ī solo Christo, idē sup Euā. Gal. 3 Io. trac. 1. & 3. 1. To. 9. & infra cap. 14. Gen. 22.

Roma. 5.

Galat. 3.

Roma. 2.

SED regnauit, inquit, mors ab Adam vsq; Moysen, id est, a primo homine vsq; ad ipsam etiam legem quæ diuinitus promulgata est, quia nec ipsa potuit regnum mortis auferre. Regnum enim mortis vult intelligi, quando ita dominatur in hominibus reatus peccati, vt eos advitam æternam, quæ vera vita est, venire non sinat: sed ad secundam etiam, quæ pœnaliter æterna est, mortem trahat. Hoc regnum mortis sola in quolibet homine gratia destruit saluatoris, quæ operata est etiam in antiquis sanctis, quicunque antequam in carne Christus veniret, ad eius tamen adiuuantem gratiam, non ad legis literam, quæ iubere tantum, non adiuuare poterat, pertinebant. Hoc namque occultabatur in vetere Testamento

Regnū mortis destruit Christi gra. CAP. XI. Gra Christi ad iuuat patres ve-

teris testamenti
ſtē dē habebāt
ſpiritū fidei, ſi-
cut & nos, & eā
dem ſacramenta
ſpiritualia, & ſi
carnalia a nr̄is
differebant, in
epiſt. 89. in T. 2
& ſup Euange.
Ioā. trac. 26. &
27. & 45. 1 T. 9

pro temporum diſpenſatione iuſtiſſima, quod nunc re-
uelatur in nouo. Ergo in omnibus regnauit mors ab
Adam vſque ad Moyſen, qui Chriſti gratia non adiuti
ſunt, vt in eis regnum mortis deſtrueretur. Ergo & in
eis qui non peccauerunt in ſimilitud ne preuaricationis
Adæ: id eſt, qui nondum ſua & propria voluntate ſicut
ille peccauerunt, ſed ab illo peccatum originale tra-
xerunt, qui eſt forma futuri: quia in illo conſtituta eſt
forma condennationis futuris poſteris qui eius propa-
gine crearentur, vt ex vno omnes in condennationem
naſcerentur, ex qua non liberat niſi gratia ſaluatoris.
Scio quidem pleroſque Latinos codices ſic habere. Re-
gnauit mors ab Adam vſque ad Moyſen in eos qui pec
cauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Ade, quod
etiam ipſum qui ita legunt, ad eundem referunt intel-
ectum: vt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ pec-
caſſe accipiant, qui in illo peccauerunt, vt ei ſimiles crea
rentur, ſicut ex homine homines, ita ex peccatore pec-
catores, ex morituro morituri, damnatoque damnati.
Græci autem codices, vnde in Latinam linguam inter-
pretatio facta eſt, aut omnes aut pene omnes, id quod a
me primo poſitum eſt habent. Sed non, inquit, ſicut deli
ctum, ita & donatio. Si enim ob vnius delictum multi
mortui ſunt, multo magis gratia dei & donum in gra-
tia vnius hominis Ieſu Chriſti in multos abundauit:
non magis multos, id eſt multo plures homines, neque
enim plures iuſtificantur quam condemnantur, ſed mul
to magis abundauit. Adam quippe ex vno delicto ſuo
reos genuit. Chriſtus autem etiam quæ homines delicta
propriæ voluntatis ad originale in quo nati ſunt addide
runt, gratia ſua ſoluit atque donauit, quod euidentius in
conſequentibus dicit.

Vnū peccatū ēt infantibus cōe CAP. XII.

VERVM illud diligentius iuuere, quod ait, ob
vnius delictum multos mortuos. Cur enim ob vnius il-
lius, & non potius ob delicta ſua propria, ſi hoc loco in
telligenda eſt imitatio, non propagatio? Sed attende qđ
ſequitur: Et non ſicut per vnum peccantem, ita eſt &
donum. Nam iudicium quidem ex vno in condemnatio
nem, gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem.
Nunc dicant, vbi locum habeat in his verbis illa imita-
tio. Ex vno, inquit, in condemnationem: quo vno, niſi
delicto? Hoc enim explanat, cum adiungit: Gratia autem
ex multis delictis in iuſtificationē. Cur ergo iudicium ex
vno delicto in cōdemnationē, gratia vero ex multis de
lictis in iuſtificationē? Nonne ſi nullū eſt originale delic-
tū, non ſolū ad iuſtificationē gratia, ſed etiam iudicium
ad condemnationem ex multis delictis homines ducit?
Neq; enim gratia multa delicta donat, & nō etiā iudiciū
multa

multa delicta condemnat. Aut ſi propterea ex vno deli-
cto in condēnationem ducuntur, quia omnia delicta quę
condemnanť, ex illius vnius imitatione cōmiſſa ſunt; ea
dem cauſa eſt, cur ex vno delicto etiam ad iuſtificationē
duci intelliganť, quia omnia delicta quæ iuſtificatis re-
mittūtur, ex illius vnius imitatione commiſſa ſunt. Sed
hoc videlicet nō intelligebat Apoſtolus, cū dicebat, Iu
diciū quidē ex uno delicto in cōdemnationē, gratia ve-
ro ex multis delictis in iuſtificationē? Imo vero nos in-
telligamus Apoſtolum, & videamus ideo dictū iudiciū
ex vno delicto in condemnationem, quia ſufficeret ad
condemnationem etiam ſi non eſſet in hominibus niſi
originale peccatum. Quamuis enim condemnatio gra-
uior ſit eorum, qui originali delicto etiam propria con-
iunxerunt, & tanto ſingulis grauior, quanto gradius
quiſq; peccauit: tamen etiam illud ſolum quod originali
ter tractum eſt, non tantum a regno dei ſeparat, quo par
uulos ſine accepta Chriſti gratia defunctos intrare non
poſſe illi ipſi etiam conſitentur: verum & a ſalute ac vi
ta æterna facit alienos, quæ nulla eſſe alia poteſt præter
regnum dei, quo ſola Chriſti ſocietas introducit.

περὶ μετανοίας

CAP. XIII.

AG per hoc ab Adam in quo omnes peccauimus nō
omnia noſtra peccata, ſed tātum originale traduximus:
a Chriſto vero in quo omnes iuſtificamur, non illius tā
tum originalis, ſed etiam cęterorum quæ ipſi addidimus
peccatorum remiſſionē cōſequimur. Ideo non ſicut per
vnum peccantem, ita eſt & donum. Nam iudiciū quidē
ex vno delicto ſi non remittitur, id eſt, originali, in con
demnationem iā poteſt ducere: gratia vero ex multis de
lictis remiſſis hoc eſt, nō ſolū illo originali, verumetiā
omnib. cæteris ad iuſtificationē pducit. Si enim ob vni
us delictum mors regnauit per vnum, multo magis qui
abundantiam gratię & iuſtitię accipiunt, in vita regna-
bunt per vnum Ieſum Chriſtū. Cur ob vnius delictum
mors regnauit per vnum, niſi quia mortis vinculo tene
bantur in illo vno in quo omnes peccauerunt, etiam ſi
propria peccata non adderent? Alioquin non ſolum ob
vnius delictum mors per vnum regnauit, ſed ob delicta
multa multorum per vnumquemq; pec cantem. Nam ſi
propterea cæteri ob alterius hominis delictum mortui
ſunt, quia illum in delinquendo præcedentem, ſubſequē
tes imitati ſunt; ille quoq; & multo magis ob alterius
delictum mortuus eſt, quem diabolus delinquendo ita
præceſſerat, vt ei delictum etiam ipſe ſuaderet: Adam ve
ro nihil ſuaſit imitatoribus ſuis, & multi qui eius imita-
tores dicuntur, eum fuiſſe & tale aliquid commiſiſſe vel
non audierunt, vel omnino non credūt. Quāto ergo re-
ctius, ſicut iam dixi, diabolum principem conſtituiſſet

Roma. 5.

Apostolus, a quo vno peccatum & mortem per omnes transisse diceret, si hoc loco non propagationem, sed imitationem dicere voluisset. Multo enim rationabilius

Peccatũ originale ẽ peccatũ, propagationis, & non imitationis.

Adam dicitur imitator diaboli quem suasorem habuit peccati, si potest quisque imitari etiam illum qui nihil ei tale suasit, vel omnino quem nescit. Quid est autẽ quod abundantiam gratiæ & iustitiæ accipiunt, nisi quod non ei tantum peccato in quo omnes peccauerunt, sed eis etiam quæ addiderunt, gratia remissionis datur: eisque hominibus tanta iustitia donatur, vt cum Adam consenserit ad peccatum suadenti, non cedant isti etiam cogenti. Et quid est, multo magis in vita regnabunt, cum mortis regnum multo plures in æternam pœnam trahat: nisi intelligamus eos ipsos in vtroque dici qui transeunt ab Adam ad Christum, id est, a morte ad vitam: quia in vita æterna sine fine regnabunt, magis quam in eis mors temporaliter & cum fine regnauit. Itaque sicut per vnius delictum in omnes homines ad condemnationem, ita & per vnius iustificationem in omnes homines ad iustificationem vitæ. Hoc vnius delictum, si imitationem attẽdamus, non erit nisi diaboli, sed quia manifestum est de Adam non de diabolo dici, restat intelligenda non imitatio, sed propagatio peccati.

Christus vnus iustificat.

CAP. XIIII.

NAM & quod ait de Christo, per vnius iustificationem: magis hoc expressit, quam si per vnius iustitiam diceret. Eam quippe iustificationem dicit, qua Christus iustificat impium, quam non imitandam proposuit, sed solus hoc potest. Nam potuit Apostolus recte dicere, Imitatores mei estote sicut & ego Christi: nunquã autem diceret, iustificamini a me, sicut & ego sum iustificatus a Christo. quoniam possunt esse, & sunt, & fuerunt multi iusti homines & imitandi, iustus autem & iustificans nemo nisi Christus. Vnde dicitur, Credenti in eum qui iustificat impiũ, deputatur fides ad iustitiã. Quisquis ergo ausus fuerit dicere, iustifico te: consequens est, vt dicat etiam, crede in me. Quod nemo sanctorum recte dicere potuit, nisi sanctus sanctorum: Creditis in deum, & in me credite: vt quia ipse iustificat impiũ, credenti in eum qui iustificat impium, deputetur fides ad iustitiam.

Solus Christus põt iustificare, idẽ sup. c. 10.

1. Cor. 4

Roma. 4.

Ioan. 14.

Cõfirmat ex propagatiõe peccatũ ẽẽ, quemadmodũ & iustitiã ex regeneratiõe

CAP. XV.

NAM si sola imitatio facit peccatores per Adam, cur non etiam per Christum sola imitatio iustos facit? Sicut enim, inquit, per vnius delictum in omnes homines ad condemnationem, sic & per vnius iustificationẽ in omnes homines ad iustificationem vitæ. Proinde isti, vnus & vnus, non Adam & Christus, sed Adam & Abel constitui debuerunt. Quoniam cum multi nos in huius vitæ tempore præcesserint peccatores, eosque imitati fuerint qui posteriore tempore peccauerunt: ideo

ideo tamẽ volunt isti non nisi Adam dictum, in quo omnes imitatione pecauerunt, quia primus hominum ipse peccauit. Ac per hoc Abel dici debuit, in quo vno similiter omnes imitatione iustificentur, quia ipse primus hominum iuste vixit. Aut si propter quendam articulũ temporis ad Noui testamẽti exordium pertinentẽ, Christus est positus propter imitationem caput iustorum, Iudas eius traditor, caput poni debuit peccatorum. Porro si propterea Christus vnus est in quo omnes iustificentur, quia non sola eius imitatio iustos facit, sed per spiritum regenerans gratia: propterea & Adã vnus est in quo omnes peccauerunt: quia non sola eius imitatio peccatores facit, sed per carnem generãs pœna. Ob hoc etiam dictum est, omnes, & omnes: neque enim qui generantur per adam, ijdem ipsi omnes per Christum regenerantur: sed hoc recte dictum est, quia sicut nullius carnalis generatio nisi per Adã, sic spiritalis nullius nisi per Christum. Nam si aliqui possent carne generari nõ per Adam, & aliqui regenerari spiritu non per Christũ, non liquide omnes, siue hic, siue ibi diceretur. Eosdem autem omnes postea multos dicit: Possunt quippe in ali qua re omnes esse qui pauci sunt. Sed multos habet generatio carnalis, multos ch spiritalis, quanuis non tam multos hæc spiritalis quam illa carnalis. Veruntamen quemadmodum illa omnes habet homines, sic ista omnes iustos homines. Quia sicut nemo præter illã homo, sic nemo prærer istam iustus homo, & in vtraq multi. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per inobediẽtiam vnius hominis iusti cõstituuntur multi. Lex autem subintrauit, vt abundaret delictum. Hoc ad originale homines addiderunt voluntate iam propria, non per Adam, sed hoc quoque soluitur sanaturque per Christum, quia vbi abũdauit peccatum, superabundauit & gratia: vt quemadmodum regnauit peccatum in mortem etiam quod non ex Adam traxerunt homines, sed sua voluntate addiderunt, sic & gratia regnet per iustitiam in vitam æternã. Non tamen aliqua iustitia præter Christum, sicut aliqua peccata præter Adam. Ideo cum dixisset, quemadmodũ regnauit peccatum in mortem: hic non addidit per vnũ, aut per Adam, quia supra dixerat etiam de peccato illo quod subintrante lege abundauit, & hoc vtique nõ est originis, sed iam propriæ voluntatis. Cum autem dixisset, sic & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam: addidit per Iesum Christum dominum nostrum. Quia generante carne illud tantummodo trahitur, quod est originale peccatum. Regenerante autem spiritu, non solum originalis, sed etiã voluntariorũ fit remissio peccatorũ

Roma. 5.

POTEST

Infãtes nõ baptizati leniſſime damnãtur.

CAP. XVI.

POTEST proinde recte dici, paruulos ſine baptiſmo de corpore exeuntes in damnatione omnium mitiſſima futuros. Multum autem fallit & fallitur, qui eos in damnatione prædicat non futuros, dicente Apoſtolo, Iudiciũ ex vno delicto in cõdemnationem. Et paulopoſt, Per vnius delictum in omnes homines ad condemnationem. Quando ergo peccauit Adam non obediens deo, tunc eius corpus quanuis eſſet animale atque mortale gratiam perdidit, qua eius animæ omni ex parte obediebat. Tunc ille extitit beſtialis motus pudendus hominibus, quem in ſua erubuit nuditate. Tunc etiam morbo quodam exrepentina & peſtifera corruptione concepto factum eſt in illis, vt illa in qua creati ſunt ſtabilitate ætatis amiſſa, per mutabilitates ætatum irent in mortẽ. Quanuis ergo annos multos poſt ea vixerint, in illo tamen die mori cœperunt, quo mortis legem, qua in ſenium veteraſcerent, acceperunt. Non enim ſtat vel temporis puncto, ſed ſine intermiſſione labitur, quicquid cõtinua immutatione ſenſim currit in finẽ, non perficientem ſed conſumẽtem. Sic itaque impletũ eſt, quod dixerat deus, Qua die ederitis, morte moriemini. Ex hac igitur inobedientia carnis, ex hac lege peccati & mortis, quiſquis carnaliter generatur, regenerari ſpiritaliter opus habet, vt non ſolum ad regnum dei perducatur, verum etiam a peccati damnatione liberetur. Simul itaque peccato & morti primi hominis obnoxij naſcuntur in carne, & ſimul iuſtitię vitæque æternæ ſecundi hominis ſociati renaſcuntur in baptiſmo. Sic & in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt, A muliere initium factum eſt peccati, & per illam omnes morimur. Siue ab Adam dicatur, vtrũque ad primum hominem pertinet: quoniam ſicut nouimus, mulier ex viro eſt, & vtriuſq; caro vna eſt. Vnde & illud quod ſcriptum eſt, Et erunt duo in carne vna. Igitur iam non duo, inquit, dominus, ſed vna caro.

Ezech.18.

Gen.2.

Matth.19.

Quidã ſanctiũ. peccatũ pſonale tribuebãt, & quo alicubi dubitat Aug. quũ hic vlut abſurdiſſimũ explodat.

CAP. XVII.

QVAPROPTER qui dicunt paruulos ideo baptizari, vt hoc eis remittatur quod in hac vita proprium contraxerunt, non quod ex Adam traduxerunt, non magno molimine refellendi ſunt. Quando enim ſecum ipſi paululum ſine certandi ſtudio cogitauerint, quam ſit abſurdum nec dignum diſputatione quo dicunt, continuo ſententiam commutabunt. Quod ſi noluerint, non vſqueadeo de humani ſenſibus deſperandum eſt, vt metuamus ne hoc cuiptam perſuadeant. Ipſi quippe vt hoc dicerent, alicuius alterius ſentẽtię prędiudicio, niſi fallor, impulſi ſunt: ac propterea cum remitti baptizato peccata neceſſario faterentur, nec fateri vellem ex Adam ductum eſſe peccatum, quod remitti fatebantur infantibus ipſam infantiã coacti ſunt accuſare; quaſi accuſator infantiæ

fantię hoc ſecurior fieret, quo accuſatus ei reſpõdere nõ poſſet. Sed iſtos, vt dixi, omittamus, neque enim ſermone vel documentis opus eſt, quibus innocentia probetur infantium, quantum ad eorum pertinet vitam, quam recenti ortu in ſeipſis agunt, ſi eam non agnoſcit ſenſus humanus, nullis adminiculis cuiuſquam diſputationis adiutus.

Fruſtra paruuli baptizãt, ſi pcõ vacant.

CAP. XIII.

SED illi mouent, & aliquid conſideratione ac diſcuſſione dignum videntur afferre, qui dicunt paruulos recenti vita æditos viſceribus matrum, non propter remittendum peccatum percipere baptiſmum, ſed vt ſpiritalẽ procreationem non habentes creentur in Chriſto, & ipſius regni cœlorum participes ſiant eo modo filij & hæredes dei, cohæredes autem Chriſti. A quibus tamen cũ quæritur, vtrum non baptizati & non effecti cohæredes Chriſti, regnique cœlorum participes habeant ſaltẽ beneficium ſalutis æternę in reſurrectione mortuorum, laborant vehementer, nec exitum inueniunt. Quis enim Chriſtianorum ferat, cum dicitur ad æternam ſalutẽ poſſe quenquam peruenire ſi non renaſcatur in Chriſto, qđ per baptiſmum fieri voluit, eo iam tempore quo tale ſacramentum conſtituendum fuit regenerandis in ſpem ſalutis æternę? Vnde dicit Apoſtolus. Non ex operibus iuſtitiæ quę nos fecimus, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Quam tamen ſalutem in ſpe dicit eſſe, cum hic viuimus, vbi ait, Spe enim ſalui facti ſumus: Spes autem quæ videtur non eſt ſpes: Quod enim videt quis quid ſperat? Si autem quod non videmus ſperamus, per patientiam expectamus, Sine iſta ergo regeneratiõe ſaluos in æternũ poſſe paruulos fieri, quis audeat affirmare, tanq̃ non pro eis mortuus ſit Chriſtus? Et enim Chriſtus pro impijs mortuus eſt. Iſti autem qui vt manifeſtum eſt, nihil in ſua propria vita impie cõmiſerunt, ſic nec originaliter vllo pietatis vinculo detinentur, quomodo pro eis mortuus eſt qui pro impijs mortuus eſt? Si nulla originalis peccati ęgritudine ſauciati ſunt, quomodo ad medicum Chriſtum, hoc eſt, ad percipiendum ſacramentum ſalutis æternę, ſuorum currentium pio timore portantur, & non eis in Eccleſia dicitur, Auferte hinc innocẽtes iſtos, non eſt opus ſanis medicus, ſed male habentibus: Non venit Chriſtus vocare iuſtos, ſed peccatores? Nunquam dictum eſt, nunquam dicitur, nunquam omnino dicetur in Eccleſia Chriſti tale commentum.

Ad Titum.3.

Roma.8.

Xpa p impijs mortuus eſt.

Matth.9.

Matth.9.

Infantes ut creduũt ita pœnitẽt.

CAP. XIX.

Matth.19.

AC ne quis exiſtimet ideo paruulos ad baptiſmum afferri oportere, quia ſicut peccatores non ſunt, ita nec iuſti ſunt, quomodo ergo quidã meritum huius ætatis a domino laudatum eſſe commemorant, quando ait, Sinite

te paruulos venire ad me, talium est enim regnum cœlorum. Si enim hoc non propter humilitatis similitudinẽ, ꝙ humilitas paruulos faciat, sed propter puerorum vitam laudabilem dictum est, profecto & iusti sunt. Nõ. n. recte aliter dici potuit, talium est regnum cœlorum: cum esse non possit nisi iustorum. Sed forte hoc quidem non congruenter dicitur, ꝙ paruulorũ vitam laudauerit dominus dicens, talium esse regnum cœlorum: cum verax sit ille intellectus, quod humilitatis, similitudinẽ in parua ætate posuerit. Veruntamen forsitan hoc tenendum est, ꝙ dixi propterea paruulos baptizari debere, quia sicut peccatores non sunt, ita nec iusti sunt. sed cum dicit,

Matth. 9 Non veni vocare iustos: quasi ei responderetur, quos ergo vocare venisti? continuo subiunxit, sed peccatores in pœnitentiam. Ac per hoc quomodo si iusti sunt, ita etiam si peccatores non sunt, non eos venit vocare, quid dixit, Non veni vocare iusto, sed peccatores. Et ideo baptismo eius qui eos non vocat, non tantum frustra, verumetiam improbe videntur irruere, quod ausit vt sentiamus. Vocat eos igitur medicus, qui nõ est opus sanis, sed ægrotantibus, nec venit vocare iustos sed peccatores in pœnitentiam. Et ideo quia suæ vitæ propriæ peccatis nullis adhuc tenẽtur obnoxij, originalis in eis ꝗgritudo sanatur a in eius gratia qui saluos facit per lauacrum regenerationis. Dicet aliquis, Quomodo ergo & ipsi vocantur in pœnitentiam? Nunquid tantillus potest aliquid pœnitere? Huic respondetur, Si propterea pœnitentes dicendi non sunt, ꝙa sensum pœnitendi nondum habent, nec fideles dicẽdi sunt, quia similiter sensum ere dendi nondum habent. Si autem propterea recte fideles vocantur, quoniam fidem per verba gestantium quodã modo profitentur, cur non prius etiam pœnitentes habentur, cum per eorundem verba gestantium diabolo & huic seculo renunciare monstrantur? Totum hoc in spe fit vi sacramenti & diuinę gratiæ, quam dominus donauit Ecclesiæ.

Titum. 3.

Eucharistia etiã infantib. necessaria vt baptismus CAP. XX.

CAETERVM quis ignorat, quod baptizatus paruulus si ad rationales annos veniens non crediderit, nec se ab illicitis cõcupiscentijs abstinu erit, nihil ei proderit quod paruus accepit? Veruntamen si percepto baptismate de hac vita emigrauerit, soluto reatu cui originaliter erat obnoxius, perficietur in illo lumine veritatis, quod incommutabiliter manens in æternum, iustificatos præsentia creatoris illuminat. Peccata enim sola separãt inter homines & deum, quæ soluuntur Christi gratia, p quem mediatorem reconciliamur, cum iustificat impiũ. Terrentur autem isti sententia domini dicentis, Nisi ꝙs natus fuerit denuo, non videbit regnum dei, Quod cum exponere,

exponeret, ait, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum cœlorum: & propterea conãtur paruulis nõ baptizatis innocentiæ merito salutem ac vitam ęternam tribuere, sed quia baptizati nõ sunt, eos a regno cœlorum facere alienos, noua quadam & mirabili præsumptiõe, quasi salus ac æterna vita possit esse præter Christi hæreditatem, præter regnum cœlorum. Habent enim videlicet quo confugiant, atque vbi delitescant, quia non ait dominus, Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu, non habebit vitam: sed ait, non intrabit in regnum dei. Nam si illud dixisset, nulla hinc dubitatio posset oboriri. Auferatur ergo iam dubitatio, dominum audiamus, non suspitiones coniecturasque mortalium: Dominum audiamus, inquam, non quidem hoc de sacramento lauacri dicentem, sed de sacramento sanctæ mensæ suę, quo nemo rite nisi baptizatus accedit, Nisi manducaueritis carnem meam & biberitis sanguinem meum, nõ habebitis vitã in vobis. Quid vltra quęrimus? Quid ad hoc respondere potuerunt, nisi pertinacia pugnaces neruos aduersus constantiam perspicuæ veritatis intendat? An vero quisquam etiam hoc dicere audebit, quod ad paruulos hęc sententia non pertineat, possintque sine participatione corporis huius & sanguinis in se habere vitam: quia non ait, qui non manducauerit, sicut de baptismo, qui nõ renatus fuerit: sed ait, si non manducaueritis, velut eos alloquens qui audire & intelligere poterant, quod vtique nõ valent paruuli? Sed qui hoc dicit, non attendit, quia nisi omnes ista sentẽtia teneat, vt sine corpore & sanguine filij hominis vitam habere non possint, frustra etiam ętas maior id curat. Potest enim si non voluntatem, sed verba loquentis attendas, eis solis videri dictum, quibus tunc dominus loquebatur: quia non ait, qui non manducauerit: sed, si non manducaueritis. Et vbi est quod eodẽ loco de hac ipsa re ait, Panis quem ego dedero, caro mea est pro seculi vita? Secundum hoc enim etiam ad nos pertinere illud sacramentum intelligimus, qui tunc nũdum fuimus quãdo ista dicebat, quia non possumus dicere ad seculum nos non pertinere, pro cuius vita Christus suam carnẽ dedit. Quis ãt ambigat seculi nomine hoĩes significatos esse, qui nascendo in hoc seculum veniunt? Nam sicut alibi ait, Filij seculi huius generãt & generantur. Ac per hoc etiam pro paruulorum vita caro data est, quæ data est pro seculi vita, & si non manducauerint carnẽ filij hominis, nec ipsi habebunt vitam. Hinc est ẽt illud, Pater diligit filium, & omnia dedit in manus eius. Qui credit in filium, habet vitam ęternã: qui autem incredulus est filio, non habebit vitam, sed ira dei manet super eum.

Paruulis danda Eucha. Ioan. 3. Ioan. 6. Ioan. 6. seculi nomẽ hoĩes significant Luc. 20. Ioan. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eum. In quo igitur horum genere ponemus infantes: in eorum qui credunt in filium, an in eorum qui sunt incredituli filio? In neutro, ait aliquis, quia cum adhuc credere non possunt, nec incredituli deputandi sunt. Nõ hoc iudicat Ecclesiastica regula, quę baptizatos infantes fidelium numero adiungit. Porro si isti qui baptizantur propter virtutem celebrationemque tanti sacramenti, quanuis suo corde atque ore non agant quod ad credẽdum confitendumque pertineat, tamen in numero credentium computantur: profecto illi quibus sacramentũ defuerit, in eis habendi sunt qui non credunt filio: atque ideo si huius inanes gratię de corpore exierint, sequetur eos quod dictum est, non habebũt vitam, sed ira manet super eos. Et vnde hoc, quando eos clarum est peccata propria non habere, si nec originali peccato tenentur obnoxij? Bene autem non ait, ira dei veniet super eum: sed, manet super eum.

Inscrutabile, quur infantes alij discedãt frustrati baptismo, alij nõ. CAP. XX I. Ephe. 2. Rom. 9. & 11. Psal. 35. Roma, 11.

AB hac quippe ira, qua omnes sub peccato sunt, de qua dicit Apostolus, Fuimus & nos aliquando naturaliter filii iræ sicut & cęteri: nulla res liberat nisi gratia dei, per Iesum Christum dominum nostrum. Hæc gratia cur ad illũnõ veniat, occulta esse causa põt, iniusta nõ potest. Nunquid enim iniquitas apud deum? absit. Sed prius sanctarum scripturarum authoritatibus collasubdenda sunt, vt ad intellectum per fidẽ quisque pueniat. Neque enim frustra dictum est: Iudicia tua sicut abyssus multa. Cuius abyssi altitudinem veluti expauescẽs, exclamat Apostolus, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei: præmiserat quippe sententiam mirę profunditatis, dicens: Conclusit enim deus oẽs in incredulitate, vt omniũ misereatur. Cuius profunditatis veluti horrore percussus, O altitudo, inquit, diuitiarum sapientiæ & scientię dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius & inuestigabiles vię eius. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis cõsiliarius illius fuit: aut quis prior dedit illi, ut retribueretur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula, seculorum amen. Valde ergo paruum sensum habemus ad discutiẽdam iustitiã iudiciorũ dei, ad discutiendã gratiam gratuitam nullis meritis precedentibus, non inquã, quę nõ tam mouet cum præstatur indignis, quam cum æqꝙ indignis alijs denegatur. Nam & hi quibus videtur iniustũ, vt paruuli sine gratia Christi de corpore exeuntes, non solum regno dei, quo & ipsi fatentur nisi per badtismũ renatos intrare non posse, verũetiam vita ęterna & salute priuentur, quęrentes quomodo iustũ sit vt alius ab originali impietate soluatur, alius non soluatur, cum eadem sit vtriusque cõditio, ipsi respondeant secundũ suã sententiam

sniam qũo idẽtidẽ iustũ sit, vt huic prestetur baptismus, quo iuuet in regnũ dei, illi non prestetur, cũ sit vtriusqꝫ par cã. Si. n. mouet, cur ex his duobus, cũ ex æquo ambo sint originaliter peccatores, alius ab hoc vinculo, solui? cui cõcedit baptismus, alius nõ soluit, cui talis grã nõ cõcedit: cur nõ pariter mouet, qđ ex duob. originaliter innocẽtibus, alius accepit baptismũ, quo ĩ regnũ dei possit intrare, alius nõ accipit, ne ad regnũ dei possit accedere? Nempe in vtraqꝫ causa ad illã exclamationẽ ꝛeditur, O altitudo diuitiarum. Ex ipsis deinde baptizatis paruulis dicatur mihi, cur alius rapitur, ne malitia mutet intellectum eius, & alius uiuit impius futurus? Nonne si ambo raperentur, ambo in regnum cœlorum ingrederentur? Et tamen non est iniquitas apud deum. Quid est illud? quem non moueat, quem non in tanta altitudine exclamare compellat, quod alij paruuli spiritu immundo vexantur, alij nihil tale patiuntur, allij etiam in vteris matrum, sicut Hieremias, sanctificantur, Hiere. 1 cũ oẽs est si originale peccatum, pariter rei sint: si nõ est, pariter innocẽtes sint? Vnde ista tãta diuersitas, nisi qa iscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.

AN forte illud iam explosum repudiatumque sentiẽ- Refellit eos qui dum est, quod animę prius in cœlesti habitatione pec- iuxta Platonẽ cantes, gradatim atqꝫ paulatim ad suorum meritorum putãt aĩas ob ĩ corpora veniãt, ac pro ante gesta vita magis minusue licta alibi cõmiss corporeis pestibus affligantur? Cui opinioni quãuis sanctia scĩptura apertissime contradicat, quæ cum gradetrudi. tiam commendaret, Nundum, inquit, natis, nec qui aliquid egerãt boni aut mali vt secundum electionem pro CAP. XXII. Roma. 9. positum dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante Roma. 11. dictum est, quod maior seruiet minori: nec ipsi tamen qui hoc sentiunt, euadunt huius quæstionis angustias, sed in eis coarctari & hærentes similiter, O altitudo, exclamare coguntur. Vnde enim fit vt homo ab ineunti pueritia modestior, ingeniosior, temperantior, ex magna parte libidinum victor, qui oderit auaritiam, luxuriam detestetur, atque ad virtutes cæteras proiectior aptiorque consurgat, & tamen eo loco sit Rom. 10. ubi ei prædicari gratia Christiana non possit? Quomodo enim inuocabunt in quem non crediderunt: aut quomodo credent ei quem non audierunt? Quomõ autem audient sine prædicante? Alius autem tardus ingenio, libidinibus deditus, flagitijs & facinoribus coopertus ita gubernetur vt audiat, credat, baptizetur, rapiatur, aut si detẽtus huc fuerit, laudabiliter viuat? Vbi duo isti tam diuersa merita contraxerunr, non dico vt iste credat, ille non credat, quod est proprię voluntatis, sed vt iste audiat quod credat, ille non audiat? Hoc enim nõ

est

Credere & non credere est, ppriæ voluntatis, qđ re tract. Aug. 1. retract. c. 23. & ī qđ de. san. c. 3. ī. 3. To. ho. opus. & declaratur infra c. 25. huius. 1. li.

est in hominis potestate: Vbi, inquam, hęc tam diuersa merita contraxerunt, si in cœlo egerunt aliquā vitam, vt pro suis actibus propellerentur, vel laberentur in terras, congruis cp suæ anteactæ vitæ corporeis receptaculis tenerentur. Ille vtique melius ante hoc mortale corpus vixisse credendus est, qui eo non multum meruit prægrauari, vt & bonum haberet ingenium, & concupiscentijs eius mitioribus vrgeretur quas posset facile superare, & tamen eam sibi gratiam prędicari nō meruit, qua sola posset a secundæ mortis pernicie liberari. Ille autem pro meritis deterioribus sicut putant grauiori corpori implicitus, & ob hoc cordis obtusi, cum carnis illecebris ardentissima cupidine vinceretur, & per nequissimam vitam peccatis pristinis quibus ad hoc venire meruerat adderet peiora terrena, aūt in cruce tamē

Luc. 23. audiuit, Hodie mecū eris in paradiso: aut alicui cohæsit Apostolo, cuius prędicatione mutatus & per lauacrum

Roma. 6. regenerationis saluus effectus est, vt vbi abundauit peccatum, superabūdaret, & gratia. Quid huic respondeāt, omnino non video, qui volentes humanis coniecturis iustitiam dei defendere, & ignorantes altitudinem gratiæ, fabulas improbabiles texuerunt. Multa enim dici possunt de miris uocationibus hominum, siue quas legimus, siue quas experti sumus, quibus eorum opinio subuertatur, qui credunt ante ista corpora sua, quasdam proprias vitas gessisse animas hominum, quibus adhæc venirent pro diuersitate meritorum, diuersa hic expertu rę vel bona vel mala: sed terminandi huius operis cura non sinit in his diutius immorari. Vnum tamen quod inter multa mirabile comperi non tacebo. Quis non secundum istos, qui ex meritis prioris vitę ante hoc corpus in cœlestibus gestę animas terrenis corporibus magis minusue grauari opinantur, affirmet eos ante istam vitam sceleratius immaniusque peccasse, qui mentis lumen sic amittere meruerunt, vt sensu vicino pecoribus nascerentur: non dico tardissimi ingenio, nā hoc de alijs dici solet, sed ita excordes, vt etiā curati ad mouendū risum, exhibeant cordatis delitias fatuitatis, quorum nomen ex Gręco deriuatum moriones vulgus ap-

Moriones. pellat? Talium tamen quidam fuit Christianus, vt cum esset omnium iniuriatum suarum mira fatuitate patientissimus, iniuriam tamen Christi nominis vel insepso religionis reuerentia, qua imbutus erat, sic ferre nō posset, vt blasphemantes videlicet cordatos, a quibus hæc vt prouocaretur audiebat, infectari lapidibus non desisteret, nec in ea causa vel domuis parceret. Tales ergo prędestinari & creari arbitror, vt qui possunt intelligāt dei

Ioan. 3. gratiam, & spiritum, qui vbi vult spirat, ob hoc omne ingenij

Ingenij genus in filijs misericordiæ non præterire, item que omne ingenij genus ingehennæ filijs præterire, vt qui gloriatur in domino glorietur. Illi autem qui pro vi tæ meritis superioris accipere quasque animas diuersa terrena corpora affirmant, quibus aliæ magis, aliæ minus grauentur, & pro eisdem meritis humana ingenia variari, vt acutiora sint quædam, & alia obtusiora, pro que ipsius vitę superioris meritis diuinam quoque gratiam liberandis hominibus dispensari, quid de isto potetunt respondere? Quomodo ei tribuent teterrimam vitā superiorem, vt ex hoc fatuus nasceretur, & tam bene meritam, vt ex hoc in Christi gratia multis acutissimis præferretur? Cedamus igitur & consentiamus authoritati sanctæ scripturæ, quæ nescit falli nec fallere, & sicut nondum natos ad discernenda merita eorum aliquid boni vel mali egisse non credimus, ita omnes sub pecca to esse, quod per vnum hominem intrauit in mundum, & per omnes homines pertransijt, a quo non liberat ni si gratia dei per dominum nostrum Iesum Christum nasci minime dubitemus.

Hier. 9. 1. Cor. 1. 2. Cor. 10.

Roma. 5.

Ex gratia salus nō ex lib. arb. CAP. XXIII.

CVIVS medicinalis aduentus non est opus sanis, sed ægrotantibus: quia non venit vocare iustos, sed peccatores: in cuius regnum non intrabit nisi qui renatus fuerit ex aqua & spiritu, nec præter regnum eius salutem ac vitam possidebit æternam. Quoniam qui non manducauerit carnem eius, & qui incredulus fuerit filio, non habebit vitam, sed ira dei manet super eum, Ab hoc peccato, ab hac ægritudine, ab hac ira dei, cuius naturaliter filij sunt, qui etiam si per ætatem non habent proprium, trahunt tamen originale peccatum, non liberat nisi agnus dei qui tollit peccata mundi, non nisi medicus qui non venit propter sanos sed propter ægrotos, non nisi saluator, de quo dictum est generi humano, Natus est vobis hodie saluator: non nisi redemptor, cuius sanguine deletur debitum nostrum. Nam quis audeat dicere, non esse Christum infantum saluatorem nec redemptorem? Vnde autem saluos facit, si nulla in eis est originalis ęgritudo peccati? vnde redimit, si non sunt p originem primi hominis venundati sub peccato? Nulla igitur ex nostro arbitrio pręter baptismum Christi, salus ęterna promittatur infantibus, quam non promittit scriptura diuina, humanis omnibus ingenijs præferenda.

Mat. 9. Luc. 2. Iesai. 53.

Paruuli a Christo nō saluantur, si originali carent peccato.

Eph. 2. Ioan. 1.

OPTIME Punict christiani baptismum ipsum nihil aliud quam salutem, & sacramentum corporis Christi, nihil aliud quam vitam vocant. Vnde nisi ex antiqua Vt existimo, & apostolica traditione, qua Ecclesiæ Christi institum tenent, prætter baptismum & participationem dominicæ mensæ, non solum non ad regnum dei,

Baptismus omnibus necessarius. CAP. XXIIII.

sed nec ad salutem & vitam æternam posse quenquam hominum peruenire? Hoc enim & scriptura testatur, secundum ea quæ supra diximus. Nam quid aliud tenent, qui baptismum nomine salutis appellant, nisi quod dictum est, Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis: & quod Petrus ait, Sic & vos similiforma baptisma saluos facit. Quid aliud etiam qui sacramentum mensæ dominicæ vitam vocant, nisi quod dictum est: Ego sum panis vitæ qui de cœlo descendi, & panis quem ego dedero, caro mea est pro seculi vita: &, Si non manducaueritis carnem filij hominis & sanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis. Si ergo vt tot & tanta diuina testimonia concinunt, nec salus nec vita æterna sine baptismo & corpore & sanguine domini cuiquam sperada est, frustra sine his promittitur paruulis. Porro si a salute ac vita æterna hominem nisi peccata non separant, per hæc sacramenta non nisi peccati reatus in paruulis soluitur, de quo reatu scriptum est, neminem esse mundum, nec si vnius diei fuerit vita eius. Vnde est & illud in psalmis: Ego enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis mater mea me in vtero aluit. Aut enim ex persona generali ipsius hominis dicitur, aut si proprie de se Dauid hoc dicit, non vtique de fornicatione, sed de legitimo connubio natus fuit. Non itaque dubitemus etiam pro infantib. baptizatis sanguinem fusum, qui priusquam funderetur, sic in sacramento datus & commendatus est, vt diceretur, Hic est sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Negant enim illos liberari, qui sub peccato esse nolunt fateri. Nam vnde liberantur, si nulla seruitute peccati tenentur obstricti? Ego, inquit, lux in seculum veni, vt omnis qui crediderit in me, non maneat in tenebris. Hoc dicto, quid ostendit, nisi in tenebris esse omnem qui non credit in eum, & credendo effi cere ne maneat in tenebris? Has tenebras, quid nisi peccata intelligimus? Sed quodlibet aliud intelligantur hæ tenebræ, profecto qui non credit in Christum manebit in eis: & vtique pœnales sunt, non quasi nocturnæ ad quietem animantium necessarię.

Ad Titum. 3.
1. Petri. 3.
Ioan. 6.
Sine baptismo, & perceptione corporis & sanguinis dñi salus nõ est speranda.
Iob. 25.
Psal. 50.
Ioan. 12.

PROINDE paruuli si per sacramẽtum quod ad hoc diuinitus institutũ est, in credentium numerum non transeant, profecto in his tenebris remanebũt. Quãuis eos nonnulli mox natos illuminari credant, sic intelligẽtes quod scriptum est, Erat lumẽ verum, quod illuminat omnem hominẽ venientẽ in hunc mundum. Quod si ita est, multũ mirandum est, quomodo illuminati ab vnico filio, quod erat in principio verbum deus apud deum, non admittantur ad regnum dei, nec sunt hęredes dei, cohęredes

Paruuli quomõ illuminentur. CAP. XXV.
Ioan. 1.

cohęredes autem Christi. Hoc enim eis non nisi per baptismum præstari, etiam qui hoc sentiunt cõfitentur. Deinde iam illuminati, si ad consequendũ regnum dei nondũ sunt idonei, saltẽ ipsum baptismũ, quo ad hoc idonei fiunt, læti susciperé debuerunt: cui tamen eos videmus cum magnis fletibus reluctari, eamq; ignorantiã in illa ętate contemnimus, vt sacramenta quę illis prodesse nouimus, in eis etiã reluctantibus compleamus. Cur enim & Apostolus dicit: Nolite pueri esse mentibus, si iam illo lumine vero quod verbum dei est, illuminatæ sunt eorum mentes? Itaque illud quod in Euangelio positum est, Erat lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: ideo dictum est, quia nullus hominum illuminatur nisi illo lumine veritatis, quod deus est: ne quisquam putaret ab eo se illuminari a quo aliquid audit vt discat, non dico si quenquam magnum hominẽ, sed nec si angelum ei contingat habere doctorem. Adhibet enim sermo veritatis extrinsecus vocis ministerio corporalis, veruntamen neq; qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Audit quippe homo dicentem vel hominem vel angelum, sed vt sentiat & cognoscat verum esse quod dicitur, illo lumine intus mens eius aspergitur, quod æternum manet, quod etiam in tenebris lucet. Sed sicut sol iste a cæcis non videtur, quanuis eos suis radijs quodammodo vestiat, sic ab stultitiæ tenebris non comprehenditur. Cur autem cum dixisset, quod illuminat omnem hominem: addiderit, venientem in hunc mundum: vnde hæc opinio nata est, quod in exortu corporali, ab vtero matris recentissimo illuminet mentes nascentium paruulorum: quanuis in Greco ita sit positũ, vt possit etiam intelligi lumẽ ipsum veniens in hunc mũdum: tamen si hominem venientem in hunc mundum, necesse est accipi, aut simpliciter dictũ arbitror, sicut multa in scripturis reperiuntur, quibus etiam detractis nihil sententię minuatur: aut si propter aliquã distinctionem additum esse credẽdum est, fortasse hoc dictum est, ad discernendam spiritalem illuminationem ab ista corporali, quæ siue per cœli luminaria, siue quibuscunque ignibus illuminat oculos carnis, vt hominem interiorẽ dixerit venientem in hunc mundum, quia exterior corporeus est, sicut hic mundus: Tanquam diceret, illuminat omnem hominem venientem in corpus, secundum illud quod scriptum est; Sortitus sum animam bonam, & veni in corpus incoinquinatum. Aut ergo sic dictũ est, si distinctionis alicuius gratia dictum est: Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: tanquã dictum esset: Illuminat omnem hominem interiorem; quia

1. Cor. 14.
Ioan. 1.
Idẽ sup Euang. Io. trac. 1. &. 3. &. 4. i. T. 9. & i 1. retrac. 23 & i de pdest. sanct. 3 i. 3. T. ho. op. & supra i isto T. i 1. Co. 1. de grã & lib. ar. ad val. c. 17.
ἐξχόμενον
Sapien. 8.

homo interior cum veraciter fit sapiens, non nisi ab illo illuminatur qui est lumen verum. Aut si rationem ipsam qua humana anima rationalis appellatur, quæ ratio adhuc velut quieta & quasi sopita, tamen insita & quodammodo inseminata in paruulis latet, illuminationem voluit appellare, tanquam interioris oculi creationem: non resistendum est, tunc eam fieri cum anima creatur, & nō absurde de hoc intelligi, cum homo venit in mundum: veruntamen etiam ipse quamuis iam creatus oculus, necesse est vt in tenebris maneat. si non credat in eum, qui

Ioan. 12. dixit: Ego lux in seculum veni, vt omnis qui credit in me non maneat in tenebris: quod per sacramentum baptismatis in paruulis fieri non dubitat mater ecclesia, quæ cor maternum eis præstat, vt sacris mysterijs imbuā

Rom. 10. tur, quia nondum possunt corde proprio credere ad iustitiam, nec ore proprio confiteri ad salutem. Nec ideo tamen eos quisquam fidelium fideles appellare cunctatur, quod a credēdo vtiq; nomen est, quamuis hoc non ipsi, sed alij pro eis inter sacramenta responderint.

Cōcludit peccato originis oēs obnoxios. CAP. XXVI.

NIMIS longū fiet si ad singula testimonia similiter disputemus. Vnde commodius esse arbitror aceruatim cogere, quę occurrere potuerint, vel quæ sufficere videbunt, quibus appareat dominum Iesum Christum non

Phil. 2. aliā ob causam in carne venisse, ac forma serui accepta factum obedientem vsque ad mortem crucis, nisi vt hac dispensatione misericordissimę gratię omnes, quibus tā quam membris in suo corpore constitutis caput est, ad capessendum regnum cœlorū viuificaret, saluos faceret, liberaret, redimeret, illuminaret, qui prius fuissent in pec

1. Tom. 2. catorum morte, languoribus, seruitute, captiuitate, tenebris constituti, sub potestate diaboli principis peccatorum: ac sic fieret mediator dei & hominum, per quem post inimicitias impietatis nostræ, illius gratiæ pace finitas, reconciliaremur deo in æternam vitam, ab æterna

Roma. 5. morte quæ talibus impendebat erepti. Hoc enim cum abundantius apparuerit, consequens erit vt ad istam Christi dispensationem quæ per eius humilitatem facta est, pertinere non possint, qui vita, salute, liberatione, redemptione, illuminatione non indigent. Et quoniam ad hanc pertinet per baptismum quo Christo consepeliūtur, vt incorporentur illi membra eius, hoc est fideles eius: profecto nec baptismus est necessarius eis, qui illo remissionis & reconciliationis beneficio quod fit per mediatorem, non opus habent. Porro quia paruulos baptizandos esse concedunt, qui contra authoritatem vniuersæ ecclesiæ proculdubio per dominum & apostolos traditam venire non possunt: concedant oportet eos egere illis beneficijs mediatoris, vt oblati per sacramētum charitatemq;

charitatemque fidelium, ac sic incorporati Christi corpori, quod est Ecclesia, reconcilientur deo, vt in illo viui, vt salui, vt liberati, vt redempti, vt illuminati fiant. Vnde nisi a morte, vitijs, reatu, subiectione, tenebris peccatorum, quę quoniam nulla in ea ætate per suam vitam propriam commiserunt, restat originale peccatum.

Cōgerit testimonia scripturarū. CAP. XXVII.

HAEC ratiocinatio tunc erit fortior, cum ea quæ promisi testimonia multa congessero. Iā supra posuimus: Mat. 9. Nō veni vocare iustos, sed peccatores. Item cum ad Zachęum esset ingressus: Hodie, inquit, salus domui huic facta est, quoniam & iste filius est Abrahę: Venit enim filius hominis quærere & saluare quod perierat. Hoc & de oue perdita & relictis nonagintanouem quęsita & inuenta, hoc & de drachma quę perierat ex decem. Vnde oportebat, vt dicit, prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Marcus etiam in fine Euangelij sui dominum dixisse testatur: Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creature; Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Quis autem nesciat credere esse infantibus baptizari, non credere autem, nō baptizari? Ex Ioannis autē Euangelio quāuis iam nonnulla posuerimus, attende etiam ista, Ioannes Baptista, inquit, de illo: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et ipse de seipso. Qui de ouibus meis sunt, vocem meam audiunt, & ego noui illas, & sequuntur me: & ego vitam ęternā do illis & non peribunt in ęternum. Quoniam ergo de ouibus eius esse non incipiunt paruuli nisi per baptismum, profecto si hoc non accipiunt, peribunt: Vitam enim æternā, quam suis dabit ouibus, non habebunt. Ite alio loco: Ego sum via veritas & vita. Nemo venit ad patrem nisi per me. Hāc doctrinā suscipientes Apostoli, vide quanta contestatione declarēt. Petrus in prima epistola: Benedictus, inquit, deus & pater domini nostri Iesu Christi secundū multitudinem misericordię suę, qui, regenerauit nos in spem vitæ ęternę per resurrectionem Iesu Christi in hæreditatem immortalē & inconta minatam, florentē, seruatam in cœlis, vobis qui in virtute dei coseruamini per fidem in salutē paratam palā fieri in tempore nouissimo. Et paulopost: Inueniamini, inquit, in laudem & honorem Iesu Christi, quem ignorabatis, in quem modo non videntes creditis, quem cum videritis, gaudebitis gaudio inenarrabili, & honorato gaudio percipientes testamentum fidei salutem animarū vestrarum. Item alio loco: Vos autem, inquit, genus electum, regale sacerdotium, gēs sancta, populus in adoptione, vt virtutes enuncietis eius, qui vos de tenebris vocauit

Paruulis credere ē baptizari. Ioan. 1. Ioan. 10. Ioan. 14. 1. Pet. 1. 1. Pet. 2.

1.Pet.3. canit in admirabile lumen suum. Et iterum: Christus, inquit, pro peccatis nostris passus est iustus pro iniustis, vt nos adducat ad deum. Item cū commemorasset in arca Noe, octo homines saluos factos: sic & vos, inquit, similiforma baptismo saluos facit. Ab hac ergo salute & lumine alieni sunt paruuli & in perditione ac tenebris remanebunt, nisi per adoptionem populo dei fuerint sociati, tenentes Christum passum, iustum pro iniustis, vt eos adducat ad deum. Ex Epistola etiam Ioannis hæc mihi

1.Ioan.1. occurrerunt quæ huic quæstioni necessaria visa sunt. Quod si in lumine, inquit, ambulauerimus, sicut & ipse est in lumine, societatem habemus inuicem, & sanguis Iesu filij eius purgabit nos ab omni delicto. Itē alio loco: Si testimonium, inquit, hominum accipimus, testimonium dei maius est, quia hoc est testimonium dei quod maius

1.Ioan.5. est, quia testificatus est de filio suo: Qui crediderit in filiū dei, habet testimonium dei in semetipso: Qui non crediderit deo, mendacem facit deum, quia non credit in testimonium quod testificatus est de filio suo. Et hoc est testimonium, quia vitam æternam dedit nobis deus, & hæc vita in filio eius est. Qui habet filium, habet vitam: qui non habet filium, non habet vitam. Non solum igitur regnum cœlorum, sed nec vitam paruuli habebunt si filium non habebunt, quem nisi per baptismum eius ha-

1.Ioan.3. bere non possunt. Item alio loco: In hoc, inquit, manifestus est filius dei, vt dissoluat opera diaboli. Non ergo perrinebunt paruuli ad gratiam manifestationis filii dei si non in eis soluat opera diaboli. Iam nunc attende ad, hanc rem Pauli Apostoli testimonia, tanto vtique plura quanto plures epistolas scripsit, & quanto diligentius

Roma.10. curauit commendare gratiā dei aduersus eos qui de operibus gloriabantur, atq; ignorantes dei iustitiam, & suā

Rom.3. iustitiam volentes constituere, iustitiæ dei non erant subiecti. In Epistola ad Romanos: Iustitia, inquit, dei in omnes qui credunt: Non enim est distinctio: omnes enim peccauerunt & egent gloria dei. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit deus propiciatorium per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ eius propter remissionem præcedentium peccatorum in dei patientia, ad ostendendam iustitiam ipsius in hoc tempore, vt sit iustus & iustificans eum qui ex fide est Iesu. Item alio loco: Ei qui operatur, inquit, merces non imputatur secun-

Roma.4. dum gratiam, sed secundum debitum. Ei vero qui non operatur, credit autem in eum qui iustificat impium, deputatur fides ad iustitiam: sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, cui deus accepto fert iustitiam sine operi-

Psal.31. bus: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta

tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum. Item paulo post: Non est autem scriptum, inquit, propter illum tantum, quia deputatum est illi ad iustitiam, sed & propter nos quibus deputabitur credentibus in eum, qui excitauit Iesum Christum dominum nostrum a mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram: Et Roma.5.
paulo post: Si enim Christus, inquit, cum infirmi essemus Roma.7.
adhuc iuxta tempus, pro impijs mortuus est. Et alibi: Scimus, inquit, quia lex spiritualis est, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato: Quod enim operor, ignoro, non enim quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio. Si autem quod nolo hoc facio, consentio legi quoniam bona est. Nunc autem non iam ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum. Scio enim quia non habitat in me, id est, in carne mea bonum: nam bonum velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Non enim quod volo facio bonum, sed quod nolo malum hoc ago. Si autem quod nolo, ego hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur legem mihi volenti facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. condelector enim legi dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei, per Iesum Christum dominū nostrum. Dicant qui possunt homines non nasci in corpore mortis huius, vt possint etiam dicere, nō eis necessariam gratiā dei per Iesum Christum, qua liberentur de
corpore mortis huius. Item paulo post: Quod enim im- Rom.8.
possibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, deus filium suum misit in similitudine carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne: Dicant qui audent oportuisse nasci Christum in similitudine car- 1.Cor.15.
nis peccati, nisi nos nati essemus in carne peccati. Item ad Corinthios: Tradidi enim vobis in primis, inquit, quod & accepi, quia Christus mortuus est pro peccatis 1.Cor.5.
nostris secundum scripturas. Item ad eosdem Corinthios in secunda: Charitas enim Christi compellit nos, iudicantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: Et pro omnibus vnus mortuus est, vt & qui viuunt, iam non sibi viuāt, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Itaque nos amodo neminem nouimus secundum carnem, etsi nouerāmus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. Si qua igitur in Christo noua creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. Om-

nia autem ex deo, qui reconciliauit nos sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis. quem admodum? quia deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta eorum, & ponens in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam deo exhortante per nos: Obsecramus pro Christo reconciliari deo: Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos simus iustitia dei in illo. Cooperantes autem rogamus, ne in uacuum gratiam dei suscipiatis. Dicit enim: Tempore
2. Cor. 6. acceptabili exaudiui te, & in die salutis adiuui te: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Ad hanc reconciliationem & salutem si non pertinent paruuli, quis eos quærit ad baptismum Christi? Si autem pertinent, inter homines mortui sunt pro quibus ille mortuus est, nec ab eo reconciliari & saluari possunt,
Galat. 1. nisi remissa non deputet delicta eorum. Item ad Galatas: Gratia vobis & pax a deo patre, & domino Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eximeret nos de præsenti seculo maligno. Et alio loco:
Gal. 3. Lex transgressionis gratia posita est, donec veniret semen cui promissum est, dispositа per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius non est, deus vero vnus est. Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si enim data esset lex quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Ad Ephesios etiam: Et vos cum essetis mortui de
Eph. 2. lictis & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris, spiritus eius qui nunc operatur in filiis diffidentiæ, in quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, facientes voluntatem carnis, & affectionum, & eramus naturaliter filii iræ sicut & cæteri. Deus autem qui dives est in misericordia, propter multam dilectionem qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccati, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia salui facti sumus. Et paulopost: Gratia, inquit, salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed dei donum est. Non ex operibus, ne forte quis extollatur: Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit deus vt in illis ambulemus. Et paulopost: Qui eratis, inquit, in illo tempore sine Christo, alienati a societate Israel, & peregrini testamentorum & promissionis, spem non habentes, & sine deo in hoc mundo: nunc autem in Christo Iesu, qui aliquando eratis longe, facti autem estis prope in sanguine Christi. Ipse est enim

enim pax nostra qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ soluens inimicitias, in carne sua legem mandatorum decretis euacuans, vt duos conderet in se vnum hominem nouum, faciens pacem, & commutaret vtrosque in vno corpore deo, per crucem interficiés inimicitias in semetipso. Et veniens euangelizauit pacem vobis qui eratis longe & pacem his qui prope, quia per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrē.
Eph. 4. Item alibi: Sicut veritas est in Iesu, deponere nos secundum priorem conuersationem veterem hominem eum, qui corrumpitur secūdum concupiscentias deceptionis. Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secūdum deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Et alibi: Nolite contristare spiritum sanctum dei, in quo signati estis in diem redemptionis. Ad Colossenses etiam ita loquitur: Gratias agentes
Coloss. 1. patri idoneos facienti nos in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum & transtulit nos in regnum filij charitatis suæ, in quo habemus redemptionem in remissione peccatorum. Et alio
Coloss. 2. loco: Et estis, inquit, in illo repleti, qui est caput omnis principatus et potestatis: In quo et circūcisi estis circūcisione nō manufacta ī, expoliatiōe corporis carnis, sed in circūcisiōe Christi, cōsepulti ei in baptismo, in quo & cō surrexistis per fidem operationis dei, qui suscitauit illū a mortuis. Et uos cum essetis mortui delictis & preputio carnis vestræ, conuiuificauit cum illo donans nobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat chirographū decreti, quod erat contrarium nobis, tollens illud de medio, & affigens illud cruci, exuens se carnem, principatus & potestates exemplauit fiducialiter triumphans
1. Tim. 1. eos in semetipso. Et ad Timotheum: Humanus, inquit, sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in mundum peccatores saluos facere, quorū primus ego sum. Sed ideo misericordiā consecutus sum, vt in me ostenderet primo Christus Iesus omnem longanimitatem ad informationem eorum, qui crediturī sunt illi
1. Tim. 2. in vitam æternam. Item dicit: Vnus enim deus vnus & mediator dei & hominum homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum redemtionem pro omnibus. In secunda
2. Tim. 1. etiam ad eundem: Nolite ergo, inquit, erubescere testimonium domini nostri, neque me vinctum eius, sed collabora Euangelio secundum virtutem dei saluos nos facientis, & vocantis vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiā, quę data est nobis in Christo Iesu ante secula æterna, manifestata autem nunc per aduentum domini nostri Iesu Christi, euacuantis quidem mortem, illuminantis autem vitā & incorru-

Titum.2. & incorruptionem per Euangelium. Ad Titum etiam: Expectantes, inquit, illam beatam spem & manifestationem glorię magni dei, & saluatoris nostri domini Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi nos populū abundantem, æmulatorem bonorum operum. Et alio loco: Cum autem benignitas & humanitas illuxit saluatoris dei nostri, non ex operibus iustitiæ, quæ nos fecimus, sed secūdum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem ditissime effudit super nos per Iesum Christum saluatorem nostrum, vt iustificati ipsius gratia hæredes efficiamur secundum spem vitę æternæ. Ad hebręos quoque Epistola, quanquam nonnulli is incerta sit, tamen quoniā legi quosdā huic nostræ de baptismo parum uulorum sententiæ contraria sentientes, etiam istam quibusdam opinionibus suis testem adhibere voluisse, magisque me mouet authoritas Ecclesiarum Orientalium, quæ hanc etiam in canonicis habent, quanta pro nobis testimonia contineat aduertendum est. In ipso eius exordio legitur: Multis partibus, & multis modis olim deus locutus est patribus in Prophetis, postremo in his diebus locutus est nobis in filio suo, quem constituit hęredem vniuersorum, per quem fecit & secula. Qui cum sit splendor glorię & figura substantię eius, gerens quoque omnia verbo virtutis suæ, purgatione peccatorum a se facta, sedet ad dextram maiestatis in excelsis. Et post pauca: Si enim qui per angelos dictus est, sermo factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia iustam accepit mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem? Et alio loco. Propterea ergo quia pueri communicauerūt, sanguini & carni, & ipse propemodum eorum participauit, vt per mortem euacuaret eum, qui potestatem habebat mortis, id est, diabolum, & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam rei erant seruitutis. Et paulo post: Vnde debuit, inquit, secundum omnia fratribus similis esse, vt misericors esset, & fidelis princeps sacerdotum eorum, que sunt ad deum propiciandum pro delictis populi. Et alibi: Teneamus, inquit, confessionem, nō habemus enim sacerdotem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: Et enim expertus est omnia secundū similitudinē sine peccato. Et alio loco: Intransgressibile, inquit, his sacerdotiū, vnde & saluos potest perficere eos, qui accedunt per ipsum ad deum, semper viuens ad interpellandū pro ipsis: Talē enim decebat habere nos principē sacerdotū iustū, sine malitia, incōtaminatū, separatū a peccatoribus, altiorē cœlis factū, nō habētem quoti-

Epist. ad heb. nō nullis ē incerta.

Heb.1.

Heb.2.

Heb.2.

Heb.4.

Heb.7.

quotidianā necessitatē sicut principes sacerdotū primū pro suis peccatis sacrificiū offerre, de hinc pro populi: Hoc enim semel fecit offerrens se. Et alio loco: Non enim in manu fabricata sancta introiuit Christus, quę sunt similia verorum, sed in ipsum cœlum apparere ante faciē dei p nobis, nō vt sæpius offeret semetipsum, sicut princeps sacerdotum intrat in sancta, in anno semel cum sanguine alieno. Cęterum oportebat eum sępius pati a mūdi constitutione, nunc autem semel in extremitate seculorum ad remissionem peccatorum per sacrificium suū manifestatus est. Et sicut constitutum est hominibus semel tantum mori, & post hoc iudicium: sic & Christus semel oblatus est vt multorum peccata portaret, secundo sine peccatis apparebit eis, qui eum sustinent ad salutem. Apocalypsis etiam Ioannes has laudes Christo p canticum nouum testatur offerri: Dignus ea accipere librum & aperire signacula eius, quoniam occisus es & redemisti nos deo in sanguine tuo, de omni gente & lingua & populo & natione. Item in Actibus apostolorū, inceptorem vitę Petrus Apostolus dixit esse dominum Iesum, increpans Iudæos quod occidissent eum, ita loquens: Vos autem sanctum & iustum onerastis & negastis, & postulastis hominem homicidam viuere & donari vobis: Nam inceptorem vitæ occidistis. Et alio loco: Hic est lapis reprobatus a vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli. Non est enim aliud nomen sub cœlo datum hominibus in quo oportet nos saluos fieri. Et alibi: Deus patrum suscitauit Iesum, quem vos interficistis suspendentes in ligno. Hunc deus principem & saluatorem exaltauit gloria sua, dare pœnitentiam Israel & remissionem peccatorum in illo. Item alio loco: Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per manum illius omnem credentem in eum. Item in eodem libro Apostolus Paulus: Notum ergo vobis sit, inquit, viri fratres, quoniam per hunc vobis remissio peccatorum annunciatur ab omnibus, quibus non potuistis in lege Moysi iustificari, in hoc oīs credēs iustificatur. Hoc tāto aggere testimoniorū, cuius aduersus veritatē dei elatio non premat? Et multa quidē alia reperiri possunt, sed & finiēdi huius opis cura nō negligēter hūda est. De libris quoq veteris testamēti multas cōtestationes diuinorū eloquiorū adhibere in hāc sniam supuacaneū putaui, qñqdem illic quod occultatur sub velamento velut terrenarū, p missionum, hoc in noui testamenti prędicatione reuelatur. Et ipse dominus librorum veterum vtilitatem breuiter demonstrauit & definiuit dicens, oportuisse impleri q̄ dē illo scripta essent in lege & prophetis & Psalmis,

Heb.9.

Apoc.5.

Acto.3. ἀρχηγὸν

Acto.4.

Acto.10.

Ibidem

Acto.13.

mis,& hæc ipsa esse,quod oportebat Christum pati, & resurrgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentium & remissionem peccatorum per omnes gentes,incipientibus ab Hierosolimis. Et petrus dicit,quod pauloante commemorauit: Huic omnes prophetas testimonium perhibere,remissionem peccatorum accipere per manum eius omnem credentem in eum. Verũ tamen commodius est etiam ex ipso vetere testamento testimonia pauca depromere, quę vel ad supplemẽtum, vel potius ad cumulum valere debebunt. Ipse dominus per Prophetam in psalmo loquens ait: Sanctis qui sunt in terra eius, mirificauit omnes volũtates meas in illis. Non merita illorũ,sed voluntates meas. Nam illorũ quid, nisi quod sequitur? Multiplicatæ sunt infirmitates eorũ supra id qđ ifirmi erãt. Ad hoc & lex subintrauit vt abũdaret delictũ. Sed qđ adiungit: Postea accelerauerũt, multiplicatis infirmitatibus, hoc est, abundante delicto, alacrius medicũ quęsierunt, vt vbi abũdauit peccatũ, superabundaret gratia. Deniq; nõ cõgregabo, inqt, conuẽticula eorum de sanguinibus, qm̃ multis sacrificiorũ sanguinibus cũ primũ in tabernaculũ vel in templũ congregarentur, cõuincebantur potius peccatores, quã mundabantur. Non ergo iam, inquit, de sanguinibus cõgregabo conuenticula eorum: Vnus enim sanguis pro multis datus est, quo veraciter mundarentur. Denique sequitur: Nec memor ero nominum illorum per labia mea: tanquam innouatorum. Nam nomina eorum erãt prius filij carnis, filij seculi, filij iræ, filij diaboli, immundi, peccatores, impij, postea vero filij dei, hoi nouo nomen nouum, canticum nouum cantanti nouum, per testamentum nouum. Nõ sint ingrati homines gratiæ dei, pusilli cũ magnis, a minore vsque ad maiorem. Totius Ecclesiæ vox est: Erraui sicut ouis perdita. Omniũ mẽbrorum Christi vox est: Omnes vt oues errauimus, & ipse traditus est pro peccatis nostris. Qui totus prophętię locus apud Esaiam quoque per Philippum sibi exposito, spado ille Candacis reginæ in eum credidit. Vide quotiens hoc ipsum commendet, & tanquam superbis nescio quibus, vel contentiosis identidem inculcet: Homo, inquit, in plagis, & qui sciat ferre infirmitates, propter quod & auertit se facies eius, iniuriata est, nec magni æstimata est. Hic infirmitates nostras portat, & pro nobis in doloribus est, & nos existimauimus illum in doloribus esse & in plaga & in pœna, ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, infirmatus est propter iniquitates nostras. Eruditio pacis nostræ super eum, in liuore eius sanati sumus: omnes vt oues errauimus, & dominus tradidit illum pro peccatis nostris, & ipse quo

Acto.10.

Roma.5.

Roma.5.

Psal.15.

Psal.118.
Iesai.53.

Acto.8.

Iesai.15.

Iesai.53.

quoniam male tractatus est non aperuit os, vt ouis ad immolandum ductus est, & vt agnus ante eum qui se tõderet fuit sine voce, sic non aperuit os suum. In humilitate sublatum est iudicium eius, generationem eius qs enarrabit? quoniam tolletur de terra vita eius, ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortẽ. Dabo ergo malos pro sepultura eius, & diuites propter mortẽ eius, ob hoc qđ iniquitatẽ nõ fecerit, nec dolũ in ore suo, dñs vult purgare illũ de plaga. Si dederis vos ob delicta vestra aiam vestrã, videbitis semẽ lõgę vitæ vestrę, & vult dñs auferre a doloribus aiã eius, ondere illi lucẽ, & figurare p sensum, iustificare iustũ bñ seruiẽtẽ pluribus, et peccata illorũ ipse substinebit. propterea ipse hęreditabit quã plures, & fortium partietur spolia, propter qđ tradita est anima eius ad mortem, & inter iniquos æstimatus est, & ipse peccata multorum sustinuit, & propter iniquitates eorum traditus est. Attẽde etiam illud eiusdem prophetæ, quod de se completum, lectoris etiã functus officio in synagoga ipse recitauit: Spiritus domini super me, propter quod vnxit me, Euangelizare humilibus misit me, vt refrigerentur qui in pressura cordis sunt, prędicare captiuis indulgentiam, & cæcis visum. Omnes ergo agnoscamus, nec vllus exceptus sit eorũ, qui volumus corpori eius adhærere, per eum in ouile eius intrare, ad vitam & salutem quã suis promisit perpetuam peruenire. Omnes, inquam, agnoscamus eum, qui peccatum non fecit, & peccata nostra pertulit corpore suo super lignum, vt a peccatis separati cum iustitia viuamus, cuius cicatricibus sanati sumus infirmi cũ essemus tanquam pecora errantia.

μέρει

Esaiæ.61.

Ioan.10.

1.Pet.2.

Quvae cum ita sint, neminem vnquam eorum qui ad Christum accesserunt per baptismum, sana fides & sana doctrina putauit exceptum a gratia remissiõis peccatorum, nec esse posse alicui pręter regnum eius, æternam salutem. Hæc enim parata est reuelari tempore nouissimo, hoc est in resurrectione mortuorum pertinentiũ non ad mortem æternam, quę secunda mors appellat, sed ad vitam æternam, quam promisit nõ mendax deus sanctis & fidelibus suis, cuius vitæ participes omnes nõ viuificabuntur nisi in Christo, sicut in Adam omnes moriũtur. Quẽadmodũ enim oẽs omnino pertinentes ad generationem voluntatis carnis non moriuntur, nisi in Adam in quo omnes peccauerunt: sic ex his omnes omnino pertinentes ad regenerationem voluntatis spiritus, non viuificantur nisi in Christo, in quo omnes iustificantur: Quia sicut per vnum omnes ad condemnationem, sic per vnum omnes ad iustificationẽ. Nec est vllus vlli medius locus vt possit esse nisi cum

Colligit oẽs ege re morte Xp̃i.

CAP. XXVIII.

1.Cor.5.

Roma.3.

Non datur medius, nã omnem

vt sit cũ diabolo, ꝙ nõ ẽ cũ Christo idẽ i ſi, ſ. Hypognoſt. l. 3. Thorum opuſcul.

cum diabolo, qui non est cum Christo. Hinc & ipse dominus volens auferre de cordibus male credentium istã nescio quam medietatem, quam conantur quidam paruulis non baptizatis tribuere, vt quasi merito innocentiæ sint in vita æterna, sed quia non sunt baptizati, non sint cum Christo in regno eius, definitiuam protulit ad hęc ora obstruenda sententiam, vbi ait: Qui mecum non est, aduersum me est. Constitue igitur quẽlibet paruulum: Si iam cum Christo est, vt quid baptizatur: Si autm, qꝫ habet veritas, ideo baptizatur vt sit cum Christo, profecto non baptizatus non est cum Christo. Et qui non est cum Christo, aduersus Christum est: neque enim eius tã manifestam debemus aut possumus infirmare, vel immutare sententiam. Vnde igitur aduersus Christum, nisi ex peccato, neque enim ex corpore & anima, quæ vtraq; dei creatura est. Porro si ex peccato, quod in illa ætate nisi originale & antiquum? V na est quippe caro peccati, in qua omnes ad damnationem nascuntur, & vna est caro in similitudine carnis peccati, per quam omnes a damnatione liberantur. Nec ita dictum est omnes, velut quicunque nascuntur in carne peccati, ijdem ipsi omnes mundari intelligantur per carnem similem carni peccati: Non enim omnium est fides, sed omnes pertinẽtes ad generationem connubij carnalis, non nascuntur nisi in carne peccati: & omnes pertinentes ad generationem connubij spiritualis, non mundantur nisi per carnem similem carni peccati. Hoc est, illi per Adam ad cõdemnationem, isti per Christum ad iustificationem. Tanquam si dicamus, verbi gratia, V na est obstetrix in hac ciuitate, quæ omnes excipit, & vnus est hic literarum magister, qui omnes docet: neque ibi intelligi possunt omnes, nisi qui nascuntur, neque hic omnes, nisi qui discunt: non tamen omnes qui nascuntur literam discunt, sed cuius claret ingenium: quod & illic recte dictum est, omnes excipit, præter cuius manus nemo nascitur, & hic recte dictum est, omnes docet, præter cuius magisterium nemo discit. Consideratis autem omnibus diuinis testimonijs quę commemorauí, siue singillatim de vnoquoque disputans, siue aceruatim multa congestans, vel quęcunque similia nõ commemorauí, nihil inuenitur nisi quod vniuersa Ecclesia tenet, quę aduersus omnes prophanas nouitates vigilare debet: omnem hominẽ seperari a deo, nisi qui per mediatorem Christum reconciliatur deo, nec seperari quenquam nisi peccatis intercludentibus posse. Non ergo reconciliari nisi peccatorum remissione per vnam gratiam misericordissimi saluatoris, per vnam victimam verissimi sacerdotis: ac si omnes filios mulieris,

Matth. 12.

Roma. 8.

2. Thess. 3.

Idẽ in enchi. ca. 97. in. 1. Tomo. horum opuscul.

tis, quę serpenti credidit, vt libidine corrumperetur, non liberari a corpore mortis huius, nisi per filiũ virginis, quæ angelo credidit vt sine libidine fœtaretur. Luc. 1.

Bonũ cõiugij ꝙd CAP. XXIX.

BONVM ergo coniugij non est seruor concupiscentię, sed quidam licitus & honestus illo seruore vtẽdi modus, propagandę proli, non explendæ libidini accomodatus. Volũtas ista nõ voluptas illa nuptialis est. Quod igitur in membris corporis mortis huius inobedienter mouetur, totumque animum in se deiectum conatur attrahere, & neque cum mens voluerit exurgit, neque cum mens voluerit conquiescit, hoc est malum peccati, in quo nascitur omnis homo. Cum autem ab illicitis corruptionibus refrenatur, & ad sola generis humani supplementa ordinate propaganda permittitur, hoc est bonum coniugij, per quod ordinata societate nascitur homo. Sed nemo renascitur in Christi corpore, nisi prius nascatur in peccati corpore. Sicut autem bono vti male, malum est: sic malo bene vti bonum est. Duo igitur hęc, bonum & malum, & alia duo, vsus bonus & vsus malus sibimet adiũcta quatuor differentias faciunt. Bene vtitur bono, continentiam dedicans deo. Male vtitur bono, continentiam dedicans idolo. Male vtitur malo, concupiscentiam relaxans adulterio. Bene vtitur malo, concupiscentiam restringẽs connubio. Sicut ergo melius est bene vti bono, quam bene vti malo, cum sit vtrunque bonum: ita qui dat virginem suam nuptui, bene facit, & qui non dat, melius facit. De qua quæstione multo vberius & multo sufficien eius in duobus libris, vno De bono coniugali, altero De sancta virginitate, quantum dominus dedit pro mea tum virium exiguitate disserui. Nonꝺ aque per nuptiariũ bonũ defendãt cõcupiscẽtię malũ, ꝙ carnẽ & sangui nẽ ꝓuaricatoris aduersus carnẽ & sanguinẽ redẽptoris extollũt: nõ erigãtur in supbiã erroris alieni, de quorũ paruula ętate nobis dedit dñs humilitatis exẽplũ: solus sine peccato natus est, quẽ sine virili cõplexu non concupiscentia carnis, sed obedientia mentis virgo concepit. Sola nostro vulneri medicinam parere potuit, quæ non ex peccati vulnere germen piæ prolis emisit. Bene vti bono & male vti bono male vti malo, & bñ vti malo quõ possumus 1. Cor. 7.

Quid sit nasci denuo. CAP. XXX. Ioan. 3.

IAM nunc scrutemur diligentius quantum adiuuat dominus, etiam ipsum Euangelij capitulum vbi ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnũ dei. Qua isti sententia nisi mouerentur, omnino paruulos nec baptizandos esse censerent. Sed quia non ait, inquiũt, nisi quis renatus fuerit exaqua & spiritu, non habebit salutem vel vitã ętern ã: tantũmodo aũt dixit, nõ intrabit in regnũ dei: ad hoc paruuli baptizãdi sunt, vt sint ẽt cũ Christo in regno dei, vbi nõ erũt si baptizati

non

non fuerint, quanuis & sine baptismo si paruuli moriantur, salutem vitamque eternam habituri sint, quoniam nullius peccati vinculo obstricti sunt. Hęc dicentes, primo nunquam explicant isti, quia per iustitiam nullum peccatum habens, imago dei separatur a regno dei. Deinde videamus vtrum dominus Iesus vnus & solus magister bonus in hac ipsa Euangelica lectione non significauerit & ostenderit, non nisi per remissionem peccatorum fieri, vt ad regnum dei perueniant baptizati: quamuis recte intelligentibus sufficere debuerit, quod dictum est: Nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre regnum dei: Et nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum dei. Cur enim nascatur denuo, nisi renouandus? Vnde renouandus, nisi a vetustate? qua vetustate, nisi in qua vetus homo noster simul crucifixus est cũ illo, vt euacuetur corpus peccati? Aut vnde imago dei non intrat in regnum dei, nisi impedimento prohibente peccati? Veruntamen vt proposuimus, totam ipsam circunstantiam Euangelicæ lectionis ad rem de qua agitur pertinentem, intente quantũ possumus diligenterq; videamus. Erat autem homo, inqt, ex pharisæis Nicodemus nomine, princeps Iudęorum, hic venit ad eum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quia a deo venisti magister: Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo. Respondit Iesus & dixit ei: Amen amen dico tibi Nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre regnum dei. Dicit ad eũ Nicodemus: Quomodo potest homo nasci cũ sit senex? Nunquid potest in uterum matris suę itetum introire et nasci? Respondit Iesus: Amen amen dico tibi, nisi qs renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ potest introire in regnum dei. Quod natum est de carne, caro est, & quod natum est de spiritu, spiritus est. Non mireris, quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat aut quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respõdit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hęc fieri? Respondit Iesus & dixit ei: Tu es magister in Israel & hæc ignoras? Amen amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrũ non accipitis. Si terrena dixi vobis & non creditis, quomodo si dixero vobis cœlestia credetis? Nemo ascendit in cœlũ nisi qui de cœlo descendit, filius hominis qui in cœlo est. Et sicut Moyses exaltauit serpẽtem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Sic enim dilexit deus mundum vt filium suũ vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eũ non perat, sed

Ioan.3.

Roma.6.

Ioan.3.

Num.21.

habeat vitam æternam. Non enim misit deus filium suum in mundum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mũdus per ipsum. Qui credit in eum, non iudicatur. Qui autem non credit iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filij dei. Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui male agit odit lucem, & non venit ad lucem, ne arguantur opera eius: qui autem facit veritatem venit ad lucem, vt manifestentur eius opera, quia in deo sunt facta. Huc vsque est ad rem de qua quærimus pertinens totus sermo ille contextus, deinceps in aliud narrator accedit.

CVM ergo Nicodemus quæ dicebantur non intelligeret, quæsiuit a domino quomodo possent ista fieri. Videamus quid dominus ad hoc respõdeat. Profecto enim si ad interrogata respondere dignabitur, quomodo possunt ista fieri: hoc dicturus est, quomodo possit fieri regeneratio spiritalis venientis hominis ex generatione carnali. Notata itaq; paululum eius imperitia, qui se cęteris de magisterio præferebat, & omnium talium incredulitate reprehensa, quod testimonium non acciperent veritatis: addidit etiam se illis terrena dixisse nec eos credidisse, quærens vel admirãs quomodo essent cœlestia credituri. Sequitur tamen & respondet, quod alij credent, si illi non credunt, ad illud quod interrogatus erat, quomodo possunt ista fieri? Nemo, inqnit, ascendit in cœlũ, nisi qui de cœlo descendit filius hominis qui est in cœlo. Sic, inquit, fiet generatio spiritualis, vt sint cœlestes homines ex terrenis, quod adipisci non poterunt nisi membra mea efficiantur, vt ipse ascendat qui descendit, quia nemo ascendit, nisi qui descendit. Nisi ergo in vnitatem Christi omnes mutandi leuandiq; concurrant, vt Christus qui descendit ipse ascendat, non aliud deputans corpus suum, id est Ecclesiam suam, quam seipsum, quia de Christo & Ecclesia verius intelligitur. Erunt duo in carne vna, de qua re ipse dixit: Itaq; iam non duo, sed vna caro, ascendere omnino non poterunt: quia nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit filius hominis qui est in cœlo. Quamuis enim in terra factus sit filius hominis, diuinitatem tamen suam qua in cœlo manens descendit in terram, non indignam censuit nomine filij hominis, sicut carnem suam dignatus est nomine filij dei, ne quasi duo Christi ista accipiantur, vnus deus, & alter homo, sed vnus atque idem deus & homo: deus, quia in principio erat verbum, & deus erat verbum: homo, quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ac per hoc p distantiam diuinitatis & infirmitatis filius dei

Deus hõ, Ecclesia, vnus Xps. CAP. XXXI.

Gen.2. Mar.10.

Ioan.1.

manebat in cœlo, filius hominis ambulabat in terra: per vnitatem vero personę, qua vtraque substantia vnus Christus est, & filius dei ambulabat in terra, & idem ipse filius hominis manebat in cœlo. Fit ergo credibilior fides ex incredibilioribus crediris. Si enim diuina substantia longe distantior atque in comparabili diuersitate sublimior, potuit propter nos ita suscipere humanam substantiam, vt vna persona fieret, ac sic filius hominis qui erat in terra per carnis infirmitatem, idem ipse esset in cœlo per participatam carni diuinitatem: quanto credibilius alij homines sancti & fideles eius fiunt cum homine Christo vnus Christus, vt omnibus per eius hanc gratiam societatemque ascendentibus, ipse vnus Christus ascendat in cœlum, qui de cœlo descendit. Sic & Apostolus ait: Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra corporis cum sint multa, vnum est corpus: ita & Christus. non dixit, ita & Christi: id est, corpus Christi, vel membra Christi: sed, ita & Christus: vnum Christum appellans caput & corpus.

1.Cor.12.

Serpentis aspectu egẽt & parauli.

CAP. XXXII.

Num.21.

MAGNA hęc & mira dignatio, quę quoniam fieri non potest nisi per remissionem peccatorum, sequitur & dicit: Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui crediderit in eum non pereat, sed habeat vitam æternã. Quid tunc in deserto factum sit nouimus, serpentum morsibus multi moriebantur, tunc populus peccata sua confitens, per Moysen deprecatus est deum, vt hoc ab eis virus auferret: Ac sic Moyses ex præcepto domini exaltauit in deserto æneum serpentem: admonuitque populum, vt illum exaltatum quisquis a serpente morderetur attenderet, hoc facientes sanabantur continuo. Quid est exaltatus serpens nisi mors Christi, eo significandi modo quo per efficientem id quod efficitur significatur? A serpente quippe mors venit, qui peccatum, quo mori mereretur, homini persuasit. Dominus autem in carnem suam non peccatum transtulit tanquam venenum serpentis, sed tamen transtulit mortem: vt esset in similitudine carnis peccati pœna sine culpa, vnde in carne peccati & culpa solueretur & pœna. Sicut ergo tunc qui conspiciebat exaltatum serpentem & a veneno sanabatur, & a morte liberabat: sic nunc qui conformatur similitudini mortis Christi per fidem baptismumq; eius, & a peccato per iustificationem, & a morte per resurrectionem liberatur. Hoc est enim quod ait, Vt omnis qui credit in eũ non pereat, sed habeat vitam ęternam. Quid igitur opus est vt Christi morti per baptismam conformetur paruulus, si morsu serpentis non est omnino venenatus?

Gen.3.

Ioan.3.

CAP. XXXIII.

DEINDE si quod consequenter dicit, Deus sic dilexit

xit mundum vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam: perituras erat paruulus, nec habituras vitam æternam si per sacramentum baptismi non crederet vnigenitum filium dei, dum interim sic venit vt non iudicet mũdum, sed vt saluetur mundus per ipsum, præsertim quia sequitur & dicit, Qui credit in eum non iudicatur, qui autem non credit, iam iudicatus est. quia non credidit in nomine vnigeniti filij dei. Vbi ergo paruulos ponimus baptizatos nisi inter fideles? sicut vniuersę vbique Ecclesię clamat authoritas? ergo inter eos qui crediderunt: hoc enim eis acquiritur per virtutem sacramenti & oblationum responsionem: ac per hoc eos qui baptizati non sunt, inter eos qui non crediderunt. Porro si illi qui baptizati sunt non iudicantur, isti quia carent baptismo, iudicantur. Quod vero adiungit, Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines tenebras magis quam lucem, Vnde lux venit in mundum, nisi de suo dicit aduentu, sine cuius aduentus sacramento quomodo paruuli esse dicuntur in luce? Aut quomodo non & hoc in dilectione tenebrarum habent, qui quemadmodum ipsi non creduut, sic nec baptizandos suos paruulos arbitrantur, quando eis mortem corporis timent? In deo autem dicit facta opera eius, qui venit ad lucem, quia intelligit iustificationem suam, non ad sua merita, sed ad dei gratiam pertinere. Deus est enim, inquit Apostolus qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate. Hoc modo ergo fit omnium ex carnali genrratione ad Christum venientium regeneratio spiritalis. Ipse hoc aperuit, ipse monstrauit cum ab eo quæreretur, quomodo possent ista fieri: nemini humanam argumentationem in hac causa liberam fecit, vt non alienentur paruuli a gratia remissionis peccatorum. Non aliter transitur ad Christum, nemo aliter potest deo reconciliari & ad deum venire nisi per Christum.

Phil.2.

Duplex de paruulis error.

CAP. XXXIIII.

QVID de ipsa forma sacramẽti loquar? vellem aliqs istorum qui contraria sapiunt, mihi baptizandum paruulũ afferret. Quid in illo agit exorcismus meus, si in familia diaboli non tenetur? Ipse certe mihi fuerat responsurus pro eodem paruulo quem gestaret, quia ille pro se respondere non posset. quomodo ergo dicturus erat eũ renunciare diabolo, cuius in eo nihil esset? Quomodo conuerti ad deum, a quo non esset auersus, credere inter cętera in remissionem peccatorum, quæ illi nulla tribueretur? Ego quidem si contra hæc eum sentire existimarem, nec ad sacramenta cum paruulo in rare permitterẽ: ipse autem in hoc qua fronte ad homines, qua mente ad

deum se ferat ignoro, nec volo aliquid grauius dicere. Falsam igitur vel fallacem paruulis tradi baptismatis formam, in qua sonaret quod vtique agi videretur, & tamen nulla fieret remissio peccatorum, viderunt aliqui eorum nihil execrabilius ac detestabilius dici posse atque sentiri. Proinde quod attinet ad baptismum paruulorum, vt eis sit necessarius, redemptionem etiam ipsis opus esse concedunt, sicut cuiusdam eorum libello breuissimo continetur: qui tamen ibi remissionem alicuius peccati apertius exprimere noluit. Sicut autem mihi ipse literis intimasti, fatentur iam, vt dicis, etiam in paruulis per baptismum remissionem fieri peccatorum. Nec mirum; non enim redemptio alio modo posset intelligi. Nō tamen originaliter, inquiunt, sed in vita iam propria posteaquam nati sunt, peccarum habere cœperunt. Quam obrem vides iam quantum distet inter eos, contra quos in hoc opere diu iam multumque differui, quorum etiam Vnius legi librum ea continentem, quæ vt potui refutaui. Inter istos ergo vt dicere cœperam, qui omnino paruulos ab omni peccato & originali & proprio puros & liberos esse defendunt, & istos qui eos iam natos propria putant contraxisse peccata, a quibus eos credunt per baptismum oportere purgari: quantum interfit vides, Proinde isti posteriores intuendo scripturas & authoritatem totius Ecclesiæ, & formam ipsius sacramenti, bene viderunt per baptismum in paruulis peccatorum fieri remissionem: sed vt originale esset quicquid illud in eis est, vel nolunt dicere, vel videre non possunt: illi autem priores in ipsa natura humana, quæ ab omnibus vt consideretur in promptu est, bene viderunt q facile fuit ætatem illam in sua iam vita propria nihil peccati potuisse contrahere: sed ne peccatum originale fateantur, nullum esse omnino peccatum in paruulis dicent. In his ergo quæ singula vera dicunt, prius inter se ipsi consentiant, & consequenter fiet vt a nobis nulla ex parte dissentiant. Nam si paruulis baptizatis remissionem fieri peccatorum concedant illi istis, paruulos autem, vt ipsa natura in tacitis infantibus clamat, suæ vitæ propriæ nullum adhuc contraxisse peccatum cōcedant isti illis, concedant vtiq; nobis, nullum nisi originale restare, quod per baptismum soluatur in paruulis.

In paruulis non eē peccatū vitę. CAP. XXXV.

AN vero & hoc quæsituri, & de hoc disputaturi, & tempus ad hoc impensuri sumus, vt probemus atque doceamus quomodo per propriam voluntatem, sine qua nullum vitæ propriæ potest esse peccatum, nihil mali commiserint infantes, qui propter hoc vocantur ab omnibus innocentes? Nonne tanta infirmitas animi & corporis, tanta rerum ignorantia, tam nulla omnino præcepti

cepti capacitas, nullus vel naturalis vel conscriptæ legis sensus aut motus, nullus in alterutram partem rationis vsus, hoc multo testatiore silentio, quam sermo noster proclamat atque indicat? Valeat aliquid ad seipsam persuadendam ipsa euidentia; nam nusquam sic non inuenio quid dicam, quam vbi res de qua dicitur, manifestior est quam omne quod dicitur. Vellem tamen quisquis hoc sapit diceret, quod peccatum viderit vel putarit infantis recentis ab vtero, cui redimendo fatetur iam baptismum necessarium, quid mali in hac propria sua vita per animum proprium corpusue commiserit. Si forte quod plorat tædioque est maioribus, mirum si hoc iniquitati, non infelicitati potius deputandum est? An quod ab ipso fletu nulla sua ratione, nulla cuiusquam prohibitione compescitur? At hoc ignorantiæ est, in qua profundissima iacet, qua etiam matrem cum post exiguum tempus valuerit, percutit iratus, & sæpe ipsas etiam mammas, quas dum esurit, exugit. Hæc non modo feruntur, verumetiam diliguntur in paruulis, & hoc quo affectu nisi carnali, quo etiam risus iocusque delectant, acutorum quoque hominum ipsa quasi absurditate conditus: qui si eo modo sentiretur, vt dicitur, non iam illi tanquam faceti, sed tanquam fatui riderentur? Ipsos quoque fatuos videmus, quos vulgo moriones vocant, ad cordatorum delitias adhiberi, & in mancipiorum æstimatione pretiosiores esse cordatis: tantum valet carnalis affectus etiam minime fatuorum in delectatione alieni mali. Nam cum homini iocunda sit aliena fatuitas, nec ipse tamen talis esse voluisset, & si suum paruulum filium, a quo garriente talia pater lætus expectat & prouocat, talem præsciret futurum esse cum creuerit, nullo modo dubitaret miserabilius lugendum esse quam mortuum. Sed dum spes subest incrementorum, & ingenij lumen accessurum creditur ætatis accessu, sic vt conuitia paruulorum etiam in parentes, non solum iniuriosa non sint, verumetiam grata atque iocunda sint. Quod quidem prudentium nemo probauerit, vt a dictis vel factis huiusmodi non tantum non prohibeantur, cum prohiberi iam possunt, verum in hæc etiam concitentur studio ridendi & vanitate maiorum. Nam plerunque illa ætas iam patrem matremque agnoscens, neutri eorum audet maledicere, nisi ab altero eorum, aut ab vtroque vel permissa vel iussa. Verum hæc eorum sunt paruulorum, qui iam in verba prorumpunt, & animi sui motus qualibuscunque linguæ signis promptare iam possunt. Illam potius recentium natorum profundissimam ignorantiam videamus, ex qua ad istam non permansuram balburientem fatuitatem, tan-

Moriones.

quam ad scientiam locutionemque tendentes, proficiendo venerunt.

Vnde ignorãtia in animis hoĩum CAP. XXXVI.

ILLAS, inquam, consideremus tenebras mentis vtique rationalis, in quibus & deum prorsus ignorant, cuius sacramentis etiam cum baptizantur obsistunt. In has quæro vnde & quando submersi sint, itane vero eas hic contraxerunt, & in hac vita sua iam propria per nimiam negligentiam oblitisunt deum, prudentes vero & religiosi vixerunt vel in vteris matrum? Dicant ista qui auti fuerint, audiant qui voluerint, credant qui potuerint. Ego autem puto, quod omnes quorum mentes non obnubilat defendendæ suæ sententiæ pernicacia, hæc sentire non possunt. An nullum est ignorantiæ malum, & ideo nec purgandum? Et quid agit illa vox, Delicta iuuentutis & ignorantiæ meæ ne memineris? Etsi enim damnabiliora peccata sunt, quæ ab scientibus committuntur, tamen si ignorantiæ peccata nulla essent, hoc non legeremus quod commemoraui, Delicta iuuentutis & ignorantiæ meæ ne memineris. In illas igitur ignorantiæ densissimas tenebras, vbi anima infantis recentis ab vtero, vtique anima hominis, vtique anima rationalis, non solum indocta, verumetiam indocilis iacet, quare, aut quando, aut vnde contrusa est, si naturæ est hominis sic incipere, & non iam vitiosa est ista natura? Cur non talis creatus est Adam?

Psal. 24.

Gen. 2.

Cur ille capax præcepti, & valens vxori & omnibus animalibus nomina imponere? Nam & de illa dixit, Hæc vocabitur mulier: & quodcunque vocauit Adam animam viuam, hoc est nomen eius. Iste autem nescions vbi sit, quid sit, a quo creatus a quibus genitus sit, iam reus delicti, necdum capax præcepti, tam profunda ignorantiæ caligine inuolutus & pressus, vt neque tanquam de somno excitari possit vt hæc saltem demonstrata cognoscat: sed expectetur tempus quo hanc nescio quam velut ebrietatem, non per vnam noctem, sicut quælibet grauissima solet, sed per aliquot menses atque annos paulatim digerat: quod donec fiat tam multa, quæ in maioribus punimus, toleramus in paruulis, vt numerari omnino non possint. hoc tam magnum ignorantiæ atque infirmitatis malum, si in hac vita iam nati paruuli cõtraxerũt, vbi, quãdo, quomodo magna aliqua impietate cõmissa repẽte tãtis tenebris inuoluti sunt?

Quot Christus infans natus ẽ secus Atq; Adã CAP. XXXVII.

DICET aliquis, Si hæc natura pura non est, sed vitiosa primordia, quia talis non est creatus Adam, cur Christus longe excellentior & certe sine vllo peccato natus ex virgine, in hac tamen infirmitate atque ætate procreatus apparuit? Huic propositioni respondemus: Adam propterea non talem creatum, quia nullius parentis

rentis præcedente peccato, est creatus in carne peccati, Nos ideo tales, quia illius præcedente peccato, nati sumus in carne peccati. Christus ideo talis, quia vt de peccato condemnaret peccatum, natus est in similitudine carnis peccati. Non enim hic agitur de Adam quod pertinet ad corporis quantitatem, quia non paruulus factus est, sed perfecta mole membrorum. Potest enim dici etiam pecora sic creata, nec tamen eorum peccato factum esse, vt ex eis pulli paruuli nascerentur, quod quale sit nunc non quærimus: sed agitur de illius mentis quadam valentia vsuque rationis, quo præceptum dei legemque mandati & docilis Adam caperet, & facile posset custodire si vellet. Nunc autem homo sic nascitur, vt omnino non possit propter horrendam ignorantiam atque infirmitatem, non carnis sed mentis, cum omnes fateamur in paruulo non alterius sed eiusdem substantiæ cuius in primo homine fuit, hoc est, rationalem animam degere, quanquam etiam ipsa tanta carnis infirmitas, nescio quid, quantum arbitror, pœnale demonstrat. Mouet enim si primi illi homines peccassent, vtrum tales essent filios habituri, qui nec lingua nec manibus nec pedibus vterentur. Nam propter vteri capacitatem fortasse necesse fuerit paruulos nasci, quamuis cum exigua sit pars corporis costa, non tamen propter hoc deus paruulam viro coniugem fecit, quam ędificauit in mulierem: vnde & eius filios poterat omnip otentia creatris mox ædítos grandes protinus facere.

Gene. 2.

Ignorãtia ĩfãtis CAP. XXXVIII.

SED vt hoc omittam, poterat certe quod multis etiã pecoribus præstitit, quorum pulli quanuis sint paruuli, neque accedentibus corporis incrementis etiam mente proficiant, quoniam rationalem animam non habent, tamen etiam minutissimi & currunt & matres agnoscũt, nec sugendis vberibus cura & ope admouentur alienа, sed, ea ipsi in maternis corporibus loco abdito posita mirabili facilitate nouerunt. Contra homini nato nec ad incessum pedes idonei, nec manus saltem ad scalpendum habiles, & nisi ope nutrientis admotis labris papillæ vberis inger antur, nec vbi sint sentiunt, & iuxta se iacentibus mammis magis possint esurientes flere, quam fugere. Proinde infirmitati mentis congruit hæc omnino infirmitas corporis, nec fuisset caro Christi in similitudine carnis peccati, nisi caro esset ista peccati, cuius ponderе rationalis anima sic grauatur, siue & ipsa ex parentibus tracta sit, siue ibidem creata, siue desuper inspirata, quod nunc quærere differo.

Rom. 8.

Sap. 9.

Qũo euacuetur peccatũ per baptismũ ĩ paruulis, simĩr & ĩ adultis, & qd inde cõsequat utilitatis CAP. XXX X.

IN paruulis certe gratia dei per baptismum eius, qui venit in similitudine carnis peccati, id agitur vt euacuetur caro peccati. Euacuatur autem non ut in ipsa viuẽte

carne concupiscentia conspersa & innata repente absu
matur & non sit, sed ne obsit mortuo, quæ inerat nato
Nam si post baptismum vixerit, atque ad ætatem capa-
cem præcepti peruenire potuerit, ibi habet cum qua pu-
Roma.7. gnet eamque adiuuante deo superet, si non inuacuum
gratiam eius susceperit, si reprobatus esse noluerit. Nam
nec grandibus hoc præstatur in baptismo, nisi forte mi
Idē uꝑ Euang. raculo ineffabili omnipotentissimi creatoris, vt lex pec
Ioānis trac.41. cati quæ inest in membris repugnas legi mentis, peni-
in Tomo.9. tus extinguatur & non sit, sed vt quicquid mali ab ho-
mine factum, dictum, cogitatum est, cum eidem concu-
piscentiæ subiecta mente seruiret, totum aboleatur ac ue
lut factum non fuerit habeatur. Ipsa vero soluto rea-
tus vinculo quo illam diabolus animam retinebat, &
intercluſione destructa, quæ hominem a suo creatore se-
parabat, maneat in certamine, quo corpus nostrum ca-
stigamus & seruituti subijcimus, vel ad vsus licitos
1.Cor.9. & necessarios relaxanda, vel continentia cohibenda.
Sed quoniam diuino spiritu qui multo melius quam nos
omnia generis humani nouit, vel præterita vel præsen-
Psal.142. tia, vel futura, talis vita humana præcognita atque præ
dicta est, vt non iustificetur in conspectu dei omnis vi-
uens, fit vt per ignorantiam vel infirmitatem non exer-
tis aduersus eam totis viribus voluntatis, eidem ad illi-
cita etiam nonnulla cedamus: tanto magis & crebrius
quanto deteriores, tanto minus & rarius quanto me-
liores sumus. Sed quoniam de hac quæstione in qua
quæritur, vtrum possit vel vtrum sit, fuerit futurus ve
Ioan.14. sit homo sine peccato in hac vita, excepto illo qui di-
xit, Ecce venit princeps mundi & in me nihil inueni-
et; aliquanto diligentius differendum est, iste sit huius vo
luminis modus, vt illud ab alio quæramus exordio.

Libri Primi Finis.

D. AVRELII
AVGVSTINI HIPPONEN
SIS EPISCOPI, DE PECCATO-
rum meritis & remissione, & de ba-
ptismo paruulorum ad Marcel-
linum, Liber secundus.

CAP. I.

DE BAPTISMO paruulorum Marcelline charissime, quod non solum eis ad regnum dei, verum etiam ad salutem vitamq; æternã adipiscendã deꝛ, q̃ sine dei regno, & sine xp̃i saluatoris societate, in q̃ nos suo sanguine redemit, hẽre nullus potest, priore libro satis, vt arbitror, disputauimus. In hoc autem viuat ne aliquis in hoc seculo, vel vixerit, vicu- 1.Tim.2.
rusue sit sine vllo omnino peccato, excepto vno media tore dei & hominum homine Christo Iesu, qui dedit se metipsum redemptionem pro omnibus, quanta ipse do nat diligentia vel facilitate, differendum enodandumq; susceperi: cui disputationi si se identidem aliqua necessita te vel opportunitate inseruerit quæstio de baptismo vel peccato paruulorum, mirandum non erit, nec defugien dum vt eis locis ad omnia, quę responsionẽ nostram fla gitant, sicut valemus respondeamus.

Libr. arb. qdã ni
miũ tribuunt.
CAP. II.

HVIVS autem quæstionis solutio de hominis A ita sine vlla subreptione vel prꝙoccupatione peccati, ꝓpter quotidianas etiam nostras orationes maxime necessa ria est. Sunt enim quidam tantum præsumentes de libe ro humanę volũtatis arbitrio, vt ad nõ peccãdũ nec ad iuuandos nos diuinitus opinentur, semel ipsi naturæ no strę concesso liberæ voluntatis arbitrio. Vnde fit conse quens, vt nec orare debeamus ne intremus in tentatio nem, hoc est, ne tentatione vincamur, vel cum fallit & prꝙoccupat nescientes, vel cum premit atque vrget in firmos. Quam sit autem noxium, & saluti nostrę quæ in Christo est pernicioſum atque contrarium, ipsique religioni qua imbuti sumus, & pietati qua deum colimus, Matth.6.
quam vehementer aduersum, vt pro adipiscendo benefi cio deum non rogemus, atque in ipsa oratione domini ca, ne nos inferas in tentationem, frustra positum existi memus, verbis explicare non possumus.

Nemo peccat nĩ
si volens.
CAP. III.

ACVTE autem sibi videntur dicere, quasi nostrum hoc vllus ignoret, quod si nolumus non peccamus, nec
prꝙciperet

Nō ꝑciperet ꝺus hoī ꝙ humanæ ipossibile eēt voluntati, i qūt, pel. 3. hoc fusius, & clar i Psal.142. us so lutū ē sup. ꝺ gra et li. arb. ad. val. cap. 17.

Luc.6.

Iac.2.

Peccati semē q̄tenus ī nobis.

CAP. IIII.

1.Cor.15.

Roma.8.
Matth.6.

Malū ñ ē ī nob. natura, 3 vitio q̄ volūtate primus hō plasusē

Roma.7.

Roma.6.

præciperet deus homini quod esset humanę impossibile voluntati. Sed hoc non vident, quod ad nonnulla superanda, vel quæ male cupiuntur, vel quæ male metuuntur, magnis aliquādo & totis viribus opus est voluntatis, quas nos non perfecte in omnibus adhibituros præuidit, qui per prophetam veridice dici voluit, Nō iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Tales itaq; nos dominus futuros prouidens, quędam salubria remedia contra reatum & vincula peccatorū etiam post baptismum dare ac valere dignatus est, opera scilicet misericordię, cum ait, Dimitte & dimittetur vobis: date & dabitur vobis. Quis enim cum aliqua spe adipiscendæ salutis æternæ de hac vita migraret, manente illa sententia, quod quicunque totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus, nisi post paululū sequeretur, Sic loquimini, & sic facite tanquam per legē libertatis incipientes iudicari? Iudicium enim sine misericordia, illi qui non facit misericordiam. Superexaltat autem misericordiam iudicio.

CONCVPISCENTIA igitur tanquam lex peccati, manēs in mēbris corporis mortis huius, cū paruulis nascitur, in paruulis baptizatis a reatu soluitur, ad agonem relinquitur, ante agonem mortuos nulla damnatione persequitur. Parnulos non baptizatos reos innectit, & tanquam irę filios etiam si paruuli moriantur ad condemnationem trahit. In grandis autem baptizatis, in q̄bus iam ratione vtentibus quicquid eidem concupiscētię mēs ad peccandum consentit, proprię volūtatis est, deletis peccatis omnibus, soluto etiam reatu, quo vinctos originaliter detinebat, ad agonem interim manet, non sibi ad illicita consentientibus nihil omnino nocitura, donec absorbeatur mors in victoriam, & pace perfecta nihil quod vincatur existat. Consentientes autem sibi ad illicita reos tenet, & nisi per medicinā pœnitentiæ & opera misericordię per cœlestem sacerdotem pro nobis interpellantem sanentur, ad secundam mortē dānationēq; perducit. Propter hoc & dominus orare nos docens, inter cetera monuit vt dicamus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & ne nos inferas in tentationem, sed libera nos a malo. Manet enim malum in carne nostra, non natura in qua diuinitus creatus est homo, sed vitio quo voluntate prolapsus est, vbi amissis viribus, non ea, qua vulneratus est, voluntatis facilitate sanatur. De hoc malo dicit Apostolus, Scio quoniam non habitat in carne mea bonum. Cui malo nos non obedire præcipit cum dicit, Non ergo regnet peccatū in vestro mortali corpore ad obediēdū desideris eius. Si ergo his desideriis cō-

cupiscentiæ

cupiscentiæ carnis illicita voluntatis inclinatione consenserimus, ad hoc sanandum dicimus, Dimitte nobis debita nostra: adhibentes remedium ex opere misericordiæ, in eo quod addimus, Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Vt autem non ei consentiamus, deprecamur adiutorium dicentes, Et ne nos inferas in tentationem: vel sicut nonnulli codices habent, ne nos inducas intentationem. Non quod ipse deus tali tentatione aliquem tentet, nam deus intentator malorum est. Ipse.n. neminem tentat, sed vt si forte tentari cœperimus a cōcupiscētia nostra, adiutorio eius nō deseramur, vt in eo possimus vincere, ne abstrahamur illecti. Deinde addimus quod perficietur in fine, cum absorbebitur mortale a vita, Sed libera nos a malo. Tunc enim nulla erit talis concupiscentia, cum qua certare, & cui non consentire iubeamur. Sic ergo totum hoc in tribus beneficijs positū breuiter peti potest, Ignosce nobis ea in quibus sumus abstracti a cōcupiscentia, adiuua ne abstrahamur a concupiscentia, aufer a nobis concupiscentiam.

Iac.1.

Sup̄ euā. Io. tra. 41. in Tom. 9.

AD peccandū nāq; non adiuuamur a deo, iusta aūt agere uel iustitię p̄ceptū oī ex parte īplere nō possumus nisi adiuuemur a deo. Sicut.n. corporis oculus nō adiuuat a luce, vt ab eadem luce clausus aduersusue discedat, vt autem videat adiuuatur ab ea, neq; hoc omnino nisi illa adiuuerit, pōt: ita deus, qui lux est hominis interioris, adiuuat nostræ mentis obtutum, Vt non secundum nostram, sed secuneum eius iusttiam boni aliquid operamur. Si autem ab illo auertimur, nostrum est, & tunc secundum carnem sapimuss, tunc concupiscentiæ carnis ad illicita cōsentimus. Conuersos ergo deus adiuuat, auersos deserit. Sed etiam vt conuertamur, ipse adiuuat, quod certe oculis corporis lux ista non præstat. Cum ergo nobis iubet dicens, Conuertimini ad me & ego conuertar ad vos: noscq; illi dicimus, Conuerte nos deus saniratum nostrarum, & deus virtutum conuerte nos: quid aliud dicimus, quam da quod iubes? Cū iubet dicendo, Intelligite ergo qui insipientes estis in populo: & nos illi dicimus, Da mihi intellectum vt discam mādata tua: quid aliud dicimus, quam da quod iubes? Cum iubet dicendo, Post concupiscentias tuas non eas, nosque dicimus, Scimus quia nemo potest esse continens, nisi deus det: quid aliud dicimus, quam da quod iubes? Cum iubet dicendo, Facite iustitiam: nosque dicimus, Doce me iustificationes tuas: quid aliud dicimus quam da quod iubes? Item cum dicit, Beati qui esuriunt & sitiūt iustitiam, qm̄ ipsi saturabuntur: a quo debemus petere cibum potumque iustitię, nisi ab illo qui esurientibus eam & sitientibus promittit eius saturitatem?

Volūtas hoīs ē get ope dei.

CAP. V.

Similitudo.

Deus adiuuat ut cōuertamur idē sup. i d gra et li. ar. ad. val. c. 15. 16. & 17. et i cō cil. ara. cā. 3. et. 4 in. 1. To. cō cil.

Zach. 1.

Psal. 76.

Psal. 93.

Psal. 118

Eccl. 18.

Sap. 8.

Psal. 118.

Matt. 5.

Repellamus

Repellamus itaque ab auribus & mentibus nostris eos qui dicunt accepto semel liberæ voluntatis arbitrio nec orare nos debere, vt deus nos adiuuet ne peccemus. Talibus enim tenebris nec phariſeus ille cæcabatur, qui quanuis in hoc erraret, quod ſibi addendum ad iuſtitiã nihil putabat, ſeque arbitrabatur eius plenitudine ſaturatum: deo tamen gratias agebat, quod nõ eſſet ſicut cæteri homines, iniuſti, raptores, adulteri, ſicut ille publicanus, quod bis in ſabbato ieiunaret, quod omnium quæ poſſidebat decimas daret. nihil ſibi addi ad iuſtitiã iã putabat: ſed tñ ex ijs quę habebat gratias deo agendo, ab illo ſe accepiſſe omnia fatebatur: & tamen improbatus eſt, & quia veluti ſaturatus nihil de alimentis iuſtitiæ iã rogabat accipere, & quod eam publicano eſurienti ac ſitienti ſe velut inſultans prę ferre geſtiebat. Quid ergo illis fiet, qui & ſi fateantur ſe non habere, vel nõ plenam habere iuſtitiam, tamen a ſemetipſis habendã, non a ſuo creatore, vbi horreum eius & fons eius eſt, deprecandã eſſe præſumunt? Nec ideo tamen de hac re ſolis voris agendum eſt, vt non ſubinferatur annitendo etiam noſtrę efficacia voluntatis. Adiutor enim noſter deus dicitur. & Nec adiuuari poteſt, niſi qui aliquid ſpõte conatur, quia non ſicut in lapidibus inſenſatis, aut ſicut in eis in quo rum natura rationem voluntatemque non condidit, ſalutem noſtram deus operatur in nobis. Cur autem illũ adiuuet, illum non adiuuet: illum tantum, illum autẽ nõ tantum: iſtum illo, illum iſto modo, penes ipſum eſt & æquitatis tam ſecretæ ratio & excellentia poteſtatis.

Luc. 18.

Hic conatus ingenii ſup. i. de gratia & libero arbit. 17. determinauit q ſine nobis deus opaꝝ velle i nobis, at nobiſcum poſtea cooparaꝝ.

Hõ põt abſque pcõ viuere operis diuina.

NAM qui dicunt eſſe poſſe in hac vita hominem ſine peccato, non eſt eis continuo incauta temeritate obſiſtẽdum. Si enim eſſe poſſe negauerimus, & hominis libero arbitrio, qui hoc volendo apperit, & dei virtuti vel miſericordiæ, qui hoc adiuuando efficit, derogamus. Sed alia quæſtio eſt, vtrum eſſe poſſit: alia vtrum ſit: alia ſi nõ eſt cum poſſit eſſe, cur non ſit: alia vtrum qui omnino nunquam vllum peccatum habuerit, non ſolum quiſq̃ ſit, verumetiam poterit aliquando eſſe vel poſſit. In hac quadripartita propoſitione quæſtionum ſi a me quęratur, vtrum homo ſine peccato poſſit eſſe in hac vita, cõfitebor poſſe per dei gratiam & liberum eius arbitrium: ipſum quoque liberum arbitrium ad dei gratiam, hoc eſt, ad dei dona pertinere non ambigens, nec tantum vt ſit, verumetiam vt bonum ſit: id eſt, ad facienda mandata domini conuertatur: atque ita dei gratia non ſolum oſtendat quid faciendum ſit, ſed adiuuet etiam vt poſſit fieri quod oſtenderit. Quid enim habemus quod non accepimus? Vnde & Hieremias dicit, Scio domine, quia non eſt in homine via eius, nec viri eſt vt ambulet et dirigat

CAP. VI.

1. Cor. 4.

Hier. 10

rigat greſſus ſuos. Hinc & in pſalmis, cum quidam dixiſſet deo, Tu prę cepiſti mandata tua cuſtodiri nimis: continuo non de ſe præſumpſit, ſed optauit vt faceret. Vtinam, inquit, dirigantur viæ meę ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas, tunc non confundar, dum in ſpicio in omnia mandata tua. Quis autem optat quod in poteſtate ſic habet, vt ad faciendum nullo indigeat adiumento? A quo autem id optet, quia non a fortuna, vel a fato, vel a quolibet alio præter deum, in conſequentibus ſatis oſtendens, Itinera mea, inquit, dirige ſecundum verbum tuum, & non dominetur mihi omnis iniquitas. Ab huius execrandæ dominationis ſeruitute liberantur, quibus dominus Ieſus eum recipientibus dedit poteſtatem filios dei fieri. Ab iſta horrenda dominatione liberandi fuerant quibus dicit, Si vos filius liberauerit, tunc vere liberi eritis. His atque huiuſmodi alijs innumerabilibus teſtimonijs dubitare non poſſum, nec deum aliquid impoſſibile homini prę cepiſſe, nec deo ad opitulandũ, quo fiat quod iubet, impoſſibile aliquid eſſe: ac p̃ hoc poteſt homo ſi velit, eſſe ſine peccato, adiutus a deo.

Pſal. 118.

Ioan. 1.

Ioan. 8.

A baptiſmo initiũ renouatiõis.

CAP. VII.

SI autem quod ſecundo loco poſuerã, quęratur utrũ ſit, eſſe non credo. Magis enim credo ſcripturę dicenti, Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo, quoniam non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Et ideo miſericordia dei opus eſt, quæ ſuperexultat iudicio, quæ illi non erit qui non facit miſericordiam. Et q̃ Propheta cum diceret, Dixi, pronunciabo aduerſus me delictum meum domino, & tu dimiſiſti impietatem cordis mei: cõtinuo ſubiunxit, Pro hac orabit ad te oĩs ſanctus in tẽpore opportuno. Non ergo omnis peccator, ſed omnis ſanctus: vox enim ſanctorum eſt, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Vnde in eiuſdem Apoſtoli Apocalypſi, illa centum quadraginta & quatuor milia ſanctorum q̃ ſe cum mulieribus non coinquinauerunt, virgines enim permanſerunt, & non eſt inuentum in ore eorum mendacium, quia irreprehenſibiles ſunt, quia ſeipſos veraciter reprehenderunt. Et ideo non eſt inuentum in ore eorum mendacium, quia ſi dicerent ſe peccatum non habere, ſeipſos deciperent, & veritas in eis non eſſet, & vtique mendacium eſſet vbi Veritas non eſſet: quoniam iuſtus cum in ſermonis exordia accuſator ſui eſt, non vtique mentitur. Ac per hoc in eo quod ſcriptum eſt, Qui natus eſt ex deo non peccat, & non poteſt peccare, quia ſemen eius in ipſo manet: & ſi quid aliud eo modo dictum eſt, multum falluntur minus conſiderãdo ſcripturas. Non enim aduertunt eo quoſque fieri filios dei, quo eſſe incipiũt in nouitate ſpiritus, & renouari in interiorem

Pſal. 142.

Pſal. 31.

1. Ioan. 1.

Apoc. 14.

Nemo põt dicere ego sũ ſine pcõ, xpo excepto, p ut determinatũ ẽ ab eccl. i cõcilio mileu. can. 6. 7. &. 8. & i cõcil. aphri. cã. 81. 82. &. 83. in. 1. T. eõ cil. & i cõ 1. Io. 3 eccl. dog. c. 21. 22. &. 23. i 1. To. ho. opaſ. In bapt. incipimus eẽ filij dei,

teriorem hominem secundum imaginem eius qui creauit eos. Non enim ex qua hora quisque baptizatur, omnis vetus infirmitas eius absumitur, sed renouatio incipit a remissione omnium Peccatorum. Et inquantū quisque spiritalia sapit, qui iam sapit, intantum renouatur. Cetera vero in spe facta sunt, donec etiā in re fiant, vsq; ad ipsius corporis renouationem in meliorē statum immortalitatis & incorruptionis, qua induemur in resurrectione mortuorum. Nam & ipsam dominus regenerationem vocat, non vtique talem qualis fit per baptismum. sed in qua etiam corpore derficietur quod nunc spiritu inchoa t. In regeneratiõe, inqt, cū sederit filius hominis in sede maiestatis suæ sedebitis & vos super duodecim sedes iudicātes duodecim tribus Israel. Nā i baptismo ēq uis tota & plena fiat remissio peccatorū, ñ si cōtinuo tota & plena etiam hoīs in æternā nouitatē mutatio fieret, nō dico & in corpore, qđ certe manifestū est adhuc in veterem corruptionem atque in mortem tendere, in fine postea renouandum quando vere tota nouitas erit: sed excepto corpore, si in ipso animo qui est homo interior, perfecta in baptismo nouitas fieret, non diceret Apostolus, Et si exterior homo noster corrūpitur, sed interior renouatur de die in diē. Profecto enim qui de die in diem adhuc renouatur, nondum totus est renouatus: & in quantum nondum renouatus, intantum adhuc in uetustate est. Proinde ex hoc quod adhuc in uetustate sunt, quāuis iā baptizati, ex hoc etiā adhuc sunt filij seculi. Ex hoc autem quod in nouitate sunt, hoc est ex plena & perfecta remissione peccatorum, & quantumcumque illud est quod spiritaliter sapiunt, eique congruos mores agunt, filij dei sunt. Intrinsecus enim exuimus veterem hominem & induimus nouum: quoniam ibi deponimus mendacium & loquimur veritatem, & cætera quibus Apostolus explicat quid sit exui veterē hominē, & indui nouū, qui secūdum deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Et hoc vt faciant, iam baptizato fideles que adhortatur, quod adhuc monendi non essent si hoc in baptismo iam perfecte factū esset, & tamē factū est, sicut & salui facti sumus. Saluos, n. nos fecit p lauacrū regenerationis. Sed alio loco dicit, quēadmodū hoc sit factū. Non solū, inquit, sed etiā nosipsi primitias habentes spiritus & ipsi in nobismetipsis ingemiscimus, adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri. Spe enim salui facti sumns. Spes autē quæ videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod nō videmus speramus, per patientiam expectamus.

Matth. 19.

In resurrectione tota reuouatio fiet.

2. Cor. 4.

Ephe. 4.

Roma. 8.

Perfectio qñ.

CAP. VIII.

ADOPTIO ergo plena filiorum in redemptione fiet etiam,

etiam corporis nostri. Primitias itaque spiritus nunc habemus, Vnde iam filij dei re ipsa facti sumus: in cæteris vero spe sicut salui, sicut innouati, ita & filij dei: re autē ipsa quia nondum salui, ideo nondum plene innouati, nō dum etiam filij dei, sed filij seculi. Proficimus ergo in renouationem iustamque vitam per quod filij dei sumus, & per hoc peccare omnino non possumus, donec totū in hoc transmutetur, etiam illud per quod adhuc filij seculi sumus: per hoc enim & peccare possumus. Ita fit vt qui natus est ex deo, non peccet. Et si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Consumetur ergo quod filij carnis & seculi sumus, & perficietur quod filij dei & spiritu renouati sumus. Vnde idem Ioannes, Dilectissimi, inquit, filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Quid est hoc, sumus & erimus, nisi quia sumus in spe, erimus in re? Nam sequitur & dicit, Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniā videbimus eum sicuti est. Nūc ergo ei similes esse iam cœpimus primitias habentes spiritus: et adhuc dissimiles sumus, per reliquias vetustatis. Proinde inquantum similes, in tantum regenerante spiritu filii dei: inquantum autem dissimiles, in tantum filii carnis & seculi. Illinc ergo peccare non possumus: hinc vero si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos decipimus: donec totum transeat in adoptionem, & non sit peccator, & quæras locum eius & non inuenias.

Roma. 8.

Vt filij seculi dicere non possumus no esse sine peccato.

1. Ioan. 1.

1. Ioan. 3.

FRVSTRA itaque nonnulli etiam illud argumentantur vt dicant, Si peccator genuit peccatorem, vt par vulo eius reatus originalis peccati in baptismi acceptio ne soluatur, etiam iustus iustum gignere debuit: quasi ex hoc quisque carnaliter gignat quod iustus est, & nō ex hoc potius, quod in membris eius concupiscentialiter moretur, & ad vsum propagandi lex peccati mētis lege conuertitur. Ex hoc ergo gignit quod adhuc vetustum trahit inter filios seculi, non ex hoc quod in nouitatē promouit inter filios dei. Filii enim seculi huius generant & generantur. Inde & quod nascitur tale est, quia & quod nascitur de carne, caro est. Iusti autem non sunt nisi filii dei. Inqnantum autem sunt filii dei, carne nō gignunt, quia ex spiritu ipsi, non carne nati sunt. Sed ex hoc carne gignunt quicunq; eorum gignūt, ex quo nondum in nouitatem perfectam totius vetustatis reliquias commutarunt. Vnde quisquis filius de hac parte nascitur vetusta & infirma, necesse est vt etiam ipse vetustus sit & infirmus: idcirco oportet etiam vt ipse in aliam generationem per remissionem peccati spiritu renouetur. quod fiũ eo non fit, nihil

Quare iustus nō gignit iustum.

CAP. IX.

Idē ifra. c. 25. in isto. 2. li. & hoc exēplis phat īfra ī li. 3. cap. 8.

ei

ei proderit pater iustus: spiritu enim iustus est quo eum non genuit: si autem fit, nihil ei oberit etiam pater iniustus. Iste enim gratia spiritali in spem nouitatis æternæ transitum fecit; ille autem mente carnali totus in uetustate permansit.

Confert scripturas. CAP. X.

NON igitur contrarium testimonium est illud quod dictum est, qui natus est ex deo nõ peccat: ei testimonio quo iam natis ex deo dicitur, Si dixerimus quia peccatum non habemus nosipsos decipimus & veritas in nobis non est. Quandiu enim homo quãuis totus in spem iam, & iam in re ex parte in regeneratione spiritali renouatus, adhuc tamen portat corpus quod corrumpitur & aggrauat animam, quid quo pertineat, & quid vnde dicatur, etiam in vno homine distinguendum est. Nã vt ego arbitror non facile cuiquam scriptura dei tam magnum iustitię perhibet testimonium, quam tribus famulis eius, Noe, Daniel, Iob, quos Ezechiel Propheta dicit ab imminente quadam iracundia dei solos posse liberari. In tribus vtique illis viris tria quędam hominum liberanda genera prefigurans, In Noe, quantum arbitror, iustos plebium præpositos, propter arcæ tanquã Ecclesię gubernationem: In Daniele, iustos cõtinentes: In Iob, iustos coniugatos: & si quis est forte alius intellectus, de quo nunc non est necesse disquirere: veruntamen quanta isti iustitia præminuerint, & hoc propped eo, & alijs diuinis testimonijs, satis apparet. Nec ideo quisquam sobrius dixerit ebrietatem non esse peccatũ, quæ tamen subrepsit tanto viro: nã Noe, sicut legimus, fuit aliquando ebrius, quanuis absit vt fuerit ebriosus. Daniel vero post orationem, quam fudit deo, de seipso dicit, Cum orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei domino deo meo. Propterea nisi fallor per supra memoratum Ezechielem, cuidam superbissimo dicitur, Nunquid tu sapientior quam Daniel? Neque hic dici potest, quod quidã contra orationem dominicam argumentantur; quia etsi orabãt eam, inquiunt, sancti & perfecti iam Apostoli, nullum omnino habentes peccatum, non tamen pro seipsis, sed pro imperfectis, & adhuc peccatoribus dicebant, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Vt per hoc, inquiunt, quod dicerent nostra, in vno esse corpore demonstrarent, & illos adhuc habentes peccata, & seipsos, qui iam carebant omni ex parte peccato. In Daniele certe hoc non potest dici, qui, vt credo, tanq; propheta prędens hanc aliquando præsumptionẽ futuram, cum in oratione sæpe dixisset, peccauimus: non ita nobis exposuit, cur hoc dixerit, vt ab illo audiremus: Cum orarem, & confiterer peccata mea, & populi mei

1. Ioan. 3.
1. Ioan. 1.
Ezec. 14.
Gen. 9.
Dan. 9.
Ezech. 28.
Matth. 6.

mei domino deo meo: necadhuc distinctione confusa vt esset incertum propter Vnius corporis societatem si diceret, cum peccata nostra confiterer domino deo meo: sed omnino tam distincte, tanquam de ipsa distinctione satagens, eamque maxime vehementerque commendãs, peccata, inquit, mea, & peccata populi mei. Quis huic euidentiæ contradicit, nisi quem plus delectat defensare quod sentit, quam quid sentiendum sit inuenire? Iob autem post tam magnum de illo iustitiæ testimonium dei quid dicat ipse videamus. In veritate, inquit, scio quia ita est, quemadmodum iustus erit homo ante deum; si autem velit contendere cum eo, non poterit obedire ei. Et paulopost, inquit, Quis iudicio eius aduersabitur? Quod si fuero iustus, os meum impie loquetur. Iterum paulopost, Scio, inquit, quia impunitum me non dimittit, quia sum impius, quare non sum mortuus? Quod si purificatus niue & mundatus fuero mundis manibus, sufficiẽter in sordibus me tinxisti. Item in alio suo sermone, Quia conscripsisti, inquit, aduersus me mala, & induisti me iuuentutis meæ peccata, & posuisti pedem meum in prohibitionem, seruasti omnia opera mea & in radices pedum meorum conspexisti, qui veterascunt sicut vter, vel sicut vestimentum a tinea comestum. Homo enim natus ex muliere parui est temporis, & plenus iracundia, & sicut flos cum floruerit & decidit, discessit sicut vmbra, non manet. Nonne & huius curam fecisti venire in iudicium tuum? Quis enim erit mundus a sordibus? Nemo, nec si vnius diei fuerit vita eius. Et paulopost, Dinumerasti, inquit, necessitudines meas, & nihil te latuit de peccatis meis. Signasti peccata mea in folliculo, & annotasti si quid inuitus commisi. Ecce & Iob confitetur peccata sua, & in veritate dicit se scire, quia non est iustus quisquam ante deum. Et ideo iste hoc in veritate scit, quia si nos dixerimus non habere peccatum, ipsa veritas in nobis non est. Proinde secundum modum conuersationis humanæ, perhibet ei deus tam magnum iustitiæ testimonium. Ipse autem se metuens ex regula illa iustitiæ, quã sicut potest conspicit apud deum, in veritate scit quia ita est. Et adiungit, Quemadmodum enim iustus erit homo ante deum? Si enim velit contendere cum eo, non poterit obedire ei: id est, si iudicandus ostendere voluerit, nõ in se inueniri posse quod damnet, non poterit obedire ei: amittit enim etiam illam obedientiam qua obedire possit præcipienti confitenda esse peccata. Vnde quosdam increpat dicens, Quid vultis mecum iudicio contendere? Quod ille præcauens, Ne intres, inquit, in iudicium cum seruo tuo, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Ideo etiam dixit Iob, Quis

Iob 9.
Iob. 13.
Iob. 14.
1. Ioan. 1.
Hier. 2.
1 sal. 142.

enim iudicio eius aduersabitur? Quod si fuero iustus, os meum impie loquetur: hoc est enim si me iustum dixero contra iudicium eius, vbi perfecta illa iustitiæ regula me conuincit iniustum, profecto impie loquetur os meum, quia contra dei Veritatem loquetur. Fragilitatem quoq; ipsam Vel potius damnationē carnalis generationis ostē dens ex originalis transgressione peccati, cum de peccatis suis ageret, velut eorum causas reddens, dixit hominem natum ex muliere parui esse temporis, & plenum iracundia: qua iracundia nisi qua sunt omnes, sicut dicit Apostolus, naturaliter, hoc est, originaliter iræ filii, quoniam filii sunt concupiscentiæ carnis & seculi. Ad ipsam iram pertinere etiam mortē hominis consequenter ostendens. Cum enim dixisset, parui est temporis, & plenus iracundia: addit etiam, Et sicut flos cum floruit, & decidit, discessit sicut vmbra, non manet. Cum autem subiungit, Nonne, & huius curam feciſti venire in iudicium tuum? Quis enim erit mundus a sordibus? Nemo nec si vnius diei fuerit vita eius: hoc Vtique dicit, Curam hominis breuis vitæ feciſti venire in iudicium tuum. Quantumlibet enim breuis fuerit vita eius, etiam si vnius diei esset, mundus a sordibus esse non potest, & ideo iustis sine in iudicium tuum veniet. Illud vero quod ait, Dinumerasti omnes necessitudines meas, & nihil te latuit de peccatis meis, signasti peccata mea in folliculo, & annotasti si quid inuitus commisi: nonne satis apparuit etiam illa peccata iuste imputari, quæ non delectationis illecebra committuntur, sed causa deuitādę molestiæ alicuius, aut doloris, aut mortis? Nam & hæc dicuntur quadam necessitate committi, cum omnia superanda sint amore & delectatione iustitiæ. Potest etiam quod dixit, Et annotasti si quid inuitus commisi: ad illam Vocem videri pertinere qua dictum est, Nō enim quod volo ago, sed quod odi facio. Quid quod ipse dominus qui ei perhibuerat testimonium, cum etiam scriptura, hoc est, dei spiritus dixerit, In omnibus quæ contingerunt ei non eum peccasse labiis suis ante deum: postea tamen cum ei loqueretur increpans locutus est, sicut ipse Iob testis est dicēs, Quid adhuc ego iudicor monitus, & increpationes domini audiens? Nemo autem iuste increpatur, nisi in quo est aliquid quod increpatione sit dignum.

Iob.14.

Eph.2.

Iob.9.

Roma.7.

Iob.1.

Solus Christus vere iustus.

CAP. XI.

ET ipsa increpatio qualis est, quæ ex domini Christi persona intelligitur? Enumerat illi diuina opera potestatis suæ sub hac sententia increpans, vt eum dicere appareat, Nunquid potes hæc tanta quæ possum? Quo autem pertinet, nisi vt intelligat Iob, etiam hoc ei diuinitus inspiratum, vt præsciret Christum ad passionem esse venturum? Intelligat ergo quam debeat æquo animo tolerare quę

re quæ pertulit, si Christus in quo peccatum, cum propter nos homo factus esset, omnino nullum fuit, & in quo deo tanta potentia est, nequaquam tamen passionis obedientiam recusauit: cp puriore cordis intentione Iob intelligens responsioni suæ addidit, Auris auditu audiebā te prius, & nunc ecce oculus meus videt te, ideo vitupe rauī meipsum & distabui, & æstimaui meipsum terram & cinerem. Quare sibi ita in hoc tam magno intellectu displicuit? Neque enim opus dei quo erat homo, recte illi poterat displicere, cum etiam ipsi deo dicatur, Opera manuum tuarum ne despexeris. Sed profecto secundum illam iustitiam qua se nouerat iniustum, se vituperauit atque distabuit, æstimauitque se terram & cinerem, mente conspiciens Christi iustitiam: in cuius non tantum diuinitate, sed nec in anima nec in carne vllum potuit esse peccatum: Secundum quam iustitiam quæ ex deo est, etiam Paulus apostolus illud suum quod secundum iustiam quę ex lege est, fuit sine querela, non solum damna, verumetiam stercora existimauit.

Iob.42.

Psal.137.

Phil.3.

NON igitur præclarum illud testimonium dei quo laudatus est Iob, contrarium est ei testimonio quo dictū est, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens: quia non id persuadet, prorsus in illo nihil fuisse quod vel ab ipso Veraciter, vel a domino deo recte reprehenderetur, quamuis iam iustus & verax dei cultor & ab omni opere malo se abstinens, non mendaciter diceretur. Hęc enim de illo verba sunt dei. An non aduertisti in puerum meum Iob: non enim est illi homo similis super terram, sine querela, iustus, verus dei cultor, abstinēs ab omni opere malo. Primis verbis ex hominum qui sunt in terra comparatione laudatur. Proinde omnibus qui tunc in terra iusti esse potuerunt excellebat. Non ergo ipse propterea nullum peccatum omnino habebat, quia in profectu iustitiæ cæteros anteibat. Deinde adiungitur, sine querela: de cuius vita nemo iuste quereretur, iustus qui tanta morum probitate profecerat vt nullus ei esset æquandus. Verus dei cultor, quippe etiam suorum peccatorum verax humilisque confessor, abstinens se ab omni opere malo, mirum si ab omni etiam verbo & cogitatu malo. Quantus quidem Iob fuerit ignoramus, sed nouimus iustum, nouimus etiam in perferendis horrendis tribulationum tentationibus magnum: nouimus non propter peccata sed propter eius demonstrandam iustitiam illa omnia fuisse perpessum. Veruntamen hęc verba quibus a domino laudatur, possunt etiam de illo dici qui condelectatur legi dei secundum interiorē hominē: videt aūt aliam legē in membris suis repugnantem legi mentis suę, præsertim quia dicit, Non quod vo-

Nemo iustus in omnibus.

CAP. XII.

Psal.142.

Verus dei cultor.

Rom.7.

Io facio bonum, sed quod odi malum hoc ago. Si autem quod odi malum hoc facio, iam nō ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Ecce & iste secundum interiorem hominem alienus est ab omni opere malo, quia illud non operatur ipse, sed quod in carne eius habitat malum: & tamen cum illud ipsum quo condelectatur legi dei non habeat nisi ex gratia dei, adhuc liberationis indigens clamat, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.

Perfecta iustitia humana, imperfecta est.

CAP. XIII.

1. Ioan. 1.

Psal. 142.

Luc. 1.

Heb. 7. κακωσις

Phil. 3.

Luc. 1.

SVNT ergo in terra iusti, sunt magni, fortes, prudentes, continentes, patientes, pij, misericordes, temporalia mala omnia propter iustitiam æquo animo tolerantes. Sed si verum est, imo quia & verū est, si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos decipimus, & non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, non sunt sine peccato; nec quisquam eorum tam arroganter insanit, ut non sibi pro suis qualibuscunque peccatis dominica oratione opus esse arbitretur. Nam de Zacharia & Helisabet, qui nobis sæpe in huius quæstionis disputationibus obijciuntur, quid dicamus, nisi quod euidenter scriptura testatur, eminenti iustitia fuisse Zachariam in principibus sacerdotum ad offerenda veteris testamenti sacrificia pertinentia. Legimus autem in Epistola quę ad Hebræos inscribitur, quod testimonium in libro superiore iam posui, solum Christum esse principem sacerdotum qui non haberet necessitatem, sicut illi qui sacerdotium principes dicebantur, sacrificium pro suis primum offerre peccatis quotidie, deinde pro populo. Talem enim decebat, inquit, habere nos principem sacerdotum, iustum, sine malitia, incōtaminatum, separatum a peccatoribus, altiorem a cœlis factum, non habentem quotidianam necessitatem sicut principes sacerdotum, primum pro suis peccatis sacrificium offerre. In hoc sacerdotum numero Zacharias, in hoc Phinees, in hoc ipse Aaron, a quo iste ordo ex orsus est, fuit, & quicunque alij in illo sacerdotio laudabiliter iusteque vixerunt, qui tamen habebant necessitatem sacrificium primitus pro suis offerre peccatis, solo Christo existente, cuius vēturi figuram gerebāt qui hanc necessitatem sacerdos incontaminabilis non haberet. Quid autem de Zacharia & Helizabet laudabile dictum est, quod non in eo comprehendatur, quod de se Apostolus cum in Christum nondum credidisset professus est? Dixit enim se secundum iustitiā quę in lege est, fuisse sine querela: hoc & de illis ita legitur, Erāt autē ambo iusti ante deū incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela. Quia ergo quic quid i eis erat iustitię, nō erat ad homines simulatū, ideo dictum

dictum est, ante deum. Quod autem de Zacharia & eius cōiuge scriptum est, In omnibus mandatis & iustificationibus domini: hoc ille breuiter dixit, in lege. Non enim alia lex illis, alia istis fuit ante Euangelium, sed vna atque eadē quam legimus per Moysen datā patribus eorum, secūdum quam etiam sacerdos erat Zacharias & vice sua sacrificabat. Et tamen Apostolus qui simili tūc iustitia prędituſ fuit, sequitur & dicit, Quæ mihi lucra fuerūt, hęc propter Christum damna esse, non solum duxi, verumetiam & arbitror omnia damnū esse propter eminētem scientiam domini nostri Iesu Christi, propter quē omnia non solum detrimenta credidi, verumetiam vt stercora existimaui esse: vt Christum lucrifaciam, & inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed eam quæ est per fidem Christi, quæ est ex deo iustitiam in fide, ad cognoscendum eum & virtutem resurrectionis eius & communicationem passionis eius, conformatus morti ipsius si quo modo occurram in resurrectione mortuorum. Tantum ergo longe est, vt propter illa verba Zachariam & Elizabet sine vllo peccato credamus perfectam habuisse iustitiam, vt nec ipsum Apostolum ad eiusdem regulę summitatem arbitremur fuisse perfectū, non solum in illa legis iustitia, quam similē istis habuit, quam inter damna & stercora deputat in comparatione eminentissimę iustitiæ, quę in fide Christi est: verum etiā in ipso quoq; Euangelio, vbi & tanti Apostolatus meruit principatum; quod dicere non auderem, nisi ei non credere nefas ducerem. Vbi etiam sequitur & adiungit, Non q̄ iam acceperim, aut iā perfectus sim, sequor autē si quo modo comprehendam, in quo & apprehensus sum in Christo Iesu. Fratres ego meipsum non arbitror apprehendisse: vnum autem, quæ retro oblitus, in ea qnæ ante sunt, extensus secundum intententionem sequor, ad palmā supernę vocationis dei, in Christo Iesu. Ipse se confitet nondum accepisse, nondum esse perfectum in plenitudine iustitię, quā adipisci dilexit in Christo: sed adhuc secundum intentionem sequi, & prēterita obliuiscētem in ea quę ante sunt extendi: vt mouerimus etiam ad ipsum pertinere illud quod ait, Etsi exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem; quānis iā esset perfectus viator, etsi nondum erat ipsius itineris perfectione peruentor. Denicq; tales vult secum in isto cursu comites rapere, quibus continuo subiungit & dicit, Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus, & si quid aliter sapitis, hoc quoq; deus vobis reuelabit. verū tamen, ait Apostolos, in quod peruenimus, in eo ambulemus. Ambulatio ista, non corporis pedibus sed mētis affectibus & vitę moribus gerit, vt possint esse pfecti iustitiæ,

Phil. 3.

2. Cor. 4.

possessores, qui recto itinere fidei de die in diē sua renouatione proficientes, iam perfecti facti sunt eiusdem iustitiæ viatores.

An sit aliquis sine peccato. CAP. XIIII.

SIC itaq; omnes, quicunque in hac vita diuinarum scripturarum testimonijs in bona volūtate atq; actibus iustitiæ prædicati sunt, & quicunque tales vel post eos fuerunt, quamuis non eisdem testimoniis prædicati atq; laudati, vel nunc vsq; etiam sunt, vel postea quoq; futuri sunt, omnes magni, omnes iusti, omnes veraciter laudabiles sunt, sed sine peccato aliquo non sunt: quoniam scripturarum testimonii s quibus de illorū laudibus credimus, hoc etiā credimus, non iustificari in cōspectu dei omnem viuentē: & ideo rogari, ne intret in iudiciū cum seruis suis: & non tantū vniuersaliter fidelibus omnibus verumetiam singulis esse orationem dominicam necessariam, quā tradidit discipulis suis. At enim dominus ait, Estote perfecti sicut pater vester cœlestis pfectus est: quod non pręciperet, inquiunt, si sciret fieri nō posse qđ pręcipit. Non nūc quęritur vtrum fieri possit: si istā perfectionē ad hoc accipiunt, vt sine vllo sit quisq; peccato cum hanc agit vitam: iam enim supra respondimus posse fieri: sed vtrum aliquis fiat, hoc nunc quęrimus. Neminē autem esse qui tantū velit, quantum res exigit, ante prę cognitum est, sicut scripturarum, quæ supra commemorauī testimonia tanta declarant.

Pſal. 142.

Mat. 6.

Mat. 5.

Perfectus secūdum quiddam. CAP. XV.

ET tamen cum dicitur cuiusq; perfectio, qua in re dicatur videndum est. Nam ex Apostolo testimoniū paulo ante posui, vbi se fatetur in acceptione iustitię quā desiderat, nondum esse perfectum: & tamen continuo dicit, Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus: quod vtrunq; non diceret, nisi in alia re pfectus esset, in alia non esset. Velut si iam sit quisquā sapiētię perfectus auditor, quod nondum erant illi quibus dicebat, Lac vobis potum dedi non escam, nōdum enim poteratis, sed nec adhuc qui dē potestis. Eis quippe & illud ait, Sapientiā loquimur inter perfectos: vtiq; perfectiores auditores volens intelligi. Potest ergo fieri sicut dixi, vtiā sit aliquis sapientiæ perfectus auditor, cuius nondum sit perfectus & doctor: potest perfectus esse iustitię cognitor, nondum perfectus effector: potest perfectus esse vt diligat inimicos, qui nondū est perfectus vt sufferat. Et qui perfectus est in eo q̄ omnes homines diligit, quippe qui etiam ad inimicorum dilectionem peruenerit, quæritur vtrum iam sit in ipsa quoque dilectione perfectus, id est, vtrum quos diligit, tantum diligat, quantum illa incommutabilis regula veritatis diligendos esse præscripsit. Cum ergo legitur in scripturis cuiusque perfectio, qua in re dicatur, non negligenter intuendum est: quoniam non ideo

Phil. 3.

1. Cor. 2. & 3.

qui squ

quisque prorsus sine peccato esse intelligitur, quia in aliqua re dicitur esse perfectus: quanquam & in hoc possit ita dici, vt non quia iam non est quo proficiat, sed quia ex maxima parte profecit, hoc nomine dignus habeatur. Sicut in doctrina legis dici potest quisquā perfectus, etiam si eum aliquid adhuc latet, sicut perfectos dicebat Apostolus, quibus tamen ait, Et si quid aliter sapitis, id quoque vobis deus reuelabit, veruntamen in quod pervenimus in eo ambulemus.

Phil. 3.

Quur deus pcipit qđ scit non obseruandum. CAP. XVI. Deus quare iubet qđ scit hominē nō ēe facturū, idē sup. ī de gra & lib. arb. ad val. 16. vbi plu. Annotauimus.

NEQVE negandum est hoc deum iubere, ita nos in facienda iustitia esse debere perfectos, vt nullum habeamus omnino peccatum: nam neque peccatum erit si quid erit, si non diuinitus iubeatur vt non sit. Cur ergo iubet, inquiūt, quod scit nullum hominum esse facturum? Hoc modo etiam dici potest, cur primis illis hominibus iusserit, qui duo soli erant, quod sciebat eos non esse facturos? Neque enim dicendum est, ideo iussisse, vt nostrū aliquis id faceret, si illi non facerent: hoc enim ne de illa scilicet arbore cibum sumerent, non nisi illis solis deus ius sit, quia sicut sciebat quid iustitiæ facturi non erant, ita etiam sciebat quid iustitiæ de illis ipse erat facturus. Eo modo ergo iubet omnibus hominibus vt non faciāt vllum peccatum, quanuis sit prescius neminem hoc impleturum: vt quicūque impie ac damnabiliter eius præcepta cōtempserint, ipse faciat in eorum damnatione qđ iustum est: quicunque aūt in eius præceptis obedienter & pie proficientes, nec tamen omnia quę pręcepit implē tes, sicut sibi dimitti volunt, sic aliis peccata dimiserint, ipse faciat in eorum mūdatione quod bonum est. Quomodo enim dimittenti dimittitur per dei misericodiam, si peccatum non est: aut quomodo non vetatur per dei iustitiam si pecatum est? Sed ecce, inquiunt, Apostolus dicit, Bonum certamen certaui, fidem serua ui, cursum consummaui, supereſt mihi corona iustitię: quod uon diceret si haberet vllum peccatum. Imo vero respondeant quomodo potuit hæc dicere, cui adhuc restabat ipsius passionis, quam sibi iam impendere dixerat, tam magna conflictio, tam molestum & grande certamen? An ad eius consummandum cursum parum ad huc deerat, quando illud deerat vbi erat futurus acrior & crudelior inimicus? Quod si ideo talibus verbis certus securusque gaudebat, quia de victoria futuri tanti certaminis certum eum securumque iam fecerat, qui eandem passionem iam illi reuelauerat imminere: non re plenissima, sed spe firmissima hæc dixit, & quod futurum esse præsumpsit, tanquam factum fuerit indicauit. Si ergo his verbis etiam hoc adderet, vt diceret, nullū habeo iam peccatū: hoc quoque illum intelligeremus non de rei fa-

Mat. 6.

2. Tim. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctæ, sed de rei futurę, perfectione dixisse. Sic enim ad ipsius cursus consummationem pertinebat nullum habere peccatum, quod isti putant cum hæc diceret iam in illo fuisse completum: quemadmodum ad ipsius cursus consummationem pertinebat etiam in certamine passionis aduersarium superare, quod etiam ipsi necesse est fatean tur, cum hæc diceret, adhuc in illo fuisse complendum. hoc ergo totum nos dicimus tunc fuisse adhuc perficien dum, quando iam de dei promissione præuidens totum σκλῆρὸν ita dicebat tanquam fuisset effectum. Ad ipsius quippe cursus consummationem pertinebat etiam, ꝙ ipse pecca ta dimittebat debitoribus suis, atꝙ ita sibi vt dimitterẽ tur orabat: qua domini pollicitatione certissimus erat in illo fine, quem adhuc futurum iam fidendo dicebat im pletum, nullum se habiturum esse peccatum. Nam ut alia omittam, miror si cum Verba illa dicebat per quæ istis visus est nullum habuisse peccatum, iam fuerat ab illo ablatus ille stimulus carnis, de quo a se auferendo 2.Cor.12. dominum terrogauerat, responsumꝙ acceperat, Sufficit tibi gratia mea, Virtus in infirmitate perficitur. Huic tan to viro perficiendo necessarium fuit vt ab illo angelus satanæ non auferretur, a quo propterea colaphizabatur, ne magnitudine reuelationum extolleretur: & audet quisquam quemquam Vel putare vel dicere positum sub onere huius vitæ ab omni omnino mundum esse pecca to: sint licet homines tanta excellẽtes iustitia, vt ad eos Psal.98. de columna nubis loquatur deus, qualis Moyses & Aa ron in sacerdotibus eius, & Samuel in his qui inuocant nomen eius: cuius magnæ laudes pietatis & innocentię scriptura veridica prædicantur, ab ineunte pueritia ex quo cum mater votum soluens in templo dei constituit & seruum domino dedicauit: etiam de talibus tamen scri 1.Reg.1.& 2. ptum est, Tu propitius eras illis, & vindicans in omnes Psal.89. affectiones eorum. In filios quippe damnationis vindicat iratus: in filios autem gratię vindicat propitius, dum quem diligit corripit, & flagellat omnem filium quem re cipit. Nulla autem vindicta, nulla correptio, nullum dei flagellum debetur nisi peccato, excepto illo qui in flagella paratus est, vt experiretur omnia secundum similitudinem sine peccato, vt esset sanctussanctorum sacerdos interpellans etiam pro sanctis, qui non mendaciter etiã, quique de se dicunt, Dimitte nobis debita nostra, sicut Mar.6. & nos dimittimus debitoribus nostris. Vnde & ipsi qui Laudat Pelagiũ contra hæc disputant, cum sint casta vita, moribus ꝙ laudabiles, nec dubitent facere, quod illi diuiti pro conse quenda vita ęterna consilium requirenti, cum se respon disset iam omnia legis impleuisse mandata, pręcepit dominus: si vellet esse perfectus, venderet omnia quæ ha-

beret

beret & daret pauperibus, thesaurumque transferret in cœlum; nemo tamen eorum audet dicere se esse sine pec Matth.19. cato. Quod sicut credimus, non fallaci animo dicunt: si autem mentiuntur, eoipso incipiunt vel augere vel habe re pecatum.

Vnde in nobis iustitia.

CAP. XVII.

IAM ergo quod tertio loco posui videmus, Cum vo luntate humana, gratia adiuuante diuina, sine peccato in hac vita possit homo esse, cur non sit, possem facilime ac veracissime respondere quia homines nolunt. Sed si ex me queritur, quare nolint, imus in longum, Verun tamen etiam hoc sine prejudicio diligentioris inquisitio nis breuiter dicam. Nolunt homines facere quod iustum est, siue quia latet an iustum sit, siue quia non delectat. Tanto enim quidque vehementius volumus, quanto certius quam bonum sit nouimus, eoque delectamur ardentius. Ignorantia igitur & infirmitas vitia sunt quæ impediunt voluntatem, ne moueatur ad faciendum opus bonum, vel ab opere malo abstinendum. Vt autem innotescat quod latebat, suaue fiat quod nõ delectabat, gratię dei est, quæ hominum adiuuat voluntates: qua vt non adiuuẽtur in ipsis itidem causa est non in deo, siue damnandi prædestinati sint propter iniquitatem superbiæ: siue contra ipsam suam superbiam iudicandi & eru Hier.10. diendi, si filij sint misericordiæ. Vnde Hieremias cum di xisset, Scio domine quia non est in homine via eius, nec viri est vt ambulet & dirigat gressus suos: continuo sub iũxit, Corripe me domine, veruntamen in iudicio & nõ in furore tuo. Tanquam diceret, scio ad correptionem meam pertinere, quod minus abs te adiuuor, vt perfecte dirigantur gressus mei: veruntamen hoc ipsum noli mecum sic agere, tanquam in furore quo iniquos dam nare statuisti, sed tãquam in iudicio, quo doces tuos nõ superbire. Vnde alibi dicitur, iudicia tua adiuuabũt me, Psal.118. Nullius proinde culpæ humanæ in deum referas cau sam. Vitiorum namque omnium humanorum causa, superbia est. Ad hanc conuincendam atque auferendam talis medicina cœlitus venit, ad elatum hominem per superbiam deus humilis descendit per misericordiam, gratiam claram manifestamque commendans in ipso homine, quẽ tanta præparticipibus suis charitate suscepit. Neque enim & ipse ita verbo dei coniunctus, vt ipsa coniũctione vnus filius dei, & idem ipse vnus filius hominis fieret, pręcedentibus suę voluntatis meritis fecit. Vnum quippe illum esse oportebat. Essent autem et duo et tres & plures, si hoc fieri posset, non per dei proprium donũ sed per hominis liberum arbitrium. Hoc ergo præcipue commendatur, hoc in sapientiæ atque scientię thesauris in Christo absconditis, quantum existimare audeo, prę-

Quare homes in hac vita sin̄ peccato esse nolũt.

Superbia ĉcã oĩũ vitiorum homanorum.

cipue

cipue docetur & discitur. Ideo quisque nostrũ bonum opus suscipere, agere, implere, nunc scit, nũc nescit, nũc delectatur, nunc non delectatur, vt nouerit nõ suę facultatis, sed diuini muneris esse vel quod scit, vel quod delectatur: ac si ab elationis vnitate sanetur, & sciat q̃p vere nõ de terra ista, sed spiritualiter dictum sit, Dominus dabit suauitatem, & terra nostra dabit fructum suũ. Tanto aũt magis delectat opus bonum, quanto magis diligitur deus summum atq̃ incommutabile bonum, & author qualiumcunque bonorum omnium. Vt aũt diligatur deus, charitas eius diffusa est in cordibus nostris, non per nos, sed per spiritũ sanctũ qui datus est nobis.

Pſal.8.4.

Matt.5.

Rom.5.

Voluntas bona a deo.

CAP. XVIII.

SED laborant homines inuenire in nostra voluntate quid boni sit nostrum, quod nobis non sit ex deo, & quomodo inueniri possit ignoro. Excepto. n. quod Apostolus ait, cum de bonis hominum loqueretur, Quid. n. habes quod non accepisti? Si aut ẽ & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? ipsa etiam ratio, quæ de ijs rebus a talibus quales sumus, iniri potest, quemlibet nostrum querentem vehementer angustat, ne sic defendamus gratiam, vt liberum arbitrium auferre videamur: rursus ne liberum sic asseramus arbitrium, vt superba impietate ingrati dei gratiæ iudicemur. Namque illud

1.Cor.4.

Apostoli quod commemoraui, sic defendere quidã voluerunt, vt dicerent: ideo quicquid etiam bonę voluntatis habet homo, deo tribuendum esse, quia & hoc in illo esse non posset, si homo iste non esset: cum vero vt sit aliquid atque vt homo sit, non habeat nisi a deo, cur non authori deo tribuatur etiã quicquid in illo est bonæ Voluntatis, quod non esset, nisi esset in quo esset? Sed hoc modo etiam illud dici potest, malam quoq̃ voluntatem deo authori esse tribuendam: quia nec ipsa esse posset in homine, nisi homo esset in quo esset: vt autem homo sit, deus author est: ita & eius malam voluntatem, quę nisi hominem haberet in quo esset, esse omnino non posset, ad authorem deum esse referendum: quod nefas est dicere. Quapropter nisi obtineamus, non solum voluntatis arbitrium, quod huc atque illuc liberum flectitur, atque in eis naturalibus bonis est, quibus & male vti malus potest: sed etiam voluntatem bonam, quæ iam in eis bonis est, quorum esse usus nõ potest malus, nisi ex deo nobis esse nõ posse, nescio quẽ admodũ defendamus qđ dictũ est: Quid enim habes qđ nõ accepisti? Nã si nobis libera quędã volũtas ex deo est, quæ adhuc põt esse vel bona vel mala: bona vero volũtas ex nobis est, melius est id qđ a nobis q̃p qđ ab illo est. Quod si absurdissime dicitur, oportet fateantur etiã bonam voluntatẽ nos diuinitus adipisci, quã q̃p volũtas mirũ si põt ī medio quodam

Vnitas.

Si voluntas ad bonũ & malum ex deo et ex nobis tñ est bona, melius ẽ q̃p a nobis origine ducit ą̃ q̃ ẽ ex ₫o, qa

dã ita cõsistere, vt nec bona nec mala sit. Aut. n. iustitiã diligimus & bona est, & si magis diligimus magis bona, si minus, minus bona est: aut si omnino non diligimus, non bona est. Quis vero dubitet dicere voluntatẽ nullo modo iustitiam diligentem, nõ modo esse malam, sed etiam pessimam voluntatem? Si ergo volũtas aut bona est aut mala, & vtique malam non habemus ex deo, restat ut bonã voluntatẽ habeamus ex deo: alioquin ne scio cum ab eo iustificamur, quo alio munere ipsius gaudere debeamus. Et hinc scriptum arbitror, Paratur voluntas a domino. Et in psalmis, A domino gressus hominis dirigentur & viam eius volet. Et quod Apostolus ait, Deus est enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. Quocirca quod a deo nos auertimus, nostrum est, & hęc est voluntas mala: quod vero ad deum nos conuertimus, nisi ipso excitante atq̃ adiuuante non possumus, & hæc est voluntas bona. Quid habemus quod non accepimus? Si autem accepimus, quid gloriamur quasi non acceperimus? Ac per hoc vt qui gloriatur in domino glorietur, quibus hoc dominus donare voluerit, eius misericordiæ est, non meriti illorum: quibus autem noluerit, Veritatis est. Iusta nanque peccatoribus pœna debetur, quoniam misericordiam & veritatem diligit dominus deus: & misericordia & veritas occurerunt sibi: & vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. Et quis explicet, quam crebro hęc duo coniuncta diuina scriptura cõmemoret? Aliquando etiam mutatis nominibus vt gratia pro misericordia ponatur. Vnde est, Et vidimus gloriam eius gloriam tanquam vnigeniti a patre, plenum gratia & veritate. Aliquando pro veritate iudicium, sicut est, Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Quare autem illos velit conuertere, illos pro auersione punire, quamquam & in beneficio tribuendo nemo iuste reprehendat misericordem, & in vindicta exercenda, nemo iuste reprehendat veracem, sicut in illis euangelicis operarijs, alijs placitam mercedem reddentem, alijs etiam non placitam largientem, nullus iuste culpaueris, consilium tamen occultioris iustitiæ penes ipsum est.

si ille nos hoſes fecit & nos, nos ipſos bonos feci mus aliqd illo melius fecimus.

ī de ỹb. dñi ſer. 64. & inde ỹb. Apoſt. ſer. 10. in Tom. 10.

Proue. 8. ſer. 7o.

Pſal. 36.

Phil. 2.

1.Cor. 4.

1.Cor. 1.

2.Cor. 10.

Pſal. 24.

Ioan. 1.

Matt. 20.

NOS aũt quantum conseſſum est sapiamus & intelligamus, si possumus, dominum deum bonum ideo etiã sanctis suis alicuius opis iustitiã aliquãdo nõ tribuere vel certã scientiã, vel victricem delectationẽ, vt cognoscant nõ a seipsis sed ab illo sibi esse lucem, qua illuminẽtur tenebræ eorũ, & suauitatẽ qua det fructũ suũ terra eorũ. Cũ aũt ab illo illius adiutoriũ deprecamur ad faciendam perficiendamq̃ iustitiam, quid aliud deprecamur, quam ut aperiat quod latebat, & suaue faciat quod

Nihũ boni ex nobis, ne extol lamur.

CAP. XIX.

quod non delectabat: quia & hoc ab illo esse deprecandum, eius gratia didicimus, dum antea lateret: eius gratia dileximus, dum antea non delectaret, vt qui gloriatur nō ī se, sed in domino glorietur. Extoli quippe in superbiam, proprię voluntatis est hominum, non operis dei: neque enim ad hoc eos compellit aut adiuuat deus: Hier. 9. 1. Cor. 1. 2. Cor. 10.

Præcedit ergo in voluntate hominis appetitus quidam proprię potestatis, vt fiat inobediens per superbiā. Hic autem appetitus etiam si non esset, nihil molestum esset: & cum hoc voluit hō, sine difficultate noluisset. Secutum est autem ex debita iusta pœna tale vitium, vt iam molestum esset obedire iustitiæ. Quod vitium nisi adiuuante gratia superetur, ad iustitiam nemo conuertitur: nisi operāte gratia sanetur, iustitię pace nemo pfruitur: Cuius autem gratia vincitur & sanatur, nisi illius cui dicitur, Conuerte nos deus sanitatum nostrarum, & auerte iram tuā a nobis? Quod etsi facit, misericordia facit, vt dicatur, Non secundum peccata nostra fecit nobis, nec secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Et ſ bus non facit, iudicio non facit. Et quis dicet illi quid fecisti, cui misericordia & iudicium pia sanctorum mente cantatur? Idcirco etiam sanctos & fideles suos in aliquibus vitijs tardius sanat, vt in his minus, quam implendæ ex omni parte iustitiæ sufficit, delectet bonum, siue latet, siue cum etiam manifestum est: vt quantum pertinet ad integerrimam regulam veritatis eius, non iustificetur in conspectu eius omnis viuens. Nec in eoipso vult nos damnabiles esse, sed humiles, commendans nobis eandem gratiam suam, ne facilitatem in omnibus assecuti, nostrum putemus esse quod eius est. Qui error multum est religioni pietatique contrarius. Nec ideo tamen dona fūt mus, sed aduersus ipsum maxime superbiam, propter q̄ in eis humiliamur, & nos vigilanter conemur, & ipsum deprecemur ardenter, simul intelligentes & quod sic conamur & quod sic deprecamur dono illius nos habere: vt in omnibus non ad nos respicientes, sed sursum cor habentes, domino deo nostro gratias agamus, & cum gloriamur, in illo gloriemur.

Moleſtū esset obedīr iustitię ni ſi gr̄a liberaremur. idē ſup. de gr̄a & li. arb. ad val. c. 18. & ī de ſpū & lit. a. c. 4. vſq; ad. 30. īclu. in. 3. To. ho. op. Pſal. 84. 102.

Pſal. 142.

Conatus nr̄, & oro. q̄ rogamus vt a ſuperbia libemur dona fūt dei, vt determinatū ē ī cōcī. arausc. cā. 3. & 4. in 1. Tom. concil.

Aggredit determinationē quarę q̄ſtiōis, vtrū fuerit aliq̄n aliq̄s vel esse possit q̄ nullum habuerit peccatū.

CAP. XX.

QVARTVM iam illud restat, quo explicato quantum adiuuat dominus, sermo quoque tam prolixus tandem terminum sumat, vtrum qui omnino nunquam vllum peccatum habuerit, habiturusue sit, non solum quisquam natorum hominum sit, verumetiam potuerit aliquando esse vel possit. Hunc prorsus prēter vnum mediatorem dei & hominum hominem Christū Iesum nullum vel esse vel fuisse vel futurum esse certissimum est, Vnde iam multa diximus de baptismo paruulorum, q̄ ſi nullum

ſi nullum peccatum habent, non solum sunt homines innumerabiles sine peccato, verumetiam fuerunt & erūt. Porro ſi veraciter illud constitit, vnde secundo loco egimus, neminem esse sine peccato, professo nec paruuli sine peccato sunt. Ex quo conficitur, & ſi quisque in hac vita esse potuisset, qui virtute tta perficeretur, vt ad tantam plenitudinem iustitiæ peruenire, qua nullum haberet omnino peccatum, fuisse tamen eum ante a peccatorem vnde in istam nouitatem vitæ conuerteretur, nō eſſe dubitandum. Etenim in secundo illo loco aliud quærebatur, aliud in hoc quarto propositum est. Nam in illo, vtrum aliquis in hac vita ad perfectam, quæ prorsus sine vllo peccato est, vitam peruenire per gratiam dei studio voluntatis, hoc requirebatur: in hoc autem quarto, vtrum esset in filiis hominum, vel esse potuisset, aut posset, qui non ex peccato ad iustitiam perfectissimam peruenire, sed nullo omnino vnquam peccato esset obstrictus, hoc quæritur, Ideo ſi illa vera sunt quę tam multa de paruulis diximus, nec est in filiis hominum quisquā, nec fuit, nec erit, excepto vno mediatore, in quo nobis propiciatio & iustificatio posita est, per quam finitis inimicitiis peccatorum reconciliamur deo. Non itaque abest, quantum præsenti causæ sufficere videtur, ab ipso exordio generis humani pauca repetere, quibus aduersus quædam, quæ mouere possent, legentis animus informetur. Posteaquā illi primi homines, Vir vnus Adā, & ex illo Bua vxor eius, accepto dei præcepto seruare obedientiam noluerunt, iusta eos pœna ac debita consecuta est. Sic enim comminatus fuerat dominus, q̄ ea die qua vetitum cibum ederent morte morerentur. Gen. 2.

Lignū vetitum.

CAP. XXI.

PROINDE quia vtendi ad escam omni ligno quod in paradiso erat acceperant potestatem, in quo etiam lignum vitę plantauerat deus: ab illo autem solo eos prohibuerat, quod appellauit scientiæ boni & mali, quo nomine significaretur experientię consequentia, & quid boni custodita et quid mali essent transgressa prohibitio ne sensuri: recte profecto intelliguntur ante malignā diaboli persuasionē abstinuisse cibo vetitio, atque vſi fuisse concessis, ac per hoc & cæteris, & præcipue ligno vitæ. Quid enim absurdius quam vt credantur ex aliis arboribus alimenta sumpsisse, non autem etiam ex illo quod & similiter permissum fuerat, & vtilitate prędicta per ætatum lapsum mutari, quanuis animalia corpora, in mortemque veterascere non sinebat, tribuens hoc corpori humano de suo corpore beneficium, & mystica ſignificatione demonstrans, quid per sapientiam, cuius figuram gestabat, conferretur animę rationali, vt alimento eius viuificata nequaquam in labem mortemque ne

Gen. 2.

Prou. 3.

quitię

Universidad de Deusto
Biblioteca

quitiæ verteretur? Merito enim de illa dicitur, Lignum vitæ est amplectentibus eam: sicut hæc arbor in corporali, sic illa in spiritali paradiso: ista exterioris, illa interioris hominis sensibus præbens vigorem sine vlla interius temporis commutatione vitalem. Seruiebãt igitur deo vehementer sibi commendata pietate obedientiæ: qua vna colitur deus. Quę per seipsa quanta sit, quãque sola sufficiat ad tuendam rationalem sub creatore creaturam, non potuit excellentius intimari, quam vt a ligno prohiberentur non malo. Absit enim vt bonorũ creator qui fecit omnia, & ecce bona valde, mali aliqd in illius etiam corporalis paradisi fertilitate plantaret. Sed vt ostẽderetur homini, cui esset sub tali domino vtilissima seruitus, quantum esset solius obedientiæ bonũ, quam solam de famulo exegerat, cui obedire non propter, ipsius dominatũ, sed propter seruientis vtilitatem potius expediret: ab eo ligno sunt prohibiti, quo si vterentur non prohibiti, nihil mali omnino paterentur: vt quod illo post prohibitionem vtentes passi sunt, satis ostenderetur quod eis hoc non intulerit arbor cibo noxio pernitiosa, sed tantũ obedientia violata.

Gen,8.

Idẽ & fusius i.3 q doc,chri.c. 12 l.1.To,ho, opu.

HANC ergo priusquam violassent placebant deo & placebat eis deus, & quanuis corpus animale gestarent, nihil inobediens in illo aduersum se moueri sentiebant.

Rebellio carnis vnde.

CAP, XXII. Faciebat quippe hoc ordo iustitię, vt quia eorũ anima famulum corpus a domino acceperat, sicut ipsa eidẽ domino suo, ita illi corpus eius obediret, atque exhiberet vitæ illi congruũ sine vlla resistentia famulatum. Hinc & nudi erant, & non confundebantur. Animã quippe rõnalem naturali verecundia nunc pudet, quod in carne, in cuius seruitutẽ ius potestatis accepit, nescio qua infirmitate efficere nõ potest, vt se nolente nõ moueant membra, & se volente moueãtur. Quę propter hoc in quouis casto merito appellant pudẽda, q̃ aduersus dñam mẽtẽ quasi suæ sint potestatis sicut libitum est excitãtur: idq̃ solũ iuris in his habẽt frena virtutis, vt ad immundas et illicitas corruptiones ea peruenire nõ sinãt. Hæc igitur carnis inobediẽtia, quæ in ipso motu est, ẽt si habere nõ ꝓmittatur effectũ, nõ erat in illis tũc primis hoĩbus, qũ nudi erãt & nõ cõfundebant. Nõdũ quippe aĩa rationalis dña carnis, inobediens extiterat dño suo, vt pœna reciproca inobedientem experiret carnẽ famulã suã cũ sẽ su quodã cõfusionis & molestię suæ, quę sensum certe ipsa p inobedientiã suã nõ intulit deo. Necq̃.n. deo pudẽdũ est aut molestũ si nos ei nõ obedimus, cuius i nos sũmã potestatẽ nullo mõ minuere valeemus: sed nobis pudẽdũ est, q̃ imperio nostro caro nõ seruit: qa hoc fit per infirmitatem quam peccando meruimus, vocaturq̃ peccatum

Cõcupiscẽtia uocat peccatum.

peccatum habitans in mẽbris nostris. Sic est autem hoc peccatum, vt sit pœna peccati. Deniq̃ posteaquam est illa facta transgressio, & anima inobediens, a lege sui domini auersa est, habere cœpit cõtra eam seruus eius, hoc est corpus eius, legem inobedientiæ: & puduit illos homines nuditatis suæ, animaduerso in se motu, quem ante non senserant, quę animaduersio apertio dicta est oculorum. neque enim oculis clausis inter illas arbores oberrabant. Sic & de Agar scriptum est, Aperti sunt oculi eius & vidit puteum. Tunc illi homines pudenda texerunt, quæ deus illis membra, ipsi vero pudenda fecerũt. De hac lege peccati nascitur caro peccati expianda per illius sacramentum, qui venit in similitudine carnis peccati, vt euacuetur corpus peccati, quod & corpus mortis huius appellat, vnde miserum hominem non liberat nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Sic enim ab eis trãsitum fecit in posteros ista lex initium mortis, quemadmodum labor quo cuncti homines laborant in terra, quemadmodum in fœminas partitio cum doloribus. Hæc enim cum de peccato arguerentur, dei sententia meruerũt, quæ non in eis solis, sed etiam in successoribus eorum, in aliis magis, in alijs minus, tamen in omnibus videmus impleri. Cum itaque primorum illorum hominum fuerit prima iustitia obedire deo, & hanc in membris aduersus legem mentis suæ, legem concupiscentię non haberent: nunc post eorum peccatum nata ex eis nostra carne peccati, pro magno obtinetur ab his qui obediunt deo, desideriis eiusdem concupiscentiæ non obedire, & crucifigere in se carnem cum passionibus & concupiscentiis: vt sint Iesu Christi, qui hoc in sua cruce figurauit, quibus per gratiam suam dedit potestatem filios dei fieri. Non enim omnibus hominibus dedit, sed quotquot receperunt eum, vt deo renascerentur spiritu, qui seculo nati erant carne. Sic enim de his dictũ est: Quotquot aũt receperũt eũ, dedit eis potestatẽ filios dei fieri, q̃ nõ ex carne, nõ ex sãguine, nõ ex volũtate viri, nec ex volũtate carnis, sꝫ ex deo natisũt.

Gen,16

Nasci ex deo quid.

CAP. XXIII.

Roma.8.

Roma.7.

Ioan,1,&,3.

SECVTVS autem addidit: Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis: tanquam dicens, Magnum q̃dem hoc in his factum est, vt deo nascerentur ex deo, qui prius nati fuerant ex carne seculo, quamuis creati ab ipso deo: sed longe mirabilius factum est, quod cum istis naturę fuerit nasci de carne, beneficij vero nasci ex deo, propter hoc imperciendum beneficium, ille qui de deo naturaliter natus est, nasci etiam misericordiæ de carne dignatus est: hoc est enim, & verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis. Per hoc, inquit, factũ est vt nati de carne caro, postea nascendo de spiritu spiritus, essemus,

Aliter xps, aliter nos nasci-mur.

CAP. XXIIII.

Ioan,1.

esſemus, & habitaremus in deo: quia & deus natus de deo, poſtea de carne naſcendo caro factus eſt, & habitauit in nobis. verbum enim quod caro factum eſt, in principio erat, & apud deum deus erat. Veruntamẽ ipſa participatio illius in inferiora noſtra, vt noſtra eſſet in ſuperiora illius, tenuit quandam & in carnis natiuitate medietatem: Vt nos quidem nati eſſemus in carne peccati, ille autem in ſimilitudinem carnis peccati: nos non ſolum ex carne & ſanguine, verumetiam ex voluntate viri & voluntate carnis: ille autem tãtum ex carne & ſanguine & non ex voluntate viri, neque ex volũtate carnis, ſed ex deo natus eſt. Et ideo nos in mortem propter peccatum, ille propter nos in mortem ſine peccato. Sicut autem inferiora eius quibus ad nos deſcendit, nõ omnimodo coęquata ſunt inferioribus noſtris in ꝙbus nos hinc inuenit: ſic et ſuperiora noſtra quibus ad eum aſcendimus, non coæquabuntur ſuperioribus eius in ꝙ bus eum illic inuenturi ſumus. Nos enim ipſius gratia facti erimus filii dei, ille ſemper natura erat filius dei. Nos aliquando conuerſi adhęrebimus impares deo: ille nunquam auerſus manet ęqualis deo. Nos particípes vitæ ęterne, ille vita ęterna. Solus ergo ille etiam homo factus manens deus, peccatum nullum habuit vnquam, nec sũpſit carnẽ peccati ꝙis de natura carnis peccati.

Rom.8.

QVOD enim carnis inde ſuſcepit, id profecto aut ſuſcipiendum mandauit, aut ſuſcipiendo mandauit. Ideo virginem matrem non lege carnis peccati, id eſt, non cõcupiſcentiæ carnalis motu concipientem, ſed pia fide ſãctum germen in ſe fieri promerentem, quã elegerat creauit, de qua crearetur elegit. Quãto magis ergo caro peccati baptizanda eſt propter euadendum iudicium, ſi baptizata eſt caro ſine peccato propter imitationis exemplum? Quod autem ſupra reſpondimus aduerſus eos qui dicunt, ſi peccator genuit peccatorem, iuſtus quoque iuſtum gignere debuit: hoc etiam his reſpondemus, qui dicunt de homine baptizato natum, iam velut baptizatũ haberi debuiſſe. Cur enim non, inquiunt, in lumbis patris ſui potuit baptizari, ſi ſecundum Epiſtolam quę ad Hebreos ſcripta eſt: in lumbis Abrahę Leui potuit decimari. Hoc qui dicunt, attendant non propterea Leui poſtea non fuiſſe decimatum, quia iam fuerat decimatus in lumbis Abrahç, ſed quia ſic ordinatus eſt honore ſacerdotii vt acciperet decimas, non prẽberet: alioqn nec cæteri fratres eius qui ei præbebant, decimarentur, quia & ipſi in lumbis Abrahę a Melchiſedech iam fuerant decimati. Sed ne quis dicat, propterea recte potuiſſe Abrahæ filios decimari, quanuis iam fuiſſent in lumbis patris ſui decimati, quia decimatio talis res erat quę in vno

Quare ſanctis nati baptizant. CAP. XXV.

In iſto. 2. li. c. 9.

Heb. 7.

Idẽ ſup. in iſto. 2 li. cap. 9. & infra in. 8. cap.

vno quoque + homine fuerat facienda, ſicut Iſraelitæ annis omnibus, imo ex fructibus omnibus decimas tota vita ſua crebras ſolent præbere Leuitis, baptiſmum autem tale ſacramentum eſſe quod ſemel datur: & ſi iam hoc acceperat quiſq; cum in patre ſuo eſſet, non niſi baptizatum fuiſſe deputandum, cum de illo qui baptizatus fuerat gigneretur. Qui hoc dicit: ne diu diſputem, circumciſionem reſpiciat, quæ ſemel fiebat, & tamen in ſingulis ſingillatim fiebat. ſicut ergo tempore illius ſacramenti de circumciſo qui naſceretur circumcidendus fuit ſic nunc de baptizato qui natus fuerit baptizandus eſt. At enim ait Apoſtolus: Filij veſtri immundi eſſent, nũc autem ſancti ſunt: & ideo, inquiunt, fidelium filii iam baptizari minime debuerunt; Miror hoc dicere, qui negant peccatum ex Adam originaliter trahi. Si enim hãc Apoſtoli ſententiam ſic accipiunt, vt credant de fidelibus ſanctificatos filios naſci, cur eos etiam ipſi baptizari oportere non dubitant? Cur denique nolunt fateri de parente peccatore aliquod peccatum originaliter trahi, ſi de ſancto aliqua ſanctitas trahitur? Et contra noſtram quidem non eſt aſſertionem, etiam ſi ex fidelibus ſancti propagantur, quod eos dicimus ſi non baptizantur, pergere in damnationem, quibus & ipſi regnum cœlorum intercludunt, quamuis eos dicant non habere vllum vel proprium, vel originale peccatum. Aut ſi eis indignum videtur vt ſancti damnentur, quomodo erit dignum vt a regno dei ſancti ſeparentur? Et illud potius attendant, quomodo non de peccatoribus parentibus trahatur aliquod peccatum, ſi de ſanctis aliqua ſanctitas trahitur, & immunditia de immundis? Vtrunque enim dixit qui dixit: Alioquin filij veſtri immundi eſſent, nũc autem ſancti ſunt. Explicent etiam quomodo iuſtum ſit vt ſancti ex fidelibus & immundi ex infidelibus nati, pariter tamen ſi baptizati non fuerint regnum dei non permittantur intrare. Quid ergo illis iſta ſanctitas prodeſt? Nam ſi damnari fateretur immundos ex infidelibus natos: ſanctos autem filios fidelium in dei quidem regnum intrare non poſſe, niſi fuerint baptizati, non tamen damnari quia ſancti ſunt, eſſet qualiſcunque diſtinctio. Nunc vero natos & de ſanctis ſanctos, & de immũdis immundos ęqualiter dicunt, & quia peccatũ non habent, non damnari, & quia baptiſmũ non habent, a dei regno ſeparari. Hanc abſurditatẽ talia ingenia non videre quis credat? Noſtrę autẽ, immo ipſius Apoſtoli ſententiæ, qui dixit: Ex vno omnes ad condemnationem, & ex vno omnes ad iuſtificationem vitæ: quam non ſit contrariũ hoc quod ait, cum de alia re ageret, Alioquin filij veſtri immũdi eſſent, nunc autem ſancti ſunt, paululũ attende.

al. anno

1. Cor. 7.

Roma. 5.

1. Cor. 7.

Sanctificatio multiplex.

CAP. XXVI.

NON vnius modi est sanctificatio, Nam & catechumenos secundum quendam modum suum per signum Christi & orationem manus impositionis puto sanctificari: & quod accipiunt quanuis non sit corpus Christi, sanctum est tamen & sanctius, quam cibi quibus alimur quoniam sacramentum est: verum & ipsos cibos quibus ad necessitatem sustentandæ huius vitæ alimur, sanctificari idem Apostolus dixit, per verbum dei & orationem qua oramus, vtique nostra corpuscula refecturi. Sicut autem ista ciborum sanctificatio non efficit, ut quod in os intrauerit non in ventrem vadat & secessum emittatur per corruptionem, qua omnia terrena soluuntur, vnde ad aliam escam quæ non corrumpitur nos dominus exhortatur: ita sanctificatio catechumeni, si non fuerit baptizatus, non ei valet ad intrandum regnum cœlorum, aut ad peccatorum remissionem. Ac per hoc & illa sanctificatio cuiuscunque modi sit, quam in filiis fidelium esse dixit Apostolus, ad istam de baptismo & de peccati origine, vel remissione quæstionem omnino non pertinet. Nam & coniuges infideles in coniugibus fidelibus sanctificari dicit, eo ipso loco ita loquens: Sanctificatur enim vir infidelis in vxore, & sanctificatur mulier infidelis in fratre: Alioquin filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. Non opinor quisquam tam infideliter intelligit, quodlibet in his verbis intelligar, vt ob hoc existimet etiam maritum non Christianū, quia Christiana fuerit vxor eius, neque iam baptizari oportere, & ad peccatorum remissionem peruentisse, & in regnum cœlorum esse intraturum, quia sanctificatus dictus est in vxore.

1. Tim. 4. Mat. 15.

2. Cor. 7.

CAP. XXVII.

QVISQVIS vero adhuc mouetur, quare baptizẽtur qui iã de baptizatis nascuntur, hoc breuiter accipiat: Sicut generatio carnis peccati per vnũ Adam in condemnationem trahit omnes qui eo modo generãtur, sic generatio spiritus gratię p vnum Iesum Christum ad iustificationem vitę ęternę ducit omnes qui eo modo prædestinati regenerantur. Sacramentum autem baptismi profecto sacramẽtum regenerationis est. Quocirca sicut homo qui non vixerit, mori non potest: & qui mortuus non fuerit, resurgere non potest: ita qui natus non fuerit renasci non potest. Ex quo conficitur, neminem in suo parente renasci potuisse non natum. Oportet autem vt si natus fuerit renascaꝫ, quia nisi quis natus fuerit denuo non potest videre regnum dei. Oportet igitur vt sacramento regenerationis, ne sine illo male de hac vita exeat, etiam paruulus imbuatur. Quod non fit nisi in remissione peccatorum, quod etiã ipso loco Christus ostẽdit, cum interrogatus quomodo possent ista fieri, cõmemorauit

ανωθεν Ioan. 3.

rauit quid Moyses fecerit in exaltatione serpentis. Cũ itaque per baptismi sacramentum morti Christi conformantur infantes, eos a serpentis morsu fatendum est liberari, si a Christianæ fidei regula nolumus aberrare. Quẽ tamen morsum non in sua vita propria, sed in illo cui primitus inflictus est, acceperunt. Neque illud fallat, quod si nec parenti post conuersionem obsunt propria peccata, quanto magis, inquiunt, filio eius obesse nõ possunt. Sed qui hoc sentiunt, non attendunt, quia sicut parenti per hoc quod spiritu natus est propria peccata non obsunt: ita qui de illo natus est, nisi eo modo nascatur, quę a parente tracta sunt, oberunt. Quia & renouati parentes non ex primitiis nouitatis, sed ex reliquiis vetustatis carnaliter gignunt: & filii ex parentum reliqua vetustate toti vetusti, in peccati carne propagati, damnationem Veteri homini debitam sacramento spiritualis regenerationis & renouationis euadunt. Illud nanque præcipue propter quæstiones, quæ de hac re motæ sunt, vel moueri adhuc possunt, attendere ac meminisse debemus: tantummodo peccatorum omnium plenam perfectamque remissionem baptismo fieri, hominis vero ipsius qualitatem non totam continuo commutari: sed spiritales primitias in bene proficientibus de die in diẽ nouitate crescente commutare in se quod carnaliter vetus est, donec totum ita renouetur, vt animalis etiam infirmitas corporis, ad firmitatem spiritalem in corruptionemque peruenias.

Idẽ supra i isto 2. lib. c. 8. & 25. & infra i 3. lib. cap. 8.

HEC autẽ lex peccati, quod etiã peccatum appellat Apostolus, cum dicit: Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum desideriis eius: nõ sic manet in membris eorũ qui ex aqua & spiritu renati sunt, tanquam non sit eius facta remissio vbi omnino plena & perfecta fit remissio peccatorum, omnibus inimicitiis interfectis, quibus separabamur a deo: sed manet in vetustate carnis tanquã superatum & peremptum, si non illicitis cõsensionibus quodammodo reuiuiscat, & in regnum proprium dominationemq; reuocetur. Ab hac autem vetustate carnis, in qua est lex ista peccati vel peccatum iam remissum, vsque adeo spiritus vita discernitur, in cuius nouitate baptizati per dei gratiam renascuntur, vt parum fuerit Apostolo dicere, tales non esse in peccato, nisi etiam diceret in ipsa illos carne nõ esse antequam ex hac mortali vita migrarent. Qui enim in carne, inquit, sunt, deo placere non possunt: vos autem non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitat in vobis. Veruntamen sicut ipsa carne quamuis corruptibili bene vtũtur qui mẽbra eius ad opera bona conuertũt, in qua carne non sunt, quia nõ secundũ eam

Lex peccati in nobis quid. CAP. XXVIII. Rom. 6.

Rom. 8.

 iapiunt

Mors pœna primi peccati.

sapiunt neq; viuunt. sicut denique etiam morte, quę primi peccati pœna est, bene vtũtur qui eam pro fratribus, pro fide, pro quacunque vera & sancta iustitia fortiter & patienter impendunt: sic illa etiam lege peccati, quod iam remissum in vetustate carnis manet, bene vtuntur coniugati fideles, qui ex eo q̃ sunt in Christi nouitate, dominari sibi libidinem minime patiuntur: ex eo autem quod adhuc trahunt Adæ vetustatem, regenerandos immortaliter filios mortaliter generant cum ea propagine peccati, qua illi qui renati sunt obnoxii non tenentur, & qua illi qui nascuntur renascendo soluuntur. Quãdiu ergo manet lex concupiscentialis in membris, manente ipsa reatus eius soluitur, sed ei soluitur qui sacramentum regenerationis accepit renouarique iam cœpit. Ex illa autem manente concupiscentiæ vetustate quod nascitur, renasci indiget vt sanetur. Quia parentes fideles & nati carnaliter, & renati spiritualiter, filios carnaliter genuerunt, filii vero antequã nascerentur, renasci quomodo potuerunt? Nec mireris, q̃ dixi, manente concupiscentiali lege peccati reatum eius solui per gratiam sacramenti. Sicut enim facta & dicta & cogitata iniqua, quantum ad ipsos motus animi & corporis pertinet, iam præterierunt & non sunt: eis tamen præteritis & non iam existentibus reatus eorum manet, nisi peccatorum remissione soluatur: sic contra in hac non iam prꝛterita, sed adhuc manente lege concupiscentiæ reatus eius soluitur & non erit, cum fit in baptismo plena remissio peccatorum. Denique si continuo consequatur ab hac vita migratio, non erit omnino quod obnoxium hominem teneat, soluris omnibus quę tenebant. Sicut ergo non est mirum prꝛteritorum dictorum, factorum, atq; cogitatorũ reatum manere ante peccatorum remissionem: sic cõtra non debet esse mirum manentis concupiscentię reatum

Christi infantia caruit ignorãria

CAP. XXIX.

prꝛterire post peccatorum remissionem.

Roma.5.

QVE cum ita sint, ex quo per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundum, & per peccatum mors & ita in omnes homines pertransiit vsq; in finem carnalis huius generationis & corruptibilis seculi, cuius filii generant & generantur, nullo existente homine de quo in hac vita constituto veraciter dici possit, q̃ nullum habeat omnino peccatum, excepto vno mediatore, qui nos creatori nostro reconciliat per remissionem peccatorum: idem ipse dominus noster hanc suam medelam nullis generis humani temporibus ante vltimum futurum adhuc iudicium denegauit eis, quos per certissimã prꝛscientiam & iustissimam beneficentiam secũ regnaturos in vitam prꝛdestinauit æternam. Nanq; ante nati uitatem carnis, infirmitatemq; passionis & virtutem re

Vbi Maria:

surrectio

surrectionis suæ, earum rerum futurarum fide eos qui tunc fuerant, informabat ad hꝛreditatem salutis æternę, quarum rerum præsentium fide informauit eos, qui cum gererentur aderant atque impleri prædicta cernebant, quarum etiam prꝛteritarum rerum fide qui postea fuerunt, & nosipsos, & qui deinde futuri sunt informare nõ cessat. Vna ergo fides est quæ omnes saluos facit, qui ex carnali generatione in spiritalem renascendo saluantur, terminata in eo, qui venit pro nobis iudicari & mori iudex viuorum & mortuorum. Sed huius vnius fidei pro significationis opportunitate per varia tempora sacramenta variata sunt. Idem ipse itaque saluator est paruulorum atque maiorum, de quo dixerunt angeli: Natus est nobis hodie saluator, & de quo dictum est ad virginem Mariam: Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. vbi aperte demonstratum est eum hoc nomine quo appellatur Iesus, propter salutem quam nobis tribuit nominari: Iesus quippe Latine saluator est. Quis est igitur qui audeat dicere dominum Christum tantum maioribus non etiam paruulis esse Iesum, qui venit in similitudine carnis peccati, vt euacuaret corpus peccati, in quo infirmissimo nulli vsui congruis vel idoneis infantilibus membris anima rationalis miserabili ignorantia prægrauatur. Quam plane ignorantiam nullo modo credide rim fuisse in infante illo, in quo verbum caro factum est, vt inhabitaret in nobis, nec illam ipsius animi infirmitatem in Christo paruulo fuerim suspicatus, quam videmus in paruulis. Per hanc enim etiam cum motibus irrationabilibus perturbantur nulla ratione, nullo imperio, sed dolore aliquando vel doloris terrore cohibentur: vt omnino videas illius inobedientiæ filios, quæ mouetur in membris repugnans legi mentis, nec cum uulr ratio, conquiescit. Verum & ipsa sæpe vel dolore corporis, tanquam vapulando compescitur, vel paueſcendo, vel tali aliquo animi motu non tamen voluntate prꝛcipiente, comprimitur. Sed quia in eo erat similitudo carnis peccati, mutationes gtatum perpeti voluit ab ipsa exortus infantia, vt ad mortem videatur etiam seneſcendo illa caro peruenire potuisse, nisi iuue nis fuisset occisus. Quæ tamen mors in carne peccati inobedientiæ debita redditur, in similitudine autem carnis peccati obedientiæ voluntate suscepta est. Ad eam quippe iturus eamque passurus, hoc ait: Ecce venit princeps mundi huius, & in me nihil inuenier; sed vt sciant omnes quia voluntatem patris mei facio, surgite eamus hinc. His dictis perrexit ad indebitam mortem, factus obediens vsq; ad mortem.

Roma.8.

Ioan.14

Roma.7.

Mors in carne peccati debita redditur, similitudine vo carnis peccati obediẽ

Lucę.2.

Mat.1.

Io.14.

tię volũtate suscepta ẽ, idẽ.13.

Phil.2.

CAP. XXX.

QVAPROPTER illi qui dicunt, si primi hominis, peccato factum est vt moreremur, Christi aduentu fieret vt credentes in eum non moreremur. Et addunt quasi rationem dicentes: neq; enim præuaricatoris transgressio plus nobis nocuit, quam incarnatio vel redemptio profuit saluatoris, Cur non potius hoc attendunt, hoc audiunt, hoc sine dubitatione credunt, quod Apostolus sine ambiguitate locutus est. Quia per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur: neque enim aliunde quam de corporis resurrectione dicebat. Omnium ergo corporis mortem factã per vnum hominem dixit, & omnium corporis resurrectionem in vitam æternam per vnum Christum futuram esse promisit. Quomodo ergo plus nobis nocuit ille peccando, quam iste profuit redimẽdo, cum per illius peccatum temporaliter moriamnr, per istius autem redemptionem nõ ad temporalem vitam, sed ad perpetuã resurgamus? Nostrum ergo corpus mortuum est propter peccatum, Christi autem corpus solum mortuum sine peccato, vt fuso sanguine sine culpa, omnium culparum chirographa delerentur, quibus debitores qui in eum credunt a diabolo antea tenebantur. Et ideo ait: Hic est sanguis meus qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

1. Cor. 15.

Coloss. 2.

Matth. 26.

Quare moriuntur. & iusti.

POTERAT autem etiam hoc donare credentibus, vt nec istius experirẽtur corporis mortem: sed si hoc fecisset, carni quædã felicitas adderetur, minueretur autẽ fidei fortitudo. Sic enim homines mortem istam timent, vt non ob aliud felices dicerent esse Christianos, nisi q̃ mori omnino non possent. Ac per hoc nemo propter illam vitam, quæ post istam mortem beata futura est, per virtutem etiam contemnendæ ipsius mortis ad Christi gratiam festinaret, sed propter remouendam mortis molestiam delicatius crederetur in Christum. Plus ergo gratiæ prestitit, plus fidelibus suis sine dubitatione donauit. Quid enim magnum erat videndo non mori eos qui crederent, credere se non moriturum? Quanto est maius, quanto fortius, quanto laudabilius, ita credere, vt se speret moriturus sine fine victurum? Denique hoc quibusdam in fine largietur, vt mortem istam repẽtina commutatione non sentiant, sed simul cum resurgentibus rapiantur in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cũ domino viuant. Et recte illis, quia non erunt iã posteri qui propter hoc credant non sperando quod non vident, sed amando quod vident. Quæ fides est enervis & debilis, nec fides omino dicenda, quãdoquidẽ fides ista definita est: Fides est sperandorũ substantia, & conuictio

CAP. XXXI.

2. Retract. c. 33.

Heb. 11.

rerum quæ non videntur. Vnde etiam in eadẽ vbi & hoc scriptum est ad Hebræos epistola cum consequẽter enumerasset quosdam, qui deo placuerunt: secũdum fidem, inquit, mortui sunt hi omnes, cum non accepissent promissiones, sed longe eas videntes & salutantes & confitentes, quia hospites & peregrini sunt super terram. Et paulo post eandem fidei laudem ita concluſit: Et omnes, inquit, testimonium consecuti per fidem, non tulerunt promissiones dei: pro nobis enim meliora proiuderunt, ne sine nobis perfecti perficerentur. Hęc laus fidei non esset, nec omnino vt iã dixi, fides esset, si homines in credendo præmia visibilia sequerentur: hoc est si fidelibus merces immortalitatis in hoc seculo redderet. Hinc & ipse dominus mori voluit, vt quemadmodum de illo scriptum est, per mortẽ euacuaret eum, qui potestatem habebat mortis: id est, diabolũ, & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam rei erant seruitutis. Hoc testimonio satis etiam illud monstratur, & mortem istam corporis principe atq; authore diabolo, hoc est, ex peccato accidisse, quod ille persuasit, neque enim ob aliud potestatem habere mortis verissime diceretur: Vnde ille qui sine vllo peccato vel originali vel proprio morietur dixit, quod pauloante commemorauit: Ecce venit princeps mundi, id est diabolus, qui potestatem habet mortis, & in me nihil inuenier, id est peccati, propter quod homines mori fecit. Et quasi diceretur ei, quare ergo moreris? Sed vt sciant omnes, inquit, quia voluntatẽ patris mei facio, surgite eamus hinc: id est, vt moriar nõ habens mortis causam de peccato sub authore peccati, sed de obedientia & iustitia factus obediens vsque ad mortem. Et hoc ergo illo testimonio demonstratum est, & q̃ timorem mortis fideles vincunt, ad agonem ipsius fidei pertinere, qui profecto defuisset, si mox esset credentes immortalitas consecuta.

In capitulo præcedenti.

Ioan. 14.

Phil. 2.

Quur solus Xps resurrexit

CAP. XXXII.

QVAMVIS itaque multa dominus visibilia miracula fecerit, vnde ipsa fides velut quibusdam primordiis lacte scentibus germinaret, & in suum robur ex illa teneritudine coalesceret: tanto est enim fortior, quanto magis iam ista non quærit; tamen illud quod promissum speramus inuisibiliter voluit expectari, vt iustus ex fide viueret, intantum vt nec ipse qui die tertio resurrexit inter homines esse voluerit, sed eis demonstrato in sua carne resurrectionis exemplo, quos huius rei testes habere dignatus est, in cœlum ascenderit, illorũ quoque se oculis auferens, nihilque tale cuiusquã eorum carni iam tribuẽs, quale in carne propria demõstrauerat: vt & ipsi ex fide viuerẽt eiusq; iustitię, in qua ex fide viuit̃ præmiũ q̃ postea erit visibile, nũc interim per patientiã inuisibiliter

biliter expectarent. Ad hunc intellectum credo etiam illud esse referendum, quod ait de spiritu sancto: Non potest ipse venire nisi ego abiero: hoc enim erat dicere, nō poteritis iuste viuere ex fide, quod de meo dono, ideſt, de spiritu sancto habebitis, nisi a vestris oculis hoc quod intuemini abstulero, vt spiritaliter cor vestrum inuisibilia credendo proficiat. Hanc ex fide iustitiam identidem loquens de spiritu sancto, ita commendat. Ille, inquit, arguet mundum de peccato, de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me: de iustitia, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me. Quę est ista iustitia, qua eum non viderent, nisi vt iustus ex fide viueret, & non respicientes quæ videntur, sed quæ non videntur, spiritu ex fide spem iustitiæ expectaremus?

Ioan.16.

Ioan.16.

Abac.2.

Roma.1.

CAP. XXXIII.

Quare deleta p christū iniqtas adhuc in iusto quā plures remanēt infirmitates super euang. Ioā.trac. 41.in Tom.9.

Gen.3.

QVI autē dicunt: Si peccato mors ista corporis accidisset, non vtiq; post remissionem peccatorum quam redemptor nobis tribuit moreremur: non intelligunt quomodo res, quarum reatum ne post hanc vitam obsint, deus soluit, tamen eas ad certamen fidei sinit manere, vt per illas erudiantur & exerceantur, proficientes in agone iustitiæ. Posset enim & alius hoc non intelligens dicere: Si propter peccatum dixit deus homini: In sudore vultus tui edes panem tuum, & spinas & tribolos pariet tibi terra: quare & post remissionem peccatorum labor hic permanet, & hęc dura & aspera parit etiā terra fidelium? Item si propter peccatum dictū est mulieri: In gemitu paries. cur etiam post peccatorū remissionem fœminę fideles eosdem dolores parturiendo patiuntur? Et tamen constat propter peccatum quod admiserant, illos a deo primos homines hęc audisse atque meruisse: nec resistit his verbis diuini libri, quę posui de labore hominis & de parturitione mulieris, nisi qui prorsus alienus a fide catholica eiusdem literis aduersatur.

Quur remisso peccato pœna exigitur.

CAP. XXXIIII.

VERVM quia & tales non desunt, quemadmodum eis hac quæstione proposita respondemus dicentes ante remissionem esse illa supplicia peccatorum, post remissionem autem certamina, exercitationesque iustorum: ita & illis quos de morte corporis similiter mouet respondere debemus, vt eam & peccato accidisse fateamur, & post peccatorum remissionem, vt magnus timor eius a proficientibus superetur, ad certamen nobis relictam esse non dedignemur. Si enim parua virtus esset fidei, quæ per dilectionem operatur, mortis metum vincere, non esset tanta martyrum gloria: nec dominus diceret: Maiorem hac charitatem nemo habet quam vt animam suam ponat pro amicis suis. Quod in epistola sua Ioannes ita dicit: Sicut ille animam suā pro nobis posuit, sic & nos debemus animas pro fratribus ponere.

Gal.5.

Ioan.15.

1.Ioan.3.

Nequaquam igitur in morte pro iustitia subeunda vel contemnenda laudaretur præcipua patientia, si mortis non esset magna multumque dura molestia. Cuius timorem qui vincit ex fide, magnam ipsius fidei cō parat gloriam iustamque mercedem. Vnde mirandum non est, & mortem corporis non fuisse euenturam homini, nisi præcessisset peccatum, cuius etiam talis pœna consequeretur: & post remissionem peccatorum eam fidelibus euenire, vt in eius timore vincendo exerceretur fortitudo iustitiæ. Caro enim quæ primo facta est, non erat caro peccati, in qua noluit homo inter delicias paradisi seruare iustitiam. Vnde statuit deus, vt post eius peccatum propagata caro peccati, ad recipiendam iustitiam laboribus & molestijs niteretur. Propter hoc etiam de paradiso eiectus Adam, cōtra Eden habitauit, id est, contra sedem deliciarum: vt significaret quod in laboribus qui sunt delicijs contrarij, erudienda esset caro peccati, quę in delicijs obedientiam non seruauit antequam esset caro peccati. Sicut ergo illi primi homines postea iuste viuendo, vnde merito creduntur per domini sanguinem ab extremo supplicio liberati, non tamē in illa vita meruerunt ad paradisum reuocari: sic & caro peccati etiam si remissis peccatis homo in ea iuste vixerit, non continuo meretur eam mortem non perpeti quam traxit de propagine peccati. Tale aliquid nobis insinuatum est de patriarcha Dauid in libro regnorum, ad quem Propheta cum missus esset eique propter peccatum quod commiserat euentura mala ex iracundia dei comminaretur, cōfessione peccati veniam meruit, respōdente Propheta, quod illud ei flagitium facinusque remissum sit: & tamen consecuta sunt quę deus fuerat comminatus, vt sic humiliaretur a filio. Quare & hic non dicitur, si deus propter peccatum illud fuerat comminatus, cur dimissio peccato quod erat minatus impleuit: nisi quia rectissime si sic dictum fuerit, respondebitur remissionem illam peccati factam, ne homo a percipienda vita impediretur ęterna: subsecutum vero illius comminationis effectum, vt pietas hominis in illa humilitate exerceretur atque probaretur. Sic & mortem corporis propter hoc peccatum deus homini inflixit, & post peccatorum remissionem propter exercendam iustitiā non ademit.

Quare Adā cōtra Edē habitauit.

2.Reg.12.

Quid sit incedere via media.

CAP. XXXV.

Roma.3.

TENEAMVS ergo indeclinabilem fidei confessionē. Solus vnus est q̄ sine peccato natus est, in similitudine carnis peccati, sine peccato vixit inter aliena peccata, si ne peccato mortuus est propter nostra peccata: non declinemus in dexteram aut in sinistram. In dexteram enim declinare, est seipsum decipere dicendo se esse sine peccato

Prouer.4. peccato. In siniſtram autem per neſcio quam peruerſam
Idē ſup. i To.1. atque prauam ſecuritatē ſe tanquam impune dare pecca
I pſ.pſal.31. & i tis. Vias enim quæ a dextris ſunt nouit dominus, qui
To.2.epiſt. 47. ſolus ſine peccato eſt, & noſtra poteſt delere peccata:
&.1.de tri.c.14 peruerſæ autem ſunt quæ a ſiniſtris ſunt amicitiæ cum
To.3. operū. d. peccatis. Tales etiam illi viginti annorum adoleſcen
Auguſti. tuli figuram noui populi præmiſerunt, qui in terram
promſſionis intrarunt, qui nec in dexteram nec in ſini-
ſtram dicti ſunt declinaſſe: Non enim ea viginti anno-
rum ætas comparanda eſt innocentiæ paruulorum: ſed,
ni fallor, hic numerus myſticum aliquid adumbrat & re
ſonat. Vetus enim teſtamentum in quinq; Moyſi li-
bris excellit, nouem autem quatuor Euangeliorum au-
thoritate præfulget, qui numeri per ſe multiplicati ad vi
cinarium perueniunt: quater enim quini, vel quinques
quaterni, viginti ſunt. Talis populus, vt prædixi, eruditus in regno cœlorum per duo teſtamenta vetus & nouum, non declinans in dexteram ſuperba præſumptione iuſtitiæ, neque in ſiniſtram ſecura delectatione peccati, in terram illius promiſſionis intrabit: vbi iam peccata vlterius nec nobis donanda optemus, nec in nobis puniенda timeamus, ab illo redemptore liberati, qui nō ve nundatus ſub peccato, redemit Iſrael ab omnibus iniquitatibus eius, ſiue propria cuiuſque vita commiſſis, ſi ue originaliter tractis.

CAP. XXXVI. NON enim parum diuinarum ſcripturarum authori tati veritatique ceſſerunt, qui etſi noluerunt literis ſuis aperte exprimere, paruulis remiſſionem neceſſariā pec catorum, redemptionem tamen eis neceſſe eſſe confeſſi ſunt. Alio quippe verbo, etiam ipſo de Chriſtiana eruditione deprompto, nihil aliud omnino dixerunt: Nec du bitandum eſſe his qui diuinas ſcripturas fideliter le-
Rom.5. gunt, fideliter audiunt, fideliter tenent, quod ab illa carne quæ prius voluptate peccati facta eſt caro
Rom.8. peccati, deinceps per ſucceſſionem tranſeunte in omnes proſcriptione iniquitatis & mortis caro ſit pro pagata peccati, excepta vna ſimilitudine carnis peccati, quæ tamē non eſſet, niſi eſſet caro peccati. De anima ve ro, vtrum & ipſa eodem modo propagata, reatu qui ei dimittatur obſtricta ſit: neque enim poſſumus dicere, ſo-
Pſal.102. lam carnem paruuli, non etiam animam indigere ſalua-toris & redemptoris auxilio, alienamque ab ea eſſe gra tiarum actione quę in Pſalmis eſt, vbi legimus & dici-mus: Benedic anima mea dominum, & noli obliuiſci om nes retributiones eius, qui propitius ſit omnibus ini-quitatibus tuis, qui ſanat omnes languores tuos, qui re dimit de corruptione vitam tuam: an etiam non propa gata, eoipſo quo carni peccati aggrauanda miſcetur, iam

iam ipſius peccati remiſſione & ſua redemptione opus habeat, deo perſummam alias ſuā præſcientiam iudican te, qui paruulorum ab iſto reatu non mereantur ab-ſolui, etiam qui nondum nati nihil alicubi propria ſua vita peregerunt vel boni, vel mali: & quomodo deus e-tiam ſi non de traduce animas creat, non ſit tamen au-thor reatus eiuſdem, propter quem redemptio ſacramen ti neceſſaria eſt animæ paruuli: magna quæſtio eſt, aliā-que diſputationem deſiderat, eo tamen quantum arbi-tror moderamine temperatam, vt magis inquiſitio cau-ta laudetur, quam præcipitata reprehendatur aſſertio. Vbi enim de re obſcuriſſima diſputatur, non adiuuan tibus diuinarum ſcripturarum certis clariſque documē tis, cohibere ſe debet humana præſumptio, nihil faciens in partem alteram declinando. Etſi enim quodlibet ho rum, quemadmodum demonſtrari & explicari poſſit, ignorem, illud tamen credo; quod etiam hinc diuino-rum eloquiorum clariſſima authoritas eſſet, ſi homo il-lud ſine diſpendio promiſſę ſalutis ignorare non poſ-ſet. Habes elaboratum, vtinam tam commodum quam prolixum pro meis viribus opus, cuius prolixitatem fortaſſe defenderem, niſi illud vererer facere defenden-do prolixius.

LIBRI SECVNDI
FINIS.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, DE PECCATORUM meritis & remissione, & de baptismo paruulorum ad Marcellinum Epistola, seu Liber Tertius.

Prohemium.



HARISSIMO filio Marcellino, Augustinus Episcopus seruus Christi, seruorumque Christi in Domino salutem. De quæstionibus quas mihi proposueras vt ad te aliquid scriberem aduersus eos qui dicunt Adam etiam si non peccasset fuisse moriturum, nec ex eius peccato quicquam ad eius posteros propagando transisse, maxime propter baptismũ paruulorum quem more piissimo atque materno vniuersa frequentat Ecclesia, & quod in hac vita sint, fuerint, futurique sint filij hominum nullum habentes omnino peccatum, iam duos prolixos absolueram libros: quibus mihi visus sum non quidem omnibus omnium occurrisse in hac causa motibus animorum, quod vel a me, vel a quoquam vtrum fieri possit, ignoro, immo fieri non posse non dubito, sed tamen egisse aliquid, quo de his rebus a maioribus traditę fidei defensores contra nouitates eorum qui aliter sentiunt non inermes vsquequaq; consisterent. Verum post pauciſſimos dies legi Pelagij quædam scripta, viri vt audio sancti, & non paruo profectu Christiani, quæ in Pauli Apostoli Epistolas expositiones breuissimas continerent: atque ibi comperi cum ad illum venisset locum, vbi dicit Apostolus: Per vnum hominem peccatum intrasse in mundum, & per peccatum mortem, atque ita in omnes homines pertransisse, quandam eorum argumentationem qui negant paruulos peccatum originale gestare: quam fateor in illis tam longis voluminibus meis nõ refelli, quia in mentem mihi omnino non venerat quẽquam posse talia cogitare, vel dicere. Quapropter quoniam illi operi, quod iam certo fine concluseram, nihil addere volui, & ipsam eisdem verbis qu bus eã legi, & quid mihi cõtra videatur, huic Epist. inferendũ putaui.

Laudat pelagiũ

Roma. 5.

Refellit pelagia nũ dogma.

CAP. II.

SIC ergo illa argumentatio posita est: Hi autem, inquit,

inquit, qui cõtra traducẽ peccati sunt, ita illã impugnare nituntur: Si Adæ, in q̃ũ, peccãtũ ẽt nõ peccãtibus nocuit, ergo, & Christi iustitia etiam non credentibus prodest: quia similiter, imo & magis dicit per vnum saluari, quã per vnum ante perierunt. Huic ergo, vt dixi, argumento in illis duobus libris quos ad te scripsi, nihil respondi, neque id mihi prorsus redarguendum proposui. Nũc ergo prius illud attende, quemadmodum cum dicunt: Si Adæ peccatum etiam non peccantibus nocet, ergo & Christi iustitia etiam non credentibus, prodest, absurdissimum vtique & falsissimum iudicant, vt Christi iustitia etiam non credentibus prosit, vnde putant confici, nec primi hominis peccatum paruulis non peccantibus nocere potuisse, sicut & Christi iustitia prodesse illis non credentibus non potest. Dicant itaque, Christi iustitia quid baptizatis paruulis prosit. Dicant omnino quod volunt: Profecto enim si se Christianos esse meminerũt, aliquid prodesse non ambigunt. Quod libet igitur prosit, prodesse sicut etiam ipsi asserunt non credentibus non potest. Vnde coguntur paruulos baptizatos in credentium numero deputare, & authoritati sanctę vbiq; Ecclesię consentire, quæ fidelium nomine eos censet indignos, quibus iustitia Christi etiam secundum istos prodesse non nisi credentibus posset. Sicut ergo eorum per quos renascuntur, iustitię spiritus responsione sua traiecit in eos fidem, quam voluntate propria nondum habere potuerunt: sic eorum per quos nascuntur caro peccati traiecit in eos noxam quam nondum vita propria contraxerunt. Et sicut eos vitę spiritus in Christo regenerat fideles, sic eos corpus mortis in Adam generauerat peccatores; Illa enim carnalis generatio est, hæc spiritualis: illa facit filios carnis, hęc filios spiritus; illa filios mortis, hęc filios resurrectionis: illa filios seculi, hęc filios dei: illa filios iræ, hæc filios misericordię: ac p hoc illa peccato originali obligatos, ista omnis peccati vinculo liberatos. Postremo ad id quod intellectu perspicacissimo assequi non valemus, authoritate diuina consentire cogamur: bene quod ipsi nos admonent, iustitiam Christi nisi credentibus prodesse non posse, & prodesse aliquid paruulis confitentur: vnde, vt diximus, necesse est eos baptizatos in credentium numero sine vlla tergiuersatione constituant. Consequenter igitur si non baptizentur, inter eos qui non credunt erunt, ac per hoc nec vitam habebunt, sed ira dei manet super eos: Quoniam qui non credit filio, non habebit vitam sed ira dei manet super eum. Et iudicati sunt, quoniam qui non credit iam iudicatus est. Et condemnabuntur, quoniam q̃ crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui autem non

Hoc idẽ sup. in 2. li. ca. 29. solutum est.

Carnalis spiritus aliusq; generationis effectus.

Ioan. 5.

Ioan. 3.

Mar. 16.

nō crediderit, condemnabit. Iā nunc videāt isti, qua iustitia tentēt Vel conetur asserere, nō ad vitā æternā, sed ad irā dei pertinere & diuinitus iudicari atq; dānari homines qui sine peccato sunt, si quemadmodū proprium, ita nullū in eis est etiā originale peccatū. Iā cæteris quę Pelagius insinuat eos dicere, qui cōtra originale peccatū disputāt, in illis duobus prolixi mei operis libris satis quantū arbitror dilucideq; respondi. Quod & si quibusdā vel parū vel obscurū videbitur, dent veniā, & cōponāt cū eis, q fortasse illud nō qa parū, sed qa nimium reprehendūt: & quia ea, quæ pro natura quæstionū dilucide dicta existimo, adhuc nō intelligunt, nō mihi calūniētur pro negligētia vel pro meæ facultatis īdigētia sed deum potius pro accipienda intelligentia deprecentur.

Argumenta Pelagianorum. CAP. III.

VERVNTAMEN nos nō negligēter oportet aduertere istū, sicut eū q nouerūt, loquūtur bonū ac prædicādum virū. Hanc argumentationē contra peccati propagīnē, nō ex propria intulisse persona, sed quid illi dicāt q'eā nō approbant intimasse, nec solū hoc q; mō proposui eis q; respondi, verū etiā cętera quibus me in illis libris iā respōdisse recolui. Nā cū dixisset, si adę, inquiūt, peccatū etiā nō peccātibus nocuit, ergo & Christi iustitia etiā nō credentibus, pdest, q; in his quę respōdi cernis, q; nō solum nō expugnet q; dicimus, sed etiam nos admoneat quid dicamus, secutus adiunxit: Deindeaiūt, si baptismus mundat Antiquū illud delictū, qui de duobus baptizatis nati fuerint debēt hoc Carere peccato: Nō. n. potuerunt ad posteros transmitere, q; ipsi minime habuerūt. Illud quoq; accedit, inquit, si anima nō est ex traduce, sed sola caro, ipsa tantū habet traducē peccati, ipsa sola pœnā meretur iniustū esse dicentes, vt hodie nata anima nō ex massa adę tā antiquū peccatū portet alienū. Dicūt etiā inquit, nulla ratione cōcedi, vt Deus qui propria peccata remittit, imputet aliena. fides ne obsecro quēadmodū hoc totū pelagius, non ex sua, sed ex aliorum persona indiderit scriptis suis, vsq; adeo sciens hanc nescio quā esse Nouitatem, quæ contra antiq; ecclesiæ nisi tam opinionem sanare nunc cæperit, vt eam ipse confiteri aut verecundatus, aut veritus fuerit. et forte hoc ipse non sentit quod sine peccato nascatur homo. Cui fatetur necessarium esse baptismum, in quo fit remissio peccatorum, & quod sine baptismo, damnetur homo, quem necesse est non baptizatum in non credentibus deputari, quia vlique scriptura Euangelica fallere non potest, in qua apertissime legitur, qui non crediderit condemnabitur. Postremo quod sine baptismo imago dei non admittatur ad regnum dei, quoniam

Mar. 15.

Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire

introire in regnum dei, atque ita vel in ęternam mortē sine peccato præcipitetur, vel quod est absurdius, extra regnum dei habeat vitam æternam, Cum dominus præ dicens quid suis in fine dicturus sit, venite benedicti patris mei percipite regnum, quod vobis paratum est ab initio mundi, Manifestauerit etiam quid sit ipsum regnū quod dicebat, ita concludens, sic ibunt illi in Combustionem æternam, Iusti autem in vitam æternam. Hæc ergo & alia quę hunc sequuntur errorem, Nimium peruersa & christianæ repugnantia veritati. Credo quod vir ille tam egere christianus omnino non sentiat. Sed fieri potest, vt etiam istorum argumentis, qui contra peccati traducem sentiunt, adhuc fortasse ita moueatur, vt audire vel nosse quid contra eos dicatur, expectet, et ideo quid illi dicant qui contra peccati traducem sentiunt, Nec tacere voluit Vt quæstio discutienda insinuaretur, & a persona sua remouit, Ne hoc etiam ipse sentire iudicaretur.

Matt. 25.

Pelagij laus.

EGO autem & si refellere istorum argumenta non valeam, video tamen inhærendum esse ijs quę in scriptu ris sunt apertisma, vt ex his reuelent obscura: aut si mēs nōdū est idonea, quę possit ea vel demunstrata cernere, vel obstrusa inuestigare, sine vlla hæsitatione credātur Quid autem apertius tot tantisq; testimonijs diuinorū eloquiorū, q̄bus dilucidissime apparet, nec preter christi societatē ad vitā salutēq; æternā. posse quēq; hominū peuenire, nec diuino iudicio posse aliquē iniuste dānari: hoc ē, ab illa vita ac salute separari. Vnde fit cōsequēs, vt qm nihil agit aliud cū paruuli baptizantur, nisi vt incorporentur ecclesię, id est, christi corpori mēbris q; sociētur, manifestū sit eos ad dānationē nisi hoc eis collatū fuerit ptinere. Nō autē dānari possent si peccatū vtique nō haberēt. Hoc quia illa ętas nullū in vita ppria cōtrahere potuit, restat intelligere, vel si hoc nondū posumus, saltē credere, trahere paruulos originale peccatū. Ac per hoc si ambigui aliquid habent verba apostolica, quibus dicit, per Vnū hominē peccatū intrauit in mundū, & p peccatū mors, & ita in oēs hoies ptrāsijt, possunt q; in aliā duci trās ferriq; sentēti ā': Nūquid & illud ambiguū est, nisi, Is renatus fuerit ex aqua & spiritu nō pōt introire in regnū dei? Nunqd et illud, vocabis nomē eius Iesum, ipse. n. saluū faciet populū suū a peccatis eorū? Nūquid et illud, Quia nō est opus sanis medicus, sed ægrotātibus: hoc est, Quia nō est necessarius Iesus eis q; nō habēt peccatū, sed eis q saluādi sunt a peccato. Nunqd et illud, qa nisi māducauerint hoies carnē eius, hoc est, participes facti fuerint Corporis eius, nō habebunt vitam? His atque huiusmodi alijs, quę nunc prætereo, testimonijs

Iesus et infantiū Iesus est.

CAP. IIII.

Roma. 5.

Ioan. 3.

Matth. 1.

Mat. 9.

Ioan. 6.

Idem sup. Euā. Io, tracta. 25. &

26.&.27.&.45 in To.9.&.3.de doc.chri.c.16.i 1.To.horũ op.

testimonis diuina luce clarissimis, diuina authoritate certissimis, Nõne veritas sine vlla ambiguitate proclamat, Non solum in regnum dei non baptizatos paruulos intrare non posse, sed nec vitam æternam posse habere præter Christi corpus, cui vt in corporen ur sacramento baptismatis imbuuntur? Nonne Veritas sine vlla dubitatione testatur, eos non ob aliud ad Iesum, hoc est ad saluatorem & ad medicum Christum pijs gestantium manibus ferri, nisi vt per medicinam sacramentorum eius possint a peccati peste sanari?

Baptismus paruulorum. CAP. V. Roma.5.

Q. VID ergo cunctamur Apostoli verba de quibus forte dubitamus, etiam ipsa sic intelligere, vt his congruant testimonijs, de quibus dubitare non possumus? quanquam toto ipso loco, vbi per vnius peccatum multorum condemnationem, & per vnius iustitiam multorum iustificationem apostolus loquitur, Nihil mihi videatur ambigui, nisi quod ait, Adã formam futuri. Hoc enim re vera non solum huic sententię conuenit, qua intelligitur futuros eius posteros, & eadem forma cum peccato esse generatos, sed etiam in alios, & alios intellectus possunt hæc verba deduci. Nam et nos aliud inde aliquando diximus, & aliud fortasse dicemus, quod tamen huic intellectui non sit aduersum, & ipse pelagius non vno modo id expositum. Cætera vero quæ ibi dicuntur si diligenter aduertantur, atque tractentur, sicut in primo duorum illorũ libro vt cunque conatus sum, etiã si subobscurum pariunt rerum ipsarum necessitate sermonem. Non tamen potuerunt alium sensum habere, ni si per quem factum est, vt antiquitus vniuersa Ecclesia

Pertineret, ꝓ cõstãter teneret, et i cõcl. mileu. cã. 2. determinatum ẽ et i cõci. aphr. cã. 77. iu. 1. To. conci.

pertineret, fideles paruulos originalis peccati remissionem per Christi baptismum consecutos. Vnde non immerito beatus Cyprianus satis ostendit quam hoc ab initio Creditum & intellectum seruet ecclesia, qui cum paruulos a materno vtero recẽtissimos iã idoneos ad ꝓcipiendum christi baptismum assereret, quoniam consultus fuerat, vtrum hoc ante octauũ diẽ fieri deberet, quã tum potuit conatus est eos demunstrare perfectos, Negs quasi ꝓ Numero dierũ, quia octauo antea circũcidebantur infantes, eos adhuc perficiẽdos existimaret. Sed cum magnum eis defensionis patrocinium præstitisset, ab originali tamen peccato eos non immunes esse confessus est. Quia si hoc negaret, ipsius baptismi causam ꝓpter quem percipiendum eos defendebat, auferet. Potes ipsam Epistolam memor ti martiris de baptizandis paruulis legere si Volueris, Neque enim potest deesse Carthagini. verum in hanc etiam nostram, quantum præsentium quæstioni satis visum est pauca inde transferenda arbitratus sum, quę prudenter attende, Quantũ vero

Cyprianus in Epist. de baptizãdis paruulis.

inqui

inquit, ad causam infantium, quos dixisti intra secundũ vel tertium die in quo nati sunt constitutos, baptizari non oportere, & considerandam esse legem circuncisionis antiquæ, Vt intra octauum diem eum qui natus est baptizandum & sanctificandum non putares, lunge aliud in concilio nostro * omnibus visum est. In hoc enim quod tu putabas esse faciendum nemo consensit, sed vniuersi potius iudicauimus, nulli hominum nato misericordiam dei, & gratiam denegandam: Nam cum dominus in Euangelio dicat, filius hominis non venit, Animas hominum perdere, sed saluare, quantum in Nobis est, si fieri potuerit, nulla anima perdenda est. Aduertis ne quid dicat, quemadmodum sentiat, Non tantum carni sed animæ quoque infantis exitiabile esse atque mortiferum sine illo salutari sacramento exire de hac vita? Vnde si iam nihil aliud diceret, intelligere, nostrum fuit sine peccato animam perire non posse, sed vide paulopost defendens innocentiam paruulorum, quid tandem de illis apertissime fateatur. Cæterum si homines, inquit, impedire aliquid ad consecutionem gratiæ posset, magis adultos, & prouectos, & maiores natu possent impedire peccata grauiora. Porro autem si etiam grauissimis delictoribus, & in deum multum ante peccantibus, cum postea crediderint remissa peccatorum datur, & a baptismo atque gratia nemo prohibetur, Quanto magis prohiberi non debet infans qui recens natus nihil peccauit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquæ prima natiuitate contraxit, qui ad remissam peccatorum accipiendam in hoc ipso facilius accedit, quod illi remittuntur, non proptia sed aliena peccata. Vides quanta fiducia ex antiqua & indubitata fidei regula vir tantus ista loquatur? Quia hæc documenta certissima ideo protulit, vt illud quod erat incertum, Vnde consuluerat ille cui rescribit & vnde concilii decretum constitutum esse commemorat, vtscilicet etiam ante octauum diem ex quo die natus esset infans, eum si afferretur, baptizare nemo dubitaret, per hæc * figmenta probaretur. Neque enim hoc tunc quasi nouum aut quasi aliqua cuiusquam contradictione pulsatum concilio statuebatur seu firmabatur, quod obstricti originali peccato tenerentur infantes, sed cum illic illa consultatio verfaretur, & disceptaretur propter legem circuncisionis, vtrum eos & ante octauum diem baptizari oporteret, Ideo ei qui hoc negabat, Nemo consensit, quia iam non consulendum nec disceptandum, sed firmum, certumque habebatur,

Alias fãcto.

Luc.19.

Firmamẽta.

Animam saluti æternæ periturum si hanc vitam sine

illius sacramenti consecutione finiret, quamuis ab vtero recentissimi paruuli solo reatu essent peccati originalis obstricti. Quare illis & si multo facilior quod alienorum, sed tamen etiam esset Necessaria Remissio peccatorum. His certis, illa incerta de octauo die quæstio dissoluta est, atque in concilio iudicatum, Homini nato nec in æternum pereat, omni die licere succurrere, cum etiam de ipsa carnali circuncisione ratio redderetur, quod vmbra esset futuri, non quod intelligeremus etiam baptismum octauo ex quo natus est homo die dari oportere, sed nos in Christi resurrectione spiritaliter circuncidi, qui tertio quidem post diem passionis, in diebus tamen hebdomodarum, quibus tempora prouoluuntur, octauo hoc est, post sabbatum primo die a mortuis resurrexit.

De paruulis veteres nihil dubitauerunt. CAP. VI.

ET Nunc nescio cuius nouæ disputationis audacia quidam nobis facere conantur incertum, quod maiores nostri ad dissoluenda quædam, quæ nonnullis uidebantur incerta, tanquam certissimum proferebant. Quando enim primitus hoc disputari cæperit, nescio. Illud tamen scio, quod sanctus Hieronymus, qui hodieque in literis ecclesiasticis tam excellentis doctrinæ fama ac labore verkatur, ad quasdam soluendas in suis libris quæstiones, etiam hoc certissimum adhibet sine vlla disceptatione documentum. Nam in eo quod in Ionam prophetam scripsit, cum ad eum venisset locum, vbi commemorantur etiam paruuli ieiunio castigati. Maior, inquit, ætas incipit & vsque ad minorem peruenit. Nullus enim absque peccato, nec si vnius quidem diei fuerit vita eius & innumerabiles anni vitæ illius. Si enim stellæ mundæ non sunt in conspectu dei, quanto magis vermis & putredo, & ii qui peccato offendentis Adam tenentur obnoxii? Hunc doctissimum virum si facile interrogare possemus, quam multos vtriusque linguæ diuinarum scripturarum tractatores, & Christianarum disputationum scriptores commemoraret, qui non aliud ex quo Christi ecclesia est constituta, senserunt, Non Aliud a maioribus acceperunt, non aliud posteris tradiderunt ego quidem quamuis lunge pauciora legerim, non memini me aliud audisse a Christianis qui vtrunque accipiunt testamentum, non solum in catholica ecclesia, verum etiam in qualibet hæresi vel schismate constitutis, non memini me aliud legisse apud eos quos de his rebus aliquid scribentes legere potui, qui scripturas canonicas sequerentur, vel sequi se crederent credi ve voluissent. Vnde nobis hoc negocium repente emerserit nescio. Nam ante paruum tempus a quibusdam transitorie colloquentibus

Hieronymus super Ionam. Iob. 25.

loquentibus cursim mihi aures perstrictæ sunt, Cum illic apud Carthaginem essemus, non ideo paruulos baptizari, vt remissionem accipiant peccatorum, sed vt sanctificentur in Christo. Qua nouitate permotus, & quia oportunum non fuit, vt contra aliquid dicerem, & non tales homines erant de quorum esset authoritate solicitus, facile hoc in transactis atque abolitis habui, & ecce contra ecclesiam iam studio flammante defenditur, ecce scribendo etiam memoriq comendat, ecce res in hoc discriminis adducit, vt hic et a fratribus cõsulamur, ecce cõtra disputare atq scribere cogimur.

Iouiniani errot CAP. VII.

ANTE paucos annos Romę quidam extitit Iouinianus nomine, qui sanctissimonialibus etiam etate prouectis ribus nuptias persuasisse dicitur, non illicitendo quo earum aliquam ducere vellet vxorem, sed disputando virgines sanctimoniq dicatas, nihil amplius fidelibus eõiugatis apud deum habere meritorum: nunquam tamen ei hoc commentum venit in mentem, vt asserere conaretur sine originali peccato nasci hominum filios, & vtiq si hoc astrueret multo procliuius vellent feminæ nubere, fœtus mũdissimos pariturę, huius sane scripta, nã & scribere ausus est, cũ fratres ad hieronymũ refellenda missi sent, non solum in eis nihil tale cõperit, verũ etiã ad quędam eius vana refutanda hoc tam quã certissimũ de hominis originali peccato vnde vtiq nec ipsum dubitare credebat, inter multa suã documenta deprompsit. Id agẽtis hæc verba sunt, qui dicit se, inquit, in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare, eligat aduersarius e duobus quod vult, optionem ei damus, Manet in Christo, an non manet? Si Manet, ita ergo ambulet vt Christus; si autem temerarium est similitudinem virtutum domini polliceri, Non manet in Christo, quia non ingreditur vt christus. Ille peccatum nõ fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, qui cum malediceretur non remaledixit, & tanquam agnus corã tondente, sic non aperuit os suum, Ad quem venit princeps mũdi istius & inuenit in eo nihil, qui cũ peccatum non fecisset, pro nobis peccatũ eũ fecit deus: nos autẽ iuxta epistolã Iacobi multa peccamus oẽs, & nemo mũdus a peccatis, nec si vnius gdẽ diei fuerit vita eius, qs enim se gloriabit castũ se habere cor, aut quis cõfidet mundũ se esse a peccatis? Teneunq rei in similitudinẽ preuaricationis adã, vnde & dauid, ecce, inquit, in iniq tatibus cõceptus sum, & in delictis cõcepit me mater mea, hæc nõ ideo cõmemorauí, quod disputatorũ quorum libet sentẽtiis tãquã canonica authoritate nitamur, sed vt appareat ab initio vsque ad presens tempus quo ista nouitas orta est, hec de originali peccato apud ecclesiq fidẽ tãta cõstãtia custodi

1. Ioan. 2.

Iesai. 53.

Ioan. 14.

Iacobi. 3.

Psal. 50.

tum. Vt ab eis qui dominica tractarent eloquia, magis certissimum proferretur ad alia falsa refutanda, quam id tanquam falsum refutari ab aliquo tentaretur. Cæterum in sanctis canonicis libris viget huius sententiæ, clarissima & plenissima authoritas, clamat Apostolus, per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit in quo omnes peccauerunt, vnde nec illud liquide dici potest, quod peccatum adæ etiam non peccantibus nocuit, cum scriptura dicat, in quo omnes peccauerunt. Nec sic dicuntur ista aliena peccata, tanquam omnino ad paruulos non pertineant, si quidem in Adam omnes tunc peccauerunt, quando in eius natura illa insita, in qua eos gignere poterat, Adhuc omnes ille vnus fuerunt, sed dicuntur aliena, quia nondum ipsi agebant vitas proprias, sed quicquid erat in futura propagine, vita vnius hominis continebat.

Roma. 5.

Interrogãt multi q̃ ipsi nõ possunt explicare. CAP. VIII.

NVLLA, inquiunt ratione conceditur, vt deus qui propria peccata remittit, imputet aliena. Remittit, sed spiritu regeneratis, Non carne generatis? Imputat vero non iam aliena sed propria: Aliena quippe erant quando hi qui ea propagata portarent nondum erant, Nunc vero Carnali generatione iam eorum sunt, quibus non dum spiritali regeneratione dimissa sunnt. Sed si baptismus, inquiunt, mundat Antiquum illud delictum, qui de duobus baptizatis nati fuerint, debent hoc carere peccato: Non enim potuerunt ad posteros transmittere, quod ipsi minime habuerunt. Ecce vnde plerunque conualescit error, cum homines idonei sunt his rebus interrogandis, quibus intelligendis non sunt idonei cui enim auditori, vel quibus explicem verbis, quomodo mortalia vitiosa primordia non obsint eis, qui aliis primordiis immortalibus inchoati sunt, & tamen obsint eis, quos ijdem ipsi, quibus iam non obsunt, ex eisdem vitiosis primordiis generauerint, quomodo id intelligat, hic mo cuius tardiusculam mentem impedit, & suæ sententiæ præiudicium, & peruicatiæ grauissimæ vinculum? Veruntamen si aduersus eos, mihi esset causa ista suscepta, Qui omnino paruulos baptizari prohiberent, aut superfluo baptizari contenderent, dicentes eos ex fidelibus natos Parentum meritum necessario consequi, tunc deberent ad hanc opinionem conuincendam laboriosius fortassis & operosius excitari, tunc si mihi apud obtusos & contentiosos propter rerum naturæ obscuritatem difficultas Refellendi falsa, & persuadendi vera resisteret, Ad hæc forte quæ in vsu atq; in promptu essent exempla confugerem, vicis simquæ

que interrogarem, vt quia eos moueret, quomodo peccatum quod mundetur per baptismum, Maneat in eis quos genuerint baptizati, ipsi explicarent, quomodo præputium quod per circumcisionem aufertur, Maneat in eis quos genuerint circumcisi, quomodo etiam palea quæ opere humano tanta diligentia separatur, Maneat in fructu qui de purgato tritico Nascitur.

Quare iustus ĩ iustũ gñet supra fuit declaratum lib. 2. c. 9. & 25.

HIS & talibus forsitan vtcunque conarer exemplis persuadere hominibus, qui mundationis sacramenta superfluo filiis mundatorum crederent adhiberi, quã recto consilio baptizandorum paruuli baptizentur, quanquam fieri possit vt homini habenti vtrunque semen, & mortis in carne, & immortalitatis in spiritu, Non obsit regenerato per spiritum, quod obest eius filio generato per carnem, sitque in isto remissione mundatum, quod sit etiam in illo simili remissione, velut circunciſione, velut triturationе ac ventilatione mundandum. Nunc vero quandoquidem cum eis agimus? qui confitentur baptizatorum filios baptizandos, quanto melius sic agimus vt dicamus vos, qui asseritis de hominibus a peccati labe mundatis sine peccato nasci filios debuisse, cur non attenditis eo modo vobis posse dici de Christianis parentibus Christianos nasci filios debuisse? Cur ergo eos Christianos fieri debere censetis? Nunquid in eorum parentibus corpus Christianum non erat, quibus dictum est, Nescitis quia corpora vestra membra sunt Christi? An forte corpus quidem christianum de christianis parentibus natum est, sed non christianam animam accepit? Hoc vero multum est mirabilius, Namque vtrumlibet de anima sentiatis, quia profecto cum apostolo non eam creditis antequam nasceretur aliquid egisse boni aut mali, aut de traduce attracta est, & similiter vt corpus de christianis christianum, sic anima etiam christiana esse debuit, aut a Christo creata, vel in christiano corpore, vel propter Christianum corpus christiana debuit seu creari seu mitti: Nisi forte dicetis christianos homines christianum corpus gignere potuisse, & ipsum christum Animam christianam non potuisse procreare cedite itaque veritati, & videte sicut fieri potuit quod & vos fatemini, vt de christianis non christianus, de membris christi non membrum christi, atque vt occurramus etiam omnibus, qui licet falso, tamen quocumque religionis Nomine detinentur, de consecratis non consecratus, Ita etiam fieri vt de mundatis non mundatus nascatur. Quid respondebitis, quare de christianis non christianus nascatur, nisi quia non facit generatio, sed

Vt ex circũcisio nascit ĩ circũci sus, ita ex bapti zato baptizandus.

CAP. IX.

1. Cor. 6.

Roma. 9.

Nõ gñatio, sed regñatio facit christianos idẽ

regeneratio Christianos ? Hanc igitur vobis reddite rationem, quia similiter a peccatis nemo nascendo, sed omnes renascendo mundantur. Ac per hoc de hominibus ideo mundatis, quoniam renatis, Homo qui nascitur, renascitur, vt etiam ipse mundetur: Potuerunt enim parentes ad posteros transmittere, quod ipsi minime habuerunt. Non solum sicut frumenta paleam & præputium circuncisus, sed etiam quod & vos dicitis, fideles infidelitatem in posteros traiiciunt, quod non est iam illorum per spiritum regeneratorum, sed quo in carne generati sunt, mortalis seminis vitium. Nam vtique quos paruulos per sacramentum fidelium fideles faciendos esse iudicatis, infideles natos ex parentibus fidelibus non negatis.

supra.c.9.& 25 lib.2. & supra ca.precedenti.

Aïa nũ ex traduce, CAP. X.

AT Enim si anima non est ex traduce, sed sola caro, ipsa sola habet traducem peccati, & ipsa sola pœnam mereretur, hoc enim sentiunt iniustum esse dicentes, Vt hodie nata Anima non ex massa adæ tam antiquum peccatum portet alienum: Attende obsecro te quemadmodum circunspectus vir pelagius, Nam ex eius libro hæc quæ modo posui verba transcripsi, sensit quam indifficili de anima quæstione versetur: Non enim ait, quia Anima non est ex traduce: sed si anima non est ex traduce: Rectissime faciens de re tam obscura, de qua nulla in scripturis sanctis certa & aperta testimonia possumus inuenire, aut difficilime possumus, cunctanter loqui potius quam fidenter. Quapropter ego quoque huic, propositioni non præcipiti assertione respondeo. Si Anima non est ex traduce, ergo quæ ista iustitia est, vt recens creata, & ab omni delicto prorsus immunis, ab omni peccati Contagio ne penitus libera, passiones carnis diuersosque cruciatus, & quod est horribilius etiam dæmonum incursus in paruulis sustinere cogatur? Neque enim aliquid horum caro sic patitur, vt non ibi potius anima quę viuit ac sentit pœnas luat. Hoc enim si iustum ostenditur, sic etiam ostendi potest qua iustitia in carne quoque peccati, subeat originale peccatum, baptismatis sacramento & gratiæ miseratione mundandum. Si autem illud ostendi non potest, neque hoc posse arbitror. Aut ergo vtrunque occultum feramus, & nos homines esse meminerimus, aut alias aliud de anima opus si necesse videbitur Cautela sobria disputando moliamur.

Laudat pelagiũ.

An aïa ex traduce veniat ex scripturis nulla habent testimonia.

Aculeus mortis quid.

NVNC Tamen illud quod ait Apostolus, per Vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt, sic accipiamus, ne to-

CAP. XI. Roma.5.

ne tot Tantisque apertissimis diutnarum scripturarum testimoniis, quibus docemur præter Christi societatem quæ in illo & cum illo sit, cum sacramentis eius imbuimur & eius, membris incorporamur. Vitam salutemque æternam adipisci neminem posse: Nimis insipienter atque infeliciter repugnare iudicemur. Neque enim alio sensu dictum est, ad Romanos per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, atque ita in omnes homines, pertransiit, quam alio loco quo dictum est ad Corinthios, per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum: sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur. Nemo quippe ambigit hoc ibi de corporis morte dictum, quoniam de resurrectione corporis Magna Apostoli intentione quæstio Versabatur, & ideo videtur ibi de peccato tacuisse, quia non erat quæstio de iustitia. Hic autem ad Romanos vtrumque posuit, & Vtrunque diutissime Commendauit, peccatum in Adam, Iustitiam in Christo, & mortem in Adam, vitam in Christo, quæ omnia verba sermonis Apostolici quantum potui satisque visum est in primo, vt iam dixi, duorum illorum libro perscrutatus aperui, quanquam ibi etiam ad Corinthios locum ipsum de resurrectione domini tractatum, sic in fine concluserit, Vt nos dubitare non Sineret, Mortem quoque corporis merito accidisse peccati, cum enim dixisset, oportet Corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem: cum autem corruptibile hoc indutum fuerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, Tunc fiet, inquit, sermo qui scriptus est, absorta est mors in Victoria, vbi est mors victoria * tua? Vbi est mors Aculeus tuus? Deinde subiecit Aculeus autem mortis est peccatum, Virtus vero peccati lex. Quia ergo sicut Apostoli apertissima verba, declarant, eo absorbebitur mors in victoria, quo corruptibile & mortale hoc induet incorruptionem, & immortalitatem, id est, quo viuificabit deus & mortalia corpora nostra propter habitantem spiritum eius in nobis, Manifestum est & huius mortis corporis, quæ resurrectioni carnis contraria est, aculeum fuisse peccatum: Aculeum autem quo mors facta est, non quem mors fecit: peccato enim morimur, non morte peccamus. Sic itaque dictum est, aculeus mortis, quo modo lignum Vitæ, Non quod hominis Vita faceret, sed quo Vita hominis fieret: & quomodo lignum scientiæ per quod scientia fieret

Roma.5. 1.Cor.15. 1.Cor.15. * Contentio. Osee.13. Roma.8. Aculeus mortis peccatum.

hominis, Non quod per suam scientiam fecerit homo, sic ergo & aculeus mortis, quo mors facta est, non quem mors fecerit, sic enim dicimus, & poculum mortis, quo aliquis mortuus sit vel mori posit, non quod moriens mortuus ue confecerit Aculeus itaque mortis peccatū
1 Cor.15. est peccati punctu mortificatum est genus humanum, quid adhuc quærimus cuius mortis, Vtrum animæ, an corporis? Vtrum primæ qua nunc omnes morimur, an secunde qua tunc impii morientur? Nulla causa est exagitandi quæstionem, nullus tergiuersandi locus apostol verba quibus id agebat interrogata respondent, cum mortale hoc, inquit, induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est, absorta est mors in victoria, vbi ē mors Victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Aculeus ăt mortis peccatū, virtus, Vero peccati lex. De resurrectione corporis agebat, qua absorbebitur mors in victoria cum mortale hoc induerit immortalitatem, tunc ipsi morti insultabitur, quæ in victoria resurrectionis corporis absorbebitur, tunc ei dicetur, vbi est mors victoria tua? vbi est mors aculeus tuus? Morti ergo corporis hoc dicetur, Hanc enim absorbebit victoriosa immortalitas. cum mortale hoc immortalitate induetur, Morti inquam corporis tunc dicetur, vbi est mors victoria tua, qua hic omnes sic viceras, vt etiam dei filius tecum confligeret, neque non vitando sed suscipiendo superaret? Vicisti in morientibus, victa es in resurgentibus, victoria tua qua absorbueras corpora morientium. Temporalis fuit; Victoria nostra qua in corporibus absorta es resurgentium, æterna constabit. Vbi est aculeus tuus? hoc est peccatum, quo puncti & venenati sumus, vt etiam in nostris corporibus fieres, & ei tam lungo tempore possideres? Aculeus autē mortis est peccatum, virtus vero peccati lex. Peccauimus in vno omnes, vt moreremur in vno omnes, accepimus legem non vt emendatione si niremus peccatum, sed vt transgressio ne augeremus.
Roma.5: Lex enim subintrauit vt abundaret peccatum, & concluſit scriptura omnia sub peccato. Sed deo gratias qui
1.Cor.15. dedit nobis victoriam per dominū nostrum Iesum Chri
Roma.5. stum, vt vbi abundauit peccatum, super abundaret & gratia, atq; vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus, & vincerem vs mortem per immortalem resurrectionem, & acule um eius peccatum per gratuitam iustificationem.

Ad salutē sacra mēta sola sanctificant. NEMO Itaque de hac re fallatur & fallat. Omnes admit atque aufert iste sanctę scripturę sensus manifestus ambages. Quemadmodū ab origine trahitur mors in corpore, mortis huius, sic ab origine tractum est &

CAP. XII.

peccatum

peccatum in hac carne peccati, propter quod sanandum, & propagine attractum & voluntate auctum, atque ad ipsam carnem resuscitandam, medicus venit in
Roma.8. similitudine carnis peccati, qui non opus sanis sed egro
Luc.19. tantibus, Nec venit vocare iustos sed peccatores, Pro-
Mar.9. inde quod ait Apostolus cum fideles moneret vt se ab
Mar.2. infidelibus coniugibus non disiungerent, sanctificatus
1.Cor.7. est enim vir infidelis in vxore, & sanctificata est mulier infidelis in fratre, Alioquin filij vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt: aut sic est accipiendum quē admodum & nos alibi, & pelagius cum eandem ad Corinthios Epistolam tractaret exposuit, quod exempla iam præcesserāt, & Virorum quos Vxores, & fœminarum quas mariti lucrifecerant Christo, & paruulorum ad quos faciendos christianos voluntas christiana etiā vnius parentis euicerat: aut si, q. magis verba Apostoli videntur sonare & quodammodo cogere, aliqua illic intelligenda est sanctificatio, qua sanctificabantur vir vel mulier infidelis in coniuge fideli & qua sancti nascebantur filij, fidelium, siue quia in menstruo cruore mulieris, a concubitu continebat, quicunque vir vel fœmina id in lege didicerat: Nam hoc Ezechiel inter illa præcepta ponit quę non figurate accipienda sunt, siue propter aliam quamlibet, quæ ibi aperte proposita non est, ex ipsa necessitudine coniugiorum atque filiorum sanctitatis aspergine, illud tamen sine dubitatione tenendum est, quecunque illa sanctificatio sit non valere ad christianos faciendos, atque ad dimittenda peccata, nisi christiana & ecclesiastica institutione & sacramentis efficiantur fideles, Nam nec coniuges infideles quamlibet sanctis & iustis coniugibus hæreant, ab iniquitate mundantur, quæ a regno dei separatos in damnationem venire compellit, Nec paruuli de quibus libet sanctis iustisque procreati originalis reatu absoluuntur, Nisi in Christo fuerint baptizati, pro quibus tanto impensius loqui debemus, quanto pro se ipsi minus possunt.

Epilogus. CAP. XIII. ID enim agit illa disputatio, contra cuius Novitatem Antiqua veritate nitendum est, vt infantes omnino superfluo baptizari videantur. Sed aperte hoc non dicitur, ne tam firmata salubriter ecclesiæ consuetudo violatores suos ferre non possit. Sed si pupillis opem ferre præcipimur, quanto magis pro istis laborare debemus, qui destitutiores & miseriores pupillis etiam sub parentibus remanebunt, si eis Christi gratia denegabitur, quam per se ipsi flagitare non possunt. Illud autem quod dicunt, sine vllo peccato aliquos homines iam ratione propriæ voluntatis vtentes, in hoc seculo vixisse & viuere, optandum est vt fiat, conandum est vt fiat,

supplicandō

Mat.6.

suplicandum est vt fiat, Non tamen qua si factum fuerit Confitendum est: Hoc enim optantibus & conantibus & digna suplicatione deprecantibus quicquid remanserit peccatorum, per hoc quotidie soluitur, quod veraciter in illa oratione dicimus, dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Quã oratiõnem quisquis cuilibet etiam homini sanctõ, & dei voluntatem scienti, atque facienti, præter vnum sanctũ sanctorum dicit in hac vita necessaria non fuisse, multũ errat: Nec potest omnino illi ipsi placere quem laudat, si autem seipsum Talem putat, ipse se decipit & Veritas in eo non est, Non ob aliud, nisi quia falsum putat. Nouit ergo ille medicus qui non est opus sanis sed ægrotãtibus quemadmodum non curandum perficiat in æternam salutem, qui & ipsam mortem, quanuis peccati merito inflicta sit, non aufert in hoc seculo eis, quibus peccata dimittit, vt etiam cum eius timore superando suscipiant pro fide sinceritate certamen, & in quibusdã etiam iustos suos quoniam adhuc extolli possunt, non adiuuat ad perficiendam iustitiam, vt dum non iustificatur in conspectu eius omnis viuens, Actionem gratiarum semper indulgentię ipsius debeamus, & sic ab illa prima causa omnium vitiorum, hoc est a tumore superbiæ sancta humilitate sanemur. Hanc Epistolam dum disputatio magna breuem parturit, liber prolixus est natus, Vtinam tam perfectus quam tandem aliquando finitus.

Hoc determinatũ est a S. matre Eccle. i cõcil. mileuit. can. 5. & 6 & 7. & Mat. 9 in cõcil. Aphric. 1. Io. 1 can. 81. 82. 83. & in de Eccl. dog. c. 21. 26. & 27. i 2. To. ho. opus.

Pfal. 142.

LIBRI TERTII, DE PECCATORVM MERI. ET REMISS, FINIS.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, LIBER DE NAtura & gratia ad Timasium & Iacobum contra Pelagianos.

Iustitia dei quę. CAP. 1.



IBRVM quem misistis charissimi filij Timasi & Iacobe, intermissis paululum quę in manibus erant, cursim quidem, sed non mediocri intentione perlegi, & vidi hominẽ zelo ardentissimo accensum aduersus eos, qui cum in suis peccatis humanam voluntatem debeãt accusare, naturam potius accusantes hominum, per illam se excusare conãtur: nimis exarsit aduersus hanc pestilentiam, q̃ etiam literarum secularium authores grauiter arguerũt exclamantes: Falso quæritur de natura sua genus humanum. Hanc etiam prorsus iste sententiam quantis potuit ingenij viribus aggerauit. Veruntamen timeo ne illis potius suffragetur qui zelum dei habent, sed non secũdum scientiam: ignorantes enim dei iustitiam & suam volentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Quę sit autem iustitia dei de qua hic loquitur, consequenter aperit adiungens, Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Hãc itaque iustitiam dei, non in præcepto legis, quo timor incutitur, sed in adiutorio gratiæ Christi, ad quam solam viliter legis velut pedagogi timor ducit, constitutam esse, qui intelligit, ipse intelligit quare sit Christianus. Nã si per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est: si autem non gratis mortuus est, in illo solo iustificatur impius, cui credenti in eum qui iustificat impium, deputatur fides ad iustitiam. Omnes enim peccauerunt & egẽt gloria dei, iustificati gratis per sanguinem ipsius. Quicũque autem non putantur pertinere ad eos omnes, qui peccauerũt & egent gloria dei, profecto nullã necessitatem habent vt Christiani fiant, quia non est opus sanis medicus, sed ægrotantibus: vnde non venit ille vocare iustos, sed peccatores.

Salustius in Prologo iugurtini belli. Roma. 10.

Gal. 3.

Lex vti pædagogus nos ducit ad Christi grãm

Gal. 2. qua ipsa lex im-

Ro. 3. plet, qa si ne gratia lex est l ra occidẽs, in gra vo ẽ spũs viuificãs, l de spi. & lit. 4 et 17. & 18. & 19. & 30. et 31. i T. 3. hoꝛ op. & in Epist. 105. & 106. in 2. To. & in isto. 2. To. opu. & in cõcil. Arau. de terminatum est can. 21. sicut illi qui volebant ex lege iustificari, inquit, apo. ad gala. 2. si ex lege est: iustitia ergo Christus gratis est mortuus, sed nec lex, nec natura iustificabat ergo Christus gratis nõ est mortuus, sed venit implere legem & reparare naturam.

Nec p legē nec p naturā iustitia. CAP. II.

Matth.9.

1.Tim.1. Rom.10. Psal. 18.

Hic ponit præteritum tempus pro futuro, quia vsq; ad finē mūdi veri ficabit hęc.prophetia & hoc clarius dicit ī ꝺ vnitate eccl.ca. 24.in Tom.6.

Si ex natura uel ex lege ēt iustitia xps gratis ēt mortuus,idē ī de gra.et li.ar. ad Val.ca.13.in T.3. & ī isto.2. To.op.& ī epi. 95.et.105.et.106 in 2.Tom.& in isto T.op.& cōtra duas pela.epi.li.3.c.5.in.3. To.& in isto.2. Tom.opuscul. Natura condita & corrupta. CAP. III.

2.Cor.5. Ephe.2.

Ac per hoc natura humani generis & illius vnius pręuaricatoris carne procreata, si potest sibi sufficere ad implendam legem, perficiendamque iustitiam, de præmio debet esse secura, hoc est, de vita æterna, etiam si in aliqua gente aut aliquo superiore tempore fides eam latuit sanguinis Christi. Non enim iniustus deus qui iustos fraudet mercede iustitiæ, si eis non est annunciatū sacramentū diuinitatis & humanitatis Christi, quod manifestum est in carne: Quomodo enim crederent quod non audierunt; aut quomodo audierunt sine prædicante? Fides enim ex auditu, sicut scriptum est: auditus autem per verbum Christi. Sed dico, inquit, Nunquid non audierunt? In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sed antequam hoc inciperet fieri, antequam denique vsque ad fines totius orbis terræ prędicatio ipsa perueniat, quoniā non desunt adhuc vltimæ gentes, licet vt perhibetur pauciſſimæ, q̄ bus hoc nondum fuerit prædicatum, quid faciet humana natura, vel quid fecit, quę vel ante non audierat hoc futurum, vel adhuc non comperit factum, nisi credendo in deum, quifecit cœlum & terram, a quo & se faciam naturaliter sentit, & recte viuendo eius impleat voluntatem nulla fide passionis Christi, & resurrectionis imbuta? Quod si fieri potuit, aut potest, hoc & ego dico q̄ de lege dixit Apostolus: Ergo Christus gratis mortuus est. Si enim hoc ille dixit de lege, quam accepit gēs vna Iudæorum, quanto iustius dicitur de lege naturę, quam accepit vniuersum genus humanum? Si per naturam iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Si autem nō gratis Christus mortuus est, ergo omnis humana natura iustificari & redimi ab ira dei iustiſſima, hoc est vindicta, nullo modo potest, nisi per fidem & sacramentum sanguinis Christi.

NATVRA quippe hominis primitus inculpata, & sine vllo vitio creata est: Natura vero ista hominis qua vnusquisque ex Adam nascitur, iam medico indiget, qa sana nō est. Omnia quidem bona quę habet in formatione, vita, sensibus, mente, a summo deo habet creatore et artifice suo. Vitium vero, quod ista naturalia bona contenebrat & infirmat, vt illuminatiōe & curatione opus habeat, non ab inculpabile artifice contractum est, sed ex originali peccato, quod commissum est libero arbitrio, Ac per hoc natura pœnalis ad vindictam iustiſsimam pertinet. Si enim iam sumus in Christo noua creatura, tamen eramus natura filij iræ sicut & cęteri: Deus autem qui diues est in misericordia, propter multam dilectionē qua dilexit nos, & cū essemus mortui delictis, cōuiuificauit nos Christo, cuius gratia salui facti.

HAEC

HAEC igitur Christi gratia, sine qua nec infantes nec ætate grandes salui fieri possunt, non meritis redditur, sed gratis datur, propter quod gratia nominatur: Iustificati, inquit, gratis per sanguinem ipsius. Vnde hi q̄ nō per illā liberātur, siue, quia audire nondū potuerūt, siue quia obedire noluerunt, siue etiam cum per ętatem audire non possent, lauacrum regenerationis quod accipere possent, per quod salui fierent non acceperunt, iuste vtique damnantur: quia sine peccato non sunt, vel quod originaliter traxerunt, vel quod malis moribus addiderunt, Omnes enim peccauerunt, siue in Adam, siue in semetipsis, & egent gloria dei.

Nemo iustus esse. CAP. IIII.

Ro.3.&.11.

Idē in epi.47.et 95.et.105.et.106 in To.2.& i isto 2.To.opusc.

Roma.3.

VNIVERSA igitur massa pœnas debet: & si omnibus debitum damnationis supplicium redderetur, non iniuste proculdubio redderetur. Qui ergo inde per gratiam liberantur, non vasa meritorum suorum, sed vasa misericordię nominantur. Cuius misericordiæ nisi illius qui Christum Iesum misit in hunc mundum peccatores saluos facere, quos pręsciuit & prędestinauit & vocauit & iustificauit & glorificauit? Quis igitur vsque adeo dementissime insaniat vt nō agat ineffabiles gratias misericordiæ, quos voluit liberantis, qui recte nullo modo posset culpare iustitiam, Vniuersos omnino dānātis

Iustitiæ erat dānari omnes. CAP. V.

1.Tim.1. Roma.8. Qui saluāt ñ vasa meritoꝝ, sed vasa misericrdię dicuntur.

HOC si secundum scripturam sapiamus, non cogimur contra Christianam gratiam disputare, & ea dicere quibus demonstrare conemur naturam humanam, neque in paruulis medico indigere quia sana est, & in maioribus sibijpsam ad iustitiam si velit posse sufficere. Acute quippe videntur hęc dici, sed in sapientia verbi, qua euacuatur crux Christi. Non est ista desursum sapiētia descendens. Nolo quod sequitur dicere, ne amicis nostris quorum fortissima & celerrima ingenia nō in peruersum, sed in directum currere volumus, facere existimemur iniuriam.

CAP. VI.

1.Cor.1. Ioan.3.

QVANTO igitur zelo accensus est libri huios quē misistis, conditor, aduersus eos qui peccatis suis patrocinium de naturæ humanæ infirmitate perquirunt, tāto & multo ardentiore zelo nos oportet accendi, ne euacuetur crux Christi. Euacuatur autem, si aliquo modo præter illius sacramentum ad iustitiam vitamque æternam peruenirī posse dicatur. Quod in libro isto agitur, nolo dicere ab sciente, ne illum qui eū scripsirne Christianum quidem habendum iudicem, sed quod magis credo a nesciente, magnis sane viribus, sed eas sanas volo, non quales phrenetici habere consueuerun. Nā prius distinguit, aliud esse quærere, an possit aliquid esse, qđ a positione cōse ad solam possibilitatem pertinet; aliud, vtrū ne sit. Hanc distinctionem verā esse nemo ambigit, consequens enim est, vt

Argumē. Pelag. CAP. VII.

1.Cor.1.

Est, ergo ēt pōt. valet. si ñ ualet

Ioan.11. 1.sen.di.43.c.iul. Ioan.5.

est, vt quod est, esse potuerit: non est autem consequens vt quod esse potest, etiam sit. Quia enim dominus Lazarum suscitauit, sine dubio potuit, quia vero Iudam nõ suscitauit, nunquid, dicendũ est non potuit? Potuit ergo sed noluit. Nam si voluisset, eadem etiam hoc potestate fecisset, quia & filius quos vult uiuificat. Sed hac distinctione vera atque manifesta, quo tendat, & quid efficere conetur aduertite. Nos, inquit, de sola possibilitate tractamus, de qua nisi quid certum constiterit, transgredi ad aliud grauissimũ esse, atq; extra ordinem ducimus. Hoc versat multis modis & sermone diuturno, ne quis eum aliud, quam, de non peccandi possibilitate quærere existimet. Vnde inter multa quibus id agit, etiam hoc dicit, Idem iterum repeto, Ego dico posse esse hominem sine peccato: tu quid dicis? non posse esse hominem sine peccato? Neque ego dico, inquit, hominem esse sine peccato: neque tu dicis non esse hominem sine peccato. De posse & non posse, non de esse & non esse contendimus. Deinde nonnulla eorum, quæ aduersus eos de scripturis proferri solent, ad istam quęstionem non pertinere, in qua quæritur, possit ne an non possit homo esse sine peccato ita commemorauero, Nam nullus, inquit, mundus est a sorde: & non est homo qui non peccet: & non est iustus in terra: & non est qui faciat bonum: cæteta his similia, inquit, ad non esse, non ad non posse, proficiunt. Huiusmodi enim exemplis ostenditur, quales homines quidam tempore aliquo fuerint, non quod aliud esse non potuerint, vnde & iure inueniũtur esse culpabiles. Nam si idcirco tales fuerunt, quia aliud esse non potuerunt, culpa caret. Videte quid dixerit.

Iob.25. 2.Reg.3. Nullus est sine pcõ vt determinatũ ẽ i cõci.mileu.cã.6.&.7.et in aphric.cã.81. 82.i.1.T. cõcil.

ECCO autem dico paruulum natum in eo loco vbi ei non potuit per Christi baptismum subueniri, morte præuentum, idcirco talem fuisse, id est, sine lauacro regenerationis exisse, quia esse aliud non potuit. Absoluat ergo eum, & aperiat ei contra sententiã domini regnum cœlorum. Sed non eum absoluit Apostolus qui ait, Per vnũ hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatũ mors, & ita in oẽs homes pertransijt, in quo oẽs peccauerunt, Recte ergo ea damnatione, quæ per vniuersam massam currit, non admittitur in regnum cœlorũ, quãuis Christianus nõ solũ nõ fuerit, sed nec esse potuerit.

Dãnãt & ij q iustificari ñ potuerũt. CAP. VIII. Paruuli absq; baptismo decedẽtes dãnãt. i.Ioã epi. Ro.5. 47.et.95.et.105 &.106.in.T.2. & i isto To.op. & sic determinatũ ab eccl.in.cõci.Mil.cã.2.& i cõc.aphr.cã'77 i.1.T.cõci.et adducit ẽ cõſ.dist. 4.c.ſcũq; dixerit paruulos. Gen.4. Heb.11.

CAP. IX.

SED non damnatur, inquiunt, quia in Adam peccasse omnes, nõ propter peccatum nascendi origine attractum, sed ppter imitationẽ dictũ est. Si ergo ideo dicitur Adã author oĩum, q subsecuti sunt peccatorũ, qa primus peccator i hoibus fuit, cur nõ potius Abel, cũ Christus ponitur caput omnium iustorum, quia primus in hominibus

nibus iustus fuit? Sed de infante nõ loquor. Iuuenis vel senex in ea regione defunctus est, vbi nõ potuit Christi nomen audire, potuit fieri iustus per naturam & liberum arbitrium, an non potuit? Si potuisse dicunt, Ecce quod est, crucem Christi euacuare, sine illa quenquam per naturalem legem & voluntatis arbitrium iustificari posse contendere: dicamus & hic, ergo Christus gratis mortuus est: hoc enim omnes possent, etiam si mortuus ille non esset: & si iniusti essent, quia vellent essent, non quia iusti esse non possent. Si autem sine Christi gratia iustificari omnino non potuit, etiam istum si audet absoluat secundũ verba sua: quia si idcirco talis fuit, qđ aliud esse non potuit, culpa caruit.

1.Cor.1. Gal.2. Quod nõ imitatiõe pcũm Adã i nobis reperiſ. fusius hẽs i epi.95 epiſ.q̃ ẽ.95. i.2. T.op.et i hypocõtra pela.li.1.i To.7.& i.3.T. horum opuscul. Citat verba aduersarij.

SED obijcit sibi quasi ab alio dictum, & ait, Potest quidem esse, sed per gratiam dei, inquis. Deinde velut respõdendo subiungit, Ago humanitati tuę gratias, quod assertionem meam quam dudum oppugnabas, non modo non oppugnare, aut confiteri solum contentus non es, verum etiam non refugis comprobare. Nam dicere, potest quidẽ, sed per illud aut illud: quid aliud est, quã non solum consentire quod possit esse, verum etiam quo modo vel qualiter possit, ostendere? Nullus itaque magis alicuius rei possibilitatẽ probat, quam qui eius etiã qualitatem fatetur, quia neque absque re esse qualitas potest. His dictis iterum sibi obijcit. Sed tu, inquies, hoc in loco dei gratiam, quandoquidem eam non commemoras, videris abnuere. Deinde respondet, Ego ne abnuo, qui rem confitendo, confitear necesse est, & per qđ res effici potest: an tu qui rem negando, & quicquid illud est per quod res dicitur procul dubio negas? Oblitus est iam se illi respondere, qui rem non negat, cuius obiectionem paulo ante proposuerat dicentis, Potest quidẽ esse, sed per gratiam dei. Quomodo ergo illam pro qua iste multum laborat possibilitatem negat, qui etiam dicit, potest esse, sed per dei gratiam? Veruntamen quia isto dimisso qui rem iam confitet, agit adhuc aduersus eos, qui negant esse possibile hominem esse sine peccato, quid ad nos? Contra quos vult, agat: dũ tamẽ hoc cõfiteatur, qđ impietate scelerati ſſima negatur, sine gratia dei, hominẽ sine peccato esse nõ posse. Dicit ergo, Siue per gratiã, siue per adiutoriũ, siue per misericordiam, & quicquid illud est per quod esse homo absque peccato potest, confitetur quisquis rem ipsam fatetur.

CAP. X.

FATEBOR dilectioni vestræ cum ista legerẽ, lætitia repente perfusus sum, q̃ dei gratiam non negaret, q̃ quã solam homo iustificari potest: hoc enim in disputatiõibus taliũ maxime detestor, & horreo. Sed pergẽs legere cętera, primo ex datis similitudinibus cœpi habere

CAP. XI.

bere suspectum. Ait enim, Nunc si dixero, homo disputare potest, auis volare, lupus currere, & non etiam per quę hęc effici possunt commemorauero, id est, linguam, alas, pedes, num ego officiorum qualitates negaui, qui officia ipsa confessus sum? Videtur certe hęc eum cõmorasse, quę natura valent: creata sunt enim hæc membra huiusmodi naturis lingua, alæ, pedes: non tale aliqd posuit, qualę de gratia intelligi volumus, sine qua homo non iustificatur, vbi de sanandis, non de instituendis naturis agitur. Hinc iam ergo solicitus cœpi legere cętera, & me non falso comperi suspicatum.

CAP. XI

QVO priusquam veniam, videte quid dixerit, cum tractaret quęstionem de differentia peccatorum, & obiiceret sibi, quod quidam dicunt leuia quædam peccata ipsa multitudine, quod sępe irruant, non posse cuncta vitari: negauit debere argui, ne leui quidem correptione, si vitari omnino non possunt: scripturas vtique non aduertens noui testamenti, vbi dicimus hanc esse intentionem legis arguentis, vt propter illa quæ perperam fiũt, confugiatur ad gratiam domini misericordis, velut pædagogo concludente in eadẽ fide, quæ postea reuelata est, vbi & remittantur quæ male fiunt, & eadem gratia iuuante non fiant. Proficientium est enim via, quanuis bene proficiẽtes dicantur perfecti viatores, Illa est autem summa perfectio nihil addatur, cum id quo tenditur, cœperit possideri.

CAP. XIII.

IAM vero illud quod ei dicitur, Ipse tu sine peccato es: re vera non pertinet ad eam rem de qua vertitur quęstio. Sed quod dicit negligentię suę potius imputari, quod non est sine peccato: bene quidem dicit, sed digne tur inde & orare deum, ne illi hæc iniqua negligentia dominetur. Quem rogabat quidam quando dicebat, Itinera mea dirige secundum verbum tuum. & non dominetur mihi omnis iniquitas: ne dum suæ diligentiæ qua

Psal.118.

si proprijs viribus fidit, neque hic ad veram iustitiam, neque illic, vbi sine dubio perfecta desideranda est & speranda, perueniat.

CAP. XIIII.

ET illud quod ei a quibusdam dicitur, nusquam esse scriptum his omnino verbis, posse esse hominem sine peccato facile refellit, quia non est ibi quęstio, quibus verbis dicatur quę que sententia. Non tamen fortasse sine causa, cum aliquotiens in scripturis inueniatur, homines dictos esse sine querela, non inuenitur qui sit dictus sine peccato, nisi vnus solus de quo aperte dictum est,

Heb.2.

Eum qui non nouerat peccatum Et eo loco vbi de sacerdotibus agebatur, Et enim expertus est omnia, secũ

2.Cor.5.
Roma.8.

dum similitudinem absq; peccato: in illa scilicet carne, quę habebat similitudinem carnis peccati, quanuis non esset

esset caro peccati. Quam tamen similitudinem non haberet, nisi cętera omnis esset caro peccati. Iam illud quo-

1.Ioan. 3.

modo accipiendum sit, Omnis qui natus est ex deo, non peccat, & non potest peccare, quia semen eius in ipso manet: cum ipse Apostolus Ioannes quasi non sit natus ex

1.Ioan.1.

deo, aut eis loqueretur, qui nondum nati essent ex deo, aperte posuerit, Si dixerimus quoniam peccatum nõ habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est: in libris quos de hac re ad Marcellinum scripsi, sicut potui explicare curaui. Et illud quod dictum est, nõ potest peccare: pro eo dictum esse, ac si diceretur, non debet peccare: non improbanda mihi videtur huius assertio. Quis enim insanus dicat debere peccari, cum ideo sit peccatum quia non debet fieri?

Hoc determinatũ ab Eccl. i cõci. Milet. cã. 6. 7 & 8. & in cõci. Aph. cã. 81. 82. & 83. i. 1. T. op.

SANE quod apostolus Iacobus ait, Linguam autem nullus hominum domare potest: non mihi videtur ita intelligendum, vt exponere voluit, quasi per expro

Quęstio an nostrũ sit linguam domare.

CAP. XV.

brationem dictum, tanquam diceretur, ergo ne linguam

Iac.3.

nullus hominum domare potest? tanquam obiurgans & dicens, Domare feras potestis, linguam non potestis: quasi facilius sit linguam domare, quam feras. Non puto quod iste sit sensus hoc loco. Si enim hoc sentire vellet, de facilitate domandæ linguæ, cætera sequerentur in bestiarum comparatione. Nunc vero sequitur, Inquietum malum, plena veneno mortifero, vtique nocentiore, quam bestiarum est atque serpentum, Nam illud carnem interficit, hoc vero animam, Os enim quod mentitur, occidit animam. Non ergo quasi id esset facilius,

Sap.2.

quam mansuefactio bestiarum, sanctus Iacobus illam sententiam pronunciauit, aut ea voce voluit pronunciari: sed potius ostendens quantum sit in homine linguæ malum, vt a nullo homine domari possit, cum ab hominibus domentur & bestiæ. Neque hoc ideo dixi, vt huius in nos mali dominationem per negligentiam permanere patiamur, sed vt ad domandam linguam diuinę gratiæ poscamus auxilium. Non enim ait, linguam nullus domare potest: sed, nullus hominum: vt cum domatur, dei misericordia, dei adiutorio, dei gratia fieri fateamur. Conetur ergo anima domare linguam, & dum conatur, poscat auxiliũ: & oret lingua, vt dometur lingua domite illo qui dixit ad suos, Nõ enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Itaq; pręceptofacere cõmonemur, quod conãtes & nostris viribus non valentes, adiutorium diuinum precemur.

Linguã absque gra domare nõ possumus, hęc & huius quæstionis solutio.

Matth.10.

PROINDE & ipse cum exaggerasset linguę malum

CAP. XVI.

Iac.5.

inter hęc dicens, Non oportet fratres mei hęc ita fieri: cõtinuo monuit, cõsummatis his quę hinc dicebat, quo adiutorio ista nõ fierent, quę dixit fieri non oportere.

Quis enim sapiens & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ. Quod si zelum amarum habetis & contentiones in cordibus vestris, nolite gloriari & mendaces esse aduersus veritatem. Non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum. Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, plena misericordię & fructibus bonis, inæstimabilis, sine simulatione. Hæc est sapientia quæ linguam domat, desursum descendens, non ab humano corde prodiens. An & istam quisquã abrogare audet gratię dei? Vt non eam superbissima vanitate ponit in hominis [illegible]tate? Cur ergo oratur vt accipiatur, si ab homine est vt habeatur? An & huic orationi contradicitur, ne fiat iniuria libero arbitrio, quod sibi sufficit possibilitate naturæ ad implenda omnia præcepta iustitiæ? Contradicatur ergo eidem ipsi apostolo Iacobo admonenti & dicenti, Si quis autem vestrum indiget sapientia, postuleta deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei: postuler autem in fide nihil hæsitans. Hæc est fides ad quã præcepta compellunt, vt lex imperet & fides impetret. Per linguam enim quam nullus hominum domare potest, sed sapientia desursum descendens, in multis offendimus omnes. Non enim & hoc iste Apostolus alio modo pronunciauit, sicut illud quod ait, Linguam nullus hominum domare potest.

Iacobi.1.

Iac.3.

CAP. XVII.

Roma.8.

NEC illud quisquam istis pro impossibilitate non peccandi similiter obiecerit, quod dictum est, Sapientia carnis inimica est in deum: legi enim dei nõ est subiecta, nec enim potest. Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt. Sapientiam quippe carnis dixit, nõ sapientiã desursum descendentem: & in carne esse non eos qui nõdum corpore exierunt, sed eos qui secundum carnem viuunt, significatos esse manifestum est. Non autẽ ibi est quæstio quæ versatur. Illud est quod expecto ab isto audire, si possim, eos qui secundum spiritum viuunt, & ob hoc etiã hic adhuc viuẽtes iam quodammodo in carne non sunt, vtrum gratia dei viuãt secundum spiritum, an sibi sufficiãt, iam data cum creantur possibilitate naturę & sua propria voluntate: cum plenitudo legis, nõ sit nisi charitas, & charitas dei diffusa sit in cordibus nostris nõ per nosipsos, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis? Tractat etiam iste de peccatis ignorantię, & dicit hominem prouigilare debere ne ignoret: ideoq; esse cui pandã ignorantiã, quia id homo nescit negligentia sua, quod adhibita diligẽtia scire debuisset, dũ tamen omnia potius

Rom.11.

Roma.5.

potius disputet quam vt oret & dicat, Da mihi intellectum vt discam mandata tua. Aliud est enim nõ curasse scire, quæ negligentiæ peccata etiam per sacrificia quædam legis videbantur expiari. Aliud intelligere velle, nec posse, & facere contra legem non intelligendo quid fieri velit. Vnde admonemur a deo petere sapientiam, qui dat omnibus affluenter, vtique his omnibus qui sic petunt, & tantum petunt quomodo & quantum res tanta petenda est.

Psal.18.

2.sent.distin.28 cap.est autem. Iac.1.

DIVINITVS tamen esse expianda peccata commissa, & pro eis dominum exorandum esse fatetur, propter veniam scilicet promerẽdam: quia id quod factum est, facere infectum multum ab isto laudata potentia naturæ & voluntas hominis etiam ipso fatẽte, non potest: quare hac necessitate restat vt oret ignoscí? Vt autẽ adiuuetur ne peccet, nusquam dixit, non hic legi. Mirum de hac re omnino silentium, cum oratio dominica vtrũque petendum esse commoneat, & vt dimittantur nobis debita nostra, & vt non inferamur in tentationem: illud vt præterita expiẽtur, hoc vt futura vitentur. Quod licet non fiat, nisi voluntas adsit, tamen vt fiat voluntas sola non sufficit, ideo pro hac re nec superflua, nec imputens domino immolatur oratio. Nam quid stultius, quã orare vt facias, quod in potestate habeas?

CAP. XVIII.

Matth.6.

IAM nũc videte quod ad rẽ maxime pertinet, quomodo humanam naturam tanquam omnino sine vllo vitio sit conetur ostẽdere, & contra apertissimas scripturas dei luctetur sapiẽtia verbi, qua euacuetur crux Christi. Sed plane illa nõ euacuabitur, ista potius sapiẽtia sua vertetur. Nã cum hoc ostẽderimus, aderit fortasse miseri cordia dei, vt & ipsum hęc dixisse pœniteat. Primo, inquit, de eo disputãdũ est, quod per peccatũ debilitata dicitur & immutata natura. Vnde ante oia quęrẽdũ puto, inquit, quid sit peccatũ, substãtia aliqua, an omnino substãtia carens nomẽ, quo nõ res, non existẽtia, non corpus aliquod, sed perperã facti actus exprimitur. Deinde adiũgit, Credo ita est, Et si ita est, inquit, quomodo potuit humanã debilitare vel mutare naturã qđ substãtia caret? Videte quęso quomodo nescientes nitatur euertere medicinalium eloquiorum voces saluberrimas, Ego dixi, domine miserere mei, sana animam meam quia peccaui tibi. Quid sanatur si nihil est vulneratum, nihil sauciatũ, nihil debilitatũ atq; vitiatum? Porro si est quod sanetur, vnde vitiatũm est? Audis confitentem, quid desideras disputãtem? Sana, inquit, animam meam. Ab illo quęre, vnde vitiatũ sit, quod sanari rogat, & audi quod sequitur, Quoniã peccaui tibi. Hũc iste iterroget, ab isto ꝗrat quod quęrẽdũ putat, & dicat, O tu q̃ clamas, sana

CAP. XIX.

1.Cor.1.

Quia nã pcõ est debilitata, ꝗrit Pelag. ꝗd sit peccatũ an sit aliq̃ natura, vel substantia, & dicit qđ ẽ solũ nomẽ abscꝙ substãtia ex primens actum iniquum.

Psal.40

animam meam quoniam peccaui tibi quid est peccatū? Substantia aliqua, an omnino substantia carens nomen, quo non res, non existentia, non corpus aliquod, sed tā tum perperam facti actus exprimitur? Respondet ille, ita est vt dicis, Non est peccatum aliqua substantia, sed tantum hoc nomine perperam facti actus exprimitur. Et contra iste, Quid ergo clamas, Sana animam meam quoniam peccaui tibi? Quomodo potuit vitiare animam tuam, quod substantia caret? Nonne ille mœrore confectus vulneris sui, ne disputatione ab oratione auerteretur, breuiter responderet & diceret, Recede a me obsecro, cum illo potius disputa si potes, qui dixit, Non est opus sanis medicus, sed ægrotantibus, Non veni vocare iustos, sed peccatores? vbi iustos vtique sanos, peccatores autem appellauit ægrotos.

Mat.9.

CAP. XX.

CERNITIS ne quo tendat, & quo manus porrigat hæc disputatio, vt omnino frustra dictum putetur, Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum? Quomodo enim saluum faciet, vbi nulla est ægritudo? Peccata quippe, a quibus dicit Euangelium saluum faciendum populum Christi, substantiæ non sunt, & secundum istum vitiare non possunt. O frater, bonum est vt memineris te esse Christianum. Credere ista fortasse sufficeret: sed tamen quia disputare vis, nec obest, imo etiam prodest, si firmissima præcedat fides, nec existimemus peccato naturam humanam non posse vitiari, sed diuinis credentes scripturis peccato eam esse vitiatam, quomodo id fieri potuerit inquiramus, quoniam peccatum iam didicimus non esse substantiam. Nonne attenditur, vt alia omittam, etiam non manducare, non esse substantiam? A substantia quippe receditur, quoniam cibus substantia est. Sed abstinere a cibo non est substantia, & tamen substantia corporis si omnino abstinetur a cibo, ita languescit, ita valetudinis inæqualitate corrumpitur, ita exhauritur viribus, ita lassitudine debilitatur & frangitur, vt si aliquo modo perduret in vita, vix possit ad eum cibum reuocari vnde abstinendo vitiata est. Sic non est substantia peccatum, sed substantia est deus, summaque substantia, & solus verus rationalis creaturæ cibus, a quo per inobedientiam recedendo, & per infirmitatem non valendo capere quod debuit & gaudere, audis quemadmodum dicat, Percussus sum sicut fœnum & aruit cor meū, quoniam oblitus sum comedere panem meum?

Mat.1.

Peccatū & si nū sit substātia atta mē vitiat aiam.

Comparatio.

Pſal.101.

CAP. XXII.

ATTENDITE autem quomodo adhuc se vrgeat ueritatis similibus rationibus contra scripturæ sanctę veritatē. Dominus Iesus dicit, qui propterea Iesus vocatur, quia ipse saluum facit populum suum a peccatis eorum, Dicit ergo

Matth.1.

ergo dominus Iesus, Nō est opus sanis medicus, sed ægrotantibus Non veni vocare iustos sed peccatores. Vnde dicit & Apostolus, Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Iesus Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, Et iste contra fidelem sermonem & omni acceptione dignum, dicit non debuisse hanc ægritudinem contrahi peccatis, ne ad hoc esset ista pœna peccati, vt committerentur plura peccata. Quæritur ergo paruulis tantus medicus opitulator. Et iste dicit, Quid quæritis? Sani sunt, propter quos medicum quæritis. Nec ipse primus homo ideo morte damnatus est, nam posstea non peccauit, quasi aliquid postea de perfectione iustitiæ eius audierit, nisi quod commendat Ecclesia & ipsum domini Christi misericordia liberatum. Eius quoq; posteros iste dicit, non solum illo non esse infirmiores, sed etiam plura impleuisse præcepta, cum ille vnum implere neglexerit. Quos posteros videt ita nasci, quomodo certe iste factus non est, non solum præcepti incapaces, quod omnino non sentiunt, sed vix capaces papillæ cum esuriunt; eos tamen in matris Ecclesiæ gremio cum saluos gratia sua facere velit, qui saluum facit populum suum a peccatis eorum, contradicunt homines, & quasi creaturam, quę per illum condita est, melius illo inspicere nouerint, voce non fana sanos esse pronunciant.

1.Tim.1.

Adā ex pcō nō ē mortuus, inqt Pelagius, ſ; hoc cōdēnatum fuit ab eccl. i cōſi. Mileuit. cā. 1. & in cōci. aphric. cā. 76. & i decretis Cœlesti. i. 1. Tocōci. & i epi. 5. epiſ. i 2. T. q̄ est

Mat.1, 95. & hitur i iſto 2. T. op. & i hypogno. cōtra Pelag. c. 1. i T. 7. & in 3. T. horum opuſcu

Idem peccatum & pœna peccati, CAP. XXII.

MATERIAM peccati dicit esse vindictam, si ad hoc peccator infirmatus est, vt plura peccaret. Nec cogitat, prœuaricatorem legis quā digne lux deserat veritatis. Qua destertus vtiq; sit cęcus, & plus necesse est offendat, & cadēdo vexetur, vexatusq; non surgat, vt ideo tā tum audiat vocem legis, quo admoneatur implorare gratiam saluatoris. An nulla pœna est eorū de quibus dicit Apostolus, Quia cum cognouissent deum, non sicut deū glorificauerūt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorū? Vtique ista obscuratio vindicta & pœna iam fuit; & tamen per hanc pœnam, id est, per cordis cęcitatem, quæ sit deserente luce sapientię, in plura & grauia peccata collapsi sunt. Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt. Grauis hęc pœna est, si quis intelligat, & ex hac pœna vide quo ierūt, Et immutauerunt, inquit, gloriā incorruptibilis dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis, & volucrū, & quadrupedū, & serpentium. Ista fecerūt ex peccati pœna, qua obscuratum est insipiēs cor eorū. Et propter hęc tamē, quia licet pœnalia etiā ipsa peccata sunt, adiūgit & dicit, Propterea tradidit illos deus in desideria cordis illorum in immūdiciā. Ecce quemadmodum deus grauius cōdemnauit, tradens illos in desi-

Roma.1.

Peccatū est pœna peccati, Nā iuſtitia dī ſic ordinata est, vt ex vindicta vnius peccati i plura & grauiora peccata cōſurgant hoīes, & ex hoc nō possunt non peccare, nec vī doleāt hūt, neq; ꝓpriū agnoſcū

peccatis, nec bo na opa vident, Augu. sup psal. 18. in Tom. 8.

deria cordis illorum in immundiciam. Videte etiam ex hac pœna quid faciant, vt contumeliis, inquit, afficiant corpora sua in semetipsis. Et quia pœna est ista iniquitatis, cum sit & iniquitas, euidentius commendat dicēs. Qui transmutauerunt veritatem dei in mendacium, & coluerunt & seruierunt creaturæ potius quam creatori, qui est benedictus in secula amen. Propter hoc, inquit, tradidit deus illos in passiones ignominiæ. Ecce quoties vindicat deus, & ex eadem vindicta plura & grauiora peccata consurgunt. Nam fœminæ eorum, inquit, mutauerunt naturalem vsum in eum vsum qui est contra naturam: similiter autem & masculi relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt in appetitum suum in inuicem, masculi in masculos deformitatem operantes. Atque vt ostenderet sic esse ista peccata, vt etiam pœnę sint peccatorum, etiam his adiunxit, Et mercedem mutuam, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes. Videte quoties vindicet, eademque vindicta quæ pariat pullulet q̄ peccata, adhuc attendite, Et sic vt non probauerunt, inquit, deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobam mentem, vt facient quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate cum circunuentione, malitia, auaritia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, fusurrones, detractores, deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectu, sine misericordia. Hic nunc dicat, non debuit sic vindicari peccatum, vt peccator per vindictam plura committeret.

CAP. XXIII. FORTASSE respondeat, deum ad ista non cogere, sed dignos deseri tātum deserere. Si hoc dicit, verissime dicit. deserti quippe vt dixit luce iustitię & per hoc contenebrati quid pariāt aliud, quam hæc omnia, quę cōmemorauí opera tenebrarum, donec dicatur eis, si dicto ob

Eph. 5. audiāt, Surge qui dormis & exurge a mortuis & illumi

Mat. 8. nabit te Christus? Mortuos veritas dicit, vnde est & illud, Sine mortuos sepelire mortuos suos. Mortuos ergo veritas dicit, quos iste dicit lędi & vitiari non potuisse peccato, quia videlicet didicit peccatum nō esse substantiā. Nemo ei dicit, sic hominem factum, vt de iustitia qui dem posset in peccatum ire, & de peccato ad iustitiam re

ex lib. arb. pos- dire non posset; sed vt in peccatū iret, sufficit ei liberum sumus peccare, arbitrium, quo seipse vitiauit; vt autem redeat ad iusti redire āt ad iu- tiam, opus habet medico, quoniam sanus nō est, opus ha stitiā nemo pōt bet viuificatore, quia mortuus est. De qua gratia omni- nisi auxilio gr̄ę no nihil iste dicit, quasi sola sua voluntate se possit sana sed vere aīa nr̄a re, quia eā potuit sola vitiare. Non enim dicimus mortē mortua est, qñ a corporis ad peccatū valere, vbi sola vindicta est. Nemo

autē peccat moriēdo, sed ad peccatum valet mors animę quam deseruit vita sua, hoc est, deus eius, quę necesse est mortua opera faciat, donec Christi gratia reuiuiscat. Famem & sitim & cęteras molestias corporales, absit vt dicamus necessitatem habere peccādi, quibus molestiis exercitata vita iustorū splēdidius enituit, & eas per patientiā superando maiorē glorlam comparauit, sed adiuta gratia dei, adiuta spiritu dei, adiuta misericordia dei, non superba voluntate se extollens, sed humili confessione fortitudinem promerēs. Nouerat enim deo dicere, Quoniam tu es patientia mea. De qua gratia & adiutorio & misericordia, sine qua bene non possumus vsuere nescio quare iste omnino nihil dicit, imo etiam velut sibi ad iustitiam sufficientem si voluntas sua adsit, defendendo naturam gratiæ Christi, qua iustificamur, apertissime contradicit. Cur autem soluto per gratiam peccati reatu ad exercitationem fidei mors corporis maneat, quanuis venerit de peccato, iam & hoc in illis ad sanctę memorię Marcellinum libris vt valui disserui.

deo deseriť, q̄ il lius est vita suę. Buāg. Ioā. trac. 22. in Tom. 9.

Psal. 70.

QVOD vero dominum dicit sine peccato mori potuisse: illi et iam nasci, potestas misericordię nō conditio naturę fuit, Sic etiā mortuus est potestate, & hoc est pretium nostrum, quo nos a morte redimeret. Et hoc istorum disputatio euacuare contendit, cum ab eis ita natura humana defenditur, vt possit liberū arbitrium isto precio nō egere. vt a potestate tenebrarum & prępositi mortis in regnum Christi domini transferantur. Et tamen quando dominus ad passionem perrexit, Ecce, inquit, veniet princeps huius mundi & in me nihil inueni et: & vtique nihil peccati, vnde prępositus mortis iure suo ageret, vt perimeret, Sed vt sciāt omnes, inquit, quia voluntatem patris mei facio, Surgite eamus hinc: id est, quia non morior necessitate peccati, sed obedientiæ voluntate. Dicit nullum malum boni alicuius esse causam, quasi pœna bonum sit, qua tamen multi emendati sunt. Sunt ergo mala quæ prosunt mirabili misericordia dei. Nunqid ille boni aliquid passus est, qui dixit, Auertisti faciem tuam a me & factus sum conturbatus? Non vtique, & tamen hæc ei conturbatio contra superbiam fuit medicinalis quodammodo. Dixerat enim in abundantia sua, non mouebor in ęternum, & sibi tribuebat quod a domino habebat. Quid enim habebat quod non acceperat? Quare ostendum ei fuerat vnde haberet, vt reciperet humilis, quod superbus amiserat. Ideo, domine, inquit, in voluntate tua prestitisti decori meo virtutem. In qua ego abūdantia mea dicebam, non mouebor, cum hoc mihi esset abs te, non a me: Denique auertisti faciem tuam & factus sum turbatus.

Liberū arbitriū sibi nō sufficit, CAP. XXIIII.

Ioh. 14.

Christus nō est mortuus necessitate peccati, sed obediētię volūtate, i de tri. lib. 13 c. 14. i Tom. 3.

Ps. 29

1. Cor. 4.

Vbi misericordia, ibi opus misericordiæ. CAP. XXV.

HOC superbus animus omnino non sapit, sed magnus est dominus, qui persuadeat quomodo ipse nouit. Nam procliuiores sumus quærere potius quid contra ea respondeamus, quæ nostro obiiciuntur errori, quam intendere, quam sint salubria, vt careamus errore. Vnde cum istis non tam disputationibus, quam pro eis sicut pro nobis orationibus est agendum. Non enim hoc eis dicimus quod sibi iste opposuit, vt esset causa misericordiæ dei necessarium fuisse peccatum, Vt nam non fuisset miseria, ne ista esset misericordia necessaria. Sed iniquitatem peccati tanto grauiorem, quanto facilius homo non peccaret, quem nulla adhuc tenebat infirmitas, pœna iustissima subsecuta est: Vt mercedem mutuam peccati sui in semetipso reciperet, amittens sub se positam sui corporis quodammodo obedientiam, quam præcipuam sub domino suo ipse contempserat. Et quod nunc cũ eadem lege peccati nascimur, quæ in membris nostris repugnat legi mentis, nec̃ aduersus deum murmurare, nç que cõtra rẽ manifestissimã disputare, sed pro pœna nostra illius misericordiam quærere & orare debemus.

Roma. 7.

Etiã iustificatis opus est gratia. CAP. XXVI.

ATTENDITE sane vigilanter quomodo dixerit, Adhibet quidem huic etiam parti, si quando necessariũ fuerit, misericordiam suam deus: quia homini post peccatum ita subueniri necessum, non quia deus causam hu

Pelagius gratiã iuscemodi necessitatis optauerit. Videtis ne quemad modum non dicat necessariam misericordiam dei vt nõ

dicebat necessariam quia pecca uimus, non vt peccemus, peccemus, sed quia peccauimus? Deinde subiungit, Sed & medicus ad curandum iam vulneratum paratus esse debet, non debet autem vt sanus vulneretur optare. Si ista similitudo rebus de quibus agimus congruit, certe Vulnerari non potest natura humana peccato, quoniam peccatum nulla substantia est. Sicut ergo vulnere, verbi gratia, claudicans ideo curatur, vt sanato malo præterito, futurus dirigatur ingressus: sic mala nostra non ad hoc solum supernus medicus sanat, vt illa iam nõ sint, sed vt de cetero recte ambulare possimus, quod quidem etiã sani nõ nisi illo adiuuãte poterimus. Nã medicus homo cũ sanauerit hominẽ, iã de cetero sustentandum eis mẽtis & alimẽtis corporalibus, vt eadẽ sanitas apto subsidio cõualescat atç̃ pfistat, deo dimittit: qui prebet ista in carne viuentibus, cuius erant etiam illa, quę dum curaret, adhibebat. Non enim quemquam medicus ex his rebus, quas ipse creauerit sanat, sed ex illius operibus, qui creat omnia necessaria sanis atque vitiosis. Ipse autem deus cum per mediatorem dei & hominum hominem Iesum Christum, spiritaliter sanat ægrum vel viuificat mortuum, id est, iustificat impium, & cum ad perfectã sanitatem, hoc est, ad perfectam vitam iustitiamq̃ pduxerit

Comparatio.

1. Tim. 2.

xerit, non deserit si non deseratur, vt pie semper iustecq̃ viuatur. Sicut enim oculus corporis etiam plenissime sanus, nisi candore lucis adiutus non potest cernere: sic homo etiam perfectissime iustificatus, nisi eterna luce iustitiæ diuinitus adiuuetur, recte non potest viuere. Sanat ergo deus non solum vt deleat quod peccauimus, sed vt prestet etiam ne peccemus.

Comparatio.

Deus nos sanat ea peccauimus, & adiuuat ne peccemus.

Peccatum peccato tollitur. CAP. XXVII.

ACVTE sane tractat & versat, & quantum sibi videtur redarguit atque conuincit quod eis dicitur, etiam necessarium fuisse homini ad auferendam superbiæ vel gloriæ occasionem, vt absque peccato esse non posset. Absurdissimum quippe & stultissimum putat, peccatum fuisse ne peccatum esset, quoniam & ipsa superbia vtiq̃ peccatum est: quasi non vicus in dolore sit, & sectio dolorem operetur, vt dolor dolore tollatur. Hoc si experti non essemus, & in aliquibus terris vbi ista nunquam cõ tigerant, audiremus, sine dubio vtique deridentes, fortas sis etiam verbis huius vteremur & diceremus, Absurdissimum est dolorem necessarium fuisse, ne vlceris dolor esset. Sed deus, inquiunt, potest omnia sanare. Hoc vtiq̃ agit vt sanet omnia, sed agit iudicio suo, nec ordinem sanandi accipit ab ægroto. Proculdubio quippe firmissimũ Apostolũ volebat efficere, cui tamen dixit, Virtus in infirmitate perficitur; & non ei toties oranti aufert nescio quem stimulum carnis, quem sibi dicit datum, ne magnitudine reuelationem extolleretur. Cætera enim vita tantum in malefactis valent, sola autem superbia etiam in rectè factis cauenda est. Vnde admonentur illi, ne dona dei suæ potestati tribuendo seseque extollendo grauius pereant, quam si nil operentur boni quibus dicitur, Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini, Deus enim est qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. Quare ergo cũ timore & tremore, & non potius cum securitate, si deus operatur, nisi quia propter voluntatem nostram sine qua bene nõ possumus operari, cito potest subrepere animo humano, vt quod bene operetur, suum tantummodo existimet & dicat in abundantia sua, non mouebor in eternum? Ideo qui in voluntate sua præstiterat decori eius virtutem, auertit paululum faciem suam, vt qui hoc dixerat fieret conturbatus: quoniam ipse est ille tumor sanãdus doloribus.

Necessariũ fuit homini ad auferẽdã superbię occasionẽ, vt absq̃ pcõ eẽ nõ posset qũ redarguere conabat Pelagius.

2. Cor. 12.

Philip. 2.

Psal. 29.

NON itaque dicitur homini, Necesse est peccare ne pecces: sed dicitur homini, deserit aliquantum deus, vnde superbis, vt scias non tuum, sed eius esse, & discas superbus

CAP. XXXVIII.

perbus non esse. Nam illud etiam Apostoli quale est, nō ne ita mirabile, vt nisi quia ipse dicit, cui vera dicenti contradicere nefas est, non sit credibile. Quis enim nesciat fidelium a satana veniſſe primam peccati suasionē & quod ille primus author sit omnium peccatorum? Et tamen quidam traduntur satanæ vt discant non blasphemare: Quomodo igitur opus satanæ excluditur opere satanę? Hæc atque huiusmodi intueatur, ne videantur ei nimis acuta, quę acutule sonant, & discussa inueniuntur obtussa. Quid quod etiam similitudines adhibet quibus magis admoneat quid ei debeat responderi? Quid amplius dicam, inquit, nisi quia potest credi, quod ignes ignibus extinguūtur, sic credi potest quod peccatis peccata curentur? Quid si ignes extinguere quisquam non potest ignibus, sed tamen possunt, vt docui, dolores curari doloribus: possunt etiam, si quærat & discat, venenis venena depelli? Nam si & aduertit aliquando calores febrium quibusdā caloribus medicinalibus frangi, etiam ignes ignibus fortasse concedet extingui.

Gen.3. 1.Tim.2. 1.Cor.5.

Comparatio Pelagiana. Comparatio fidelis.

QVONAM modo, inquit, superbiam ipsam a peccato separabimus? Quid enim hoc vrget, cum manifestum sit etiam ipsam esse peccatum? Tam peccare, inquit, superbire, est quam superbire peccare. Nam quærere quid sit quodcunque peccatum, & vide si inuenies aliquod sine superbiæ appellatione peccatum. Hanc autem sententiam sic exequitur, & sic probare conatur. Omne, inquit, peccatum, nisi fallor, dei contemptus est: & omnis dei contemptus superbia est. Quid enim tam superbum, quam deum contemnere? Omne ergo peccatum & superbia est, etiam scriptura dicente, Initium omnis peccati superbia est. Quærat diligenter, & inueniet in lege multum discretum esse a cæteris peccatis, peccatum superbiæ. Multa enim peccata per superbiam committuntur, sed neque omnia superbe fiunt, quæ perperam fiunt, certe a nescientibus, certe ab infirmis, certe plerunque a flentibus & gementibus. Et qui dem superbia cum magnum sit ipsa peccatum, ita sine alijs per se ipsa est, vt etiam plerunque, vt dixi, non in peccatis, sed in ipsis rectè factis pede celeriore superueniat & obrepat. Sed ideo verissime dictum est, quod iste aliter intellexit, Initium omnis peccati superbia: quoniam diabolum a quo extitit origo peccati, ipsa dejecit, & subsequente inuidentia, hominem stantem vnde ipse cecidit, inde subuertit. Nam vtique iactantiæ ianuam, qua intraret, serpens ille quęsiuit, quando ait, Eritis sicut dij. Ideo dictum est, Initium omnis peccati superbia, & initium superbiæ hominis apostatare a deo.

Nō oē peccatū superbiæ est. CAP. xxix.

Ecclē.10.

Ecclē.10. Quō initiū oīs peccati ſuperbia,

Gene.3. Eccle.10.

QVID

QVID autem sibi vult quod dicit, Deinde quomodo deo pro illius peccati reatu subditus esse poterit, q suum non esse cognouerit? Suum enim non est, inquit, si necessarium est. Aut si suum est, voluntarium est: & si voluntarium est: nitari potest. Nos respondemus, suum est omnino, Sed vitium quo committitur, nondum omni ex parte sanatum est: quod quidem vt inolesceret, de nō recte vsa sanitate descendit. Ex quo vitio iam male valens, vel infirmitate, vel cæcitate, plura committit. Pro quo supplicandum est vt sanetur, & deinceps in perpetua sanitate viuatur, non superbiendum, quasi homo eadem potestate sanetur, qua potestate vitiatus est.

CAP. xxx. Rō qua ꝓbatur nos absq; auxilio gr̄ę posse eui tare peccata. Rñſio ad rōnē.

ET hæc quidem ita dixerimus, vt altius dei consilium me fatear ignorare: cur etiam ipsam superbiam, quæ & in recte factis animo insidiat humano, non cito deus sanet, pro qua sananda illi piæ animę cum lachrymis et magnis gemitibus supplicant, vt ad eam superandam & quodammodo calcandam & obterendam, dexteram conatibus porrigat. Vbi enim lætatus homo fuerit, in aliquo bono opere se etiam superasse superbiam, & ex ipsa lætitia caput erigit & dicit: Ecce ego viuo, quid triū phas? & ideo viuo, quia triumphas. Ante tempus enim fortasse de illa quasi victa triumphare delectat, cum extrema eius vmbra illo meridię, quantum arbitror, abforbebitur. Qui meridies scriptura dicente promittitur: Et educet sicut lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum sicut meridiem: si fiet quod supra scriptum est: Reuela domino viam tuam, & spera in eum, & ipse faciet: non sicut quidam putant quod ipsi faciant.

CAP. xxxi. Pſal.36.

NVLLOS enim videtur attendisse cum dixit, & ipse faciet: nisi eos qui dicunt, nos facimus, id est, nosipsi nos ipsos iustificamus. Vbi quidem operamur & nos, sed illo operante cooperamur, quia misericordia eius præuenit nos: Præuenit autem vt sanemur, quia & subsequetur vt etiam sanati vegetemur. Præuenit vt vocemur, subsequetur, vt glorificemur. Preuenit vt pie viuamus subsequetur vt cum illo semper viuamus, quia sine illo nihil possumus facere. Vtrunque enim scriptum est, & deus meus misericordia eius prꝫueniet me, & misericordia tua subsequetur me per omnes dies vitæ meę. Reuelemus ergo ad eum viam nostram cōfessione, non defensione laudemus. Si enim non est ipsius via, sed nostra, proculdubio non est recta. Reuelemus eam confitendo quia non eum latet et iam si operire conemur. Bonum est autem confiteri domino.

CAP. xxxii. Pſal.39. Pſal.58.

Qñō ꝺus ſine nobis opat̄ ī nobis velle, & vna nobiſcū postea coopat̄, ī de gr̄a et li.ar.17.ī T.7.et ī iſto.2. To.op. Ioan.15: Pſal.58. Pſal.91;

ITA.n.qđ ei placet dabit nobis, si qđ ei displicet in nobis, displiceat & nobis. Auertet, sicut scriptū ē, semitas nr̄as a via sua, & nostram faciet esse quæ sua est, qm̄ ab ipso

Gr̄as cooperās CAP. xxxiii.

ipso prebetur credentibus in eum, & sperantibus in eo, vt ipse faciat. Ipsa est enim via iusta, quam ignorantes qui zelum dei habent, sed non secundum scientiam, & suam volentes cõstituere iustitiam, iustiæ dei non sunt subiecti. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti, qui dixit: Ego sum via. Inqua iam ambulantes tamen terruit vox diuina, ne quasi de propriis in ea viribus extollantur. Nam quibus propter hoc ait Apostolus: Cum timore & tremore vestram ipsorum operamini salutem: Deus enim est qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate: eis propter hoc ipsum dicit etiam psalmus: Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, nequãdo irascatur dominus & pereatis de via iusta, cum exarserit in breui ira eius super vos. Non ait, nequando irascatur dominus, & nõ vobis ostendat viam iustam: aut, non vos introducat in viam iustam; sed iam illic ambulante sic terrere potuit vt diceret, ne pereatis de via iusta. Vnde, nisi quia superbia, quod toties dixi & sæpe dicendum est, etiam in ipsis recte factis cauenda est, id est in ipsa via iusta, ne homo dum quod dei est deputat suum, amittat quod dei est & redeat ad suum? Ideo quo psalmus iste concluditur, faciamus: Beati omnes qui cõfidunt in eo: vtique vt ipse faciat ipse ostendat viam suam, cui dicitur: Ostẽde nobis domine misericordiã tuã, & ipse det salutem, vt ambulare possimus, cui dicitur: Et salutare tuũ domine da nobis: Ipse in eadem via deducat, cui dicitur: Deduc me domine in via tua, & ambulabo in veritate tua. Ipse ad illa quo via ducit promissa perducat, cui dicitur: Etenim illuc manus tua deducet me, & perducet me dextera tua. Ipse ibi pascat recumbẽtes cum Abraham, Isaac & Iacob, de quo dictum est: Faciet eos recumbere & transibit & ministrabit eis. Non enim cum ista commemoramus, arbitrium voluntatis tollimus, sed dei gratiam prædicamus. Cui enim prosunt ista nisi volenti, sed humiliter volenti, non se de voluntatis viribus, tanquam ad perfectionem iustitiæ sola sufficiat, extollenti.

Rom.10.

Ioan.14.

Philip.2.

Psal.2.

Psal.84.

Psal.85.

Psal.138.

Luc.12.

Agnoscere oĩa bona ex deo, nõ destruit li.ar. & statuit. fusius de hoc in de spi. & lit. c.30. in. T.3. horum opuscul. Nec modestiæ cãmentiendum.

CAP. XXXIIII.

ABSIT autem ei dicamus, quod a quibusdam contra se dictum putat, comparari hominem deo, si absque peccato esse asseratur: quasi vero angelus quia absque peccato est, comparetur deo. Ego quidem hoc sentio, quia et cum fuerit in nobis tanta iustitia, vt ei addi omnino nihil possit, non æquabitur creatura creatori. Si autem alii qui putant tantum nostrum futurum esse profectum, vt in dei substantiã cõuertamur, & hoc efficiamur prorsus qđ ille est: viderint quẽadmodũ astruãt sniam suã, mihi hoc fateor non esse persuasum. Iã sane hoc multũ faueo libri

libri huius authori, quod aduersus eos qui dicunt, ratiõnabile quidẽ videtur esse quod asseris, sed superbum est dici hominem absque peccato esse posse: ita respondet, vt omnino si verum est, nullo modo superbum esse dicẽdum sit. Ait enim acutissime atque verissime: In qua magis parte humilitas collocanda est, sine dubio falsitatis, si in ea quę veritatis prohibetur esse, superbia est. Ac ꝑ hoc placet illi, & recte placet, in parte veritatis non vt in parte falsitatis magis humilitas collocetur. Ex quo est consequens vt ille qui dixit: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos decipimus & veritas in nobis non est: verum dixisse minime dubitetur, nec causa humilitatis hic falsum dixisse videatur. Propterea enim addidit: & veritas in nobis non est: cum forte sufficeret dicere, nosipsos decipimus: nisi attenderet quosdã putare dictum, nosipsos decipimus, quia etiam de vero bono qui se laudat, extollitur. Addendo itaque Et veritas in nobis non est: manifeste ostendit, sicut etiã huic rectissime placet, hoc omnino verum non esse, si dixerimus quia peccatum non habemus: ne humilitas constituta in parte falsitatis, perdat prẽmium veritatis. Porro autem quod dei causam sibi agere videtur, defendendo naturam, non attendit quod eandem naturam eam se dicendo, medici repellit misericordiam. Ipse est autẽ creator eius, qui saluator eius. Nõ ergo debemus sic laudare creatorem, vt cogamur dicere, imo vere conuincamur dicere superfluum saluatorem. Naturam itaque hominis dignis laudibus honoremus, eaſq; laudes ad creatoris gloriam referamus. Sed quia nos creauit, ita simus grati, vt nõ simus quia sanat ingrati. Vitia sane nostra quæ sanat, non diuino operi, sed humanę voluntati iustęq; illius vindictæ tribuamus. Sed vt in nostra potestate fuisse ne acciderent confitemur, ita vt sanentur in illius magis esse misericordia, quam in nostra potestate fateamur. Hanc iste misericordiam & medicinale saluatoris auxilium tãtum in hoc ponit, vt ignoscat cõmissa prẽterita, non vt adiuuet ad futura vitanda. Hic perniciosissime fallitur, hic & si nesciens prohibet nos vigilare & orare ne intremus in tentationem, cum hoc ne nobis accidat, in nostra tantum potestate esse contendit.

1. Ioan. 1. Hoc determinatũ ab eccl. i cõc. Mile. cã. 6. 7. & 8. & in aphr. cã. 81. & 82. & 83. et ĩ de eccl. dog. ca. 25. & 26. & 27. in. To. 3. & ĩ 1. To. ho. opu.

Qui defendit naturã aufert misericordiã, nã ipse ẽ creator q̃ et saluator, nõ ita debemus laudare creatorẽ, vt supfluũ dicamus saluatorem.

Mar. 16.

QVORVNDAM sane exempla quos peccasse legimus, non ideo scripta dicit, qui sanum sapit, vt ad desperationem nõn peccandi valeant, & securitatem peccandi nobis quodammodo præbere videantur: sed vt discere mus, vel pœnitendi humilitatem, vel etiam in talibus lapsibus non desperandam salutem. Quidam enim peccata prolapsi desperatione plus pereunt, nec solum pœnitendi negligunt medicinam, sed ad explenda inhonesta &

CAP. XXXV.

sta & nepharia desideria serui libidinum & sceleratarũ cupiditatum fiunt: quasi perdant si non fecerint, quod instigat libido, cum eos iam maneat certa damnatio. Ad uersus hunc morbum nimium periculosum & exitiabilem valet commemoratio peccatorum, etiam in quæ iusti sanctique prolapsi sunt. Sed acute videtur interrogare, quomodo istos sanctos dehac vita abijsse credendũ sit, cũ pcõ, an sine pcõ? Vt si respõsum fuerit, cũ peccato, putetur eos secuta damnatio, quod nephas est credere. Si autem sine peccato dictum fuerit eos exisse de hac vita, probet hominem saltem propinquante morte fuisse sine peccato in hac vita. Vbi parum attẽdit, cum sit acutissimus, non frustra etiam iustos in oratione dicere: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: dominumque Christum cum eandem orationem docendo explicuisset, veracissime subdidisse: Si enim dimiseritis peccata hominibus, dimittet vobis pater vester peccata vestra. Per hoc enim quotidianũ spiritale quodammodo incensum, quod ante deum in altari cordis quod sursum habere admonemur, infertur, etiam si non hic viuatur sine peccato, licet mori sine peccato, dum subinde venia deletur, quod subinde ignorantia vel infirmitate committitur.

Matth. 6.

Mat. 6.

Et si hic nõ viuit sine pcõ ita mori sine pcõ.

Nullus sanctorũ absq; peccato. CAP. XXXVI.

DEINDE commemorat eos qui nonmodo non peccasse, verũ etiam iuste vixisse referũtur. Abel, Enoch, Melchisedech, Abram, Isaac, Iacob, Ioseph, Iesum Naue, Phineem, Samuel, Nathan, Heliam, Heliseum, Micheam, Daniel, Ananiam, Azaria, Misael, Ezechiel, Mardocheum, Simeõ, Ioseph cui desponsata erat virgo Maria, Ioannem. Adiungit etiam fœminas, Delboram, Annam Samuelis matrem, Iudith, Hester, alteram Annam filiam Phanuel, Elizabeth, ipsam etiam domini ac saluatoris nostri matrem, quam dicit sine peccato confiteri necesse esse pietati. Excepta itaque sancta virgine Maria, de qua propter honorem domini nullam prorsus cum de peccatis agitur, habere volo quæstionem: vnde enim scimus, quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quę concipere ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum: Hac ergo virgine excepta, si omnes illos sanctos & sanctas cum hic viuerent, congregare possemus, & interrogare vtrum essent sine peccato, quid fuisse respõsuros putamus: vtrum hoc quod iste dicit, an quod Ioannes Apostolus? Rogo vos, quantalibet fuerint in hoc corpore excellentia sanctitatis, si hoc interrogari potuissent, vna voce clamassent: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis nõ est. An illud humilius responderent fortasse quam

Maria sine pcõ qđ gra vinci pt, qđ pprię volun tatis ẽ q gra illustrat, ut ñ peccet

1. Ioan. 1.

Laus humilitatis põ ponat ipar-

verius? Sed huic iam placet, recte placet, laudem humilitatis in parte non ponere falsitatis. Itaque hoc si verum dicerent, haberent peccatum, quod humiliter faterẽtur, quia veritas in eis esset. Si autem hoc mentirentur, nihilominus haberent peccatum, quia veritas in eis non esset.

te falsitatis, idẽ i cõci. mile. can. 67. et. 8. et i cõci. aphr. can. 81. 82. et. 83. et i đ eccl. dog. c. 25. 26. & 27. i To. 3. & in t. To. ho. opus. CAP. XXXVII.

DICENT forsitan, inquit: Nonquid omnium potuit scriptura commemorare peccata? Et verum ei dicent q cunq; dicent, nec eum contra hoc aliquid validum video respondisse, quanuis videam tacere noluisse. Quid enim dixerit quęso attendite: Hoc, inquit, recte potest dici de his quorum neque bonorum, neque malorum scriptura sit memor. De illis vero quorum iustitię meminit, & peccatorum sine dubio meminisset, si qua eos peccasse sensisset. Dicat ergo non pertinuisse ad iustitiam tantam illorum fidem, qui magna multitudine precedentes & consequentes cum laudibus domini asellum, etiam inter frementes, quare hoc facerent inimicos, clamabant dicentes: Osanna fili Dauid, benedictus qui venit in nomine domini. Audeat ergo dicere iste si potest, neminem fuisse in tanta illa multitudine q vllum haberet omnino peccatum. Quod si absurdissimũ est dicere, cur nulla peccata eorum scriptura commemorauit, quę tantum bonum fidei ipsorum commemorare curauit? Sed hoc etiam forsitan ipse vidit, & ideo subiecit atque ait: Sed esto alijs temporibus turbę numerositate omnium dissimulauerit peccata contexere: in ipso statim mundi primordio, vbi non nisi quatuor homines erant, quid, inquit, dicimus, cur non omnium voluerit delicta commemorare? Vtrum ne ingentis multitudinis causa, quæ nondum erat: an quia illorum tantum qui cõmiserant meminit, illius vero qui nulla commiserat, meminisse non potuit? Ad hæc adiungit verba, quibus ista sententia vberius & planius astruatur: Certe, inquit, primo in tempore Adam & Eua, ex quibus Cain & Abel nati sunt, quatuor tantũ homines fuisse referuntur: Peccauit Eua, scriptura hoc prodidit, Adam quoque deliqt, eadem scriptura non tacuit. Sed & Cain peccasse, ipsa æq; scriptura testata est. Quorum nonmodo peccata, verum etiam peccatorum indicat qualitatem. Quod si & Abel peccasset, & hoc sine dubio scriptura dixisset, sed non dixit. ergo nec ille peccauit: quinetiam iustum ostẽdit. Credamus igitur, quod legimus, & quod non legimus nephas credamus astruere.

Matt. 21.

Gene. 3. 4.

HAEC dicens, parum attendit quod paulo ante ipse dixerat: Iam exorta multitudine generis humani, tur bę numerositate potuisse scripturã dissimulare omnium peccata cõtexere. Hoc enim si satis attẽdisset, videret ẽt in vno

Et peccator esse pt hõ & iustus. CAP. XXXVIII.

in vno homine turbam & multitudinem peccatorum latuisse, vel non potuisse, vel si etiam potuit, non debuisse conscribi. Ea quippe scripta sunt quibus et modus adhibendus fuit, & paucis exemplis ad multa necessaria lector instruēdus. Nam cum ipsos tunc homines, licet adhuc paucos, quot vel qui fuerint, id est, Adam & Eua, quot filios & filias procreauerint, & quę illis nomina imposuerint, scriptura commemorare voluerit: inde nō nulli parum considerantes quam multa scriptura tacite prætereat, ipsum Cain cum matre concubuisse putauerunt, vnde prolem quę commemorata est procrearet, putantes illis filis Adam sorores nō fuisse, quia eas scriptura tunc tacuit; postea recapitulando inferens quod prætermiserat, Adam filios & filias procreasse, nec tempus quo nati sunt, nec numerum, nec vocabula ostendēs ita nec commemorandum fuit, si Abel, quanuis merito iustus appellatus est, paulo immoderatius aliquando ri sit, vel animi remissione locatus est, vel vidit aliquid ad concupiscendum; vel aliquando immoderatius poma decerpsit, vel pulsculo cibo crudior fuit, vel cum oraret cogitauit aliquid, vnde eius in aliud auocaretur intentio, & quoties illi ista ac similia multa surrepserint. An forte peccata non sunt de quibus generaliter cauendis atque cohibendis admonemur præcepto Apostolico, vbi dicit: Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum desideriis eius? His quippe ne obediamus ad ea quæ non licent, vel minus decent, quotidiana & perpetua conflictatione certandum est. Nam vtique ex hoc vitio mittitur, vel dimittitur oculus, quo non oportet: Quod vitium si conualuerit & prævaluerit, etiam adulterium perpetratur in corpore, quod in corde tanto sit citius, quanto est cogitatio celerior, & nullum impedimentum morarum. Hoc peccatum, id est, hunc vitiosæ affectionis appetitum qui magna ex parte frenarunt, vt non obedirent desideriis eius, nec exhiberent ei membra sua arma iniquitatis, etiam sancti appellari meruerunt, & hoc adiutorio gratię dei. Verum quia sæpe in leuissimis & aliquando incautis obrepit peccatum, & iusti fuerunt, & sine peccato, non fuerunt. Postremo si in Abel iusto charitas dei, qua vna vere iustus est quicunque iustus est, adhuc erat quo posset & deberet augeri, quicquid minus erat, ex vitio erat. Et cui non minus sit, donec ad illā eius fortitudinem veniatur, vbi tota hominis absorbeatur infirmitas?

Roma.6.

CAP. xxxix.

Nō ola q̄ legun tur credēda, & credēdū aliquid q̄ nō legitur.

MAGNA plane sententia concluſit hunc locum cū ait: Credamus igitur quod legimus, & quod non legimus, nefas credamus astruere, quod de cunctis etiam dixisse sufficiat. Contra ego dico, nec omne quod legimus credere

credere nos debere, propter illud quod Apostolus ait: Omnia legite, quæ bona sunt tenete: & astruere aliquid etiam, quod non legimus nefas non esse: Possumus enim aliquid bona fide testibus astruere quod experti sumus, etiam si forte non legimus. Hic fortasse respondet: Ego cum hoc dicerem, de scripturis sanctis agebam. O vtinā non dicat aliud quam in illius literis legit, verum contra id quod legis, nihil vellet astruere, fideliter & obedienter audiret quod scriptum est: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt: & non infirmaret tanti medici gratiam, dum fateri non vult naturam humanam esse vitiatam, O vtinam sicut Christianus legeret, præter Iesum Christum nullum esse nomen sub cœlo, in quo oporteat saluos fieri nos: & non possibilitatem naturæ humanæ ita defenderet, vt homo per liberum arbitrium etiam sine isto nomine saluus esse posse credatur.

1. Thes. 5.

Roma. 5.

Act. 4.

Non satis est scire quid agendum. CAP. XL.

SED putat fortasse ideo necessarium esse Christi nomen, vt per eius euangelium discamus quemadmodum viuere debeamus, non etiam vt eius adiuuemur gratia qua bene viuamus: vel hinc saltem confiteatur esse miserabiles tenebras in animo humano, qui scit quemadmodum debeat leonem domare, & nescit quemadmodum viuere. An & hoc vt sciat sufficit ei liberum arbitrium lexque naturalis? Hæc est sapientia verbi, qua euacuatur crux Christi. Sed qui dixit, perdam sapientiam sapientum, quia ista crux non potest euacuari, profecto istam sapientiam per stultitiam prædicationis, qua credentes sanantur euertit. Si enim possibilitas naturalis per liberum arbitrium, & ad cognoscendum quomodo viuere debeat, & ad bene viuendum sufficit sibi, ergo Christus gratis mortuus est, ergo euacuatum est scādalum crucis. Cur non etiam ego hic exclamabo & increpitabo dolore Christiano: euacuati estis a Christo, qui in natura iustificamini, a gratia excidistis: ignorantes enim dei iustitiam, & vestram volentes constituere, iustitiæ dei non estis subiecti. Sicut enim finis legis, ita etiam naturæ humanæ vitiosæ saluator Christus est, ad iustitiam omni credenti.

Hic error cōfutat ī Epist. 95. et 105. & 106. ī T. 2. & ī isto. 2. T. op. & in de gra & libe. arbi. ad val. c. 13. ī T. 7. 1. Cor. 1. & in isto. 2. T. op. & ī cōcil. Milcu. cā. 4 Abdię. 1 & in Aphri. 1. Cor. 1. cā. 79. Gal. 2. ī. 1. T. cōcil. & ī de Ec cl. dogm. c. 29. ī 3. T. & ī. 1. To. Ro. 10. horom hopuſ.

QVOD autē sibi oppositum ab eis dici cōtra quos loquitur: Omnes enim peccauerūt: manifestū est quod de his dicebat Apostolus qui tūc erāt, hoc est, de Iudęis & gentibus, Sed plane illud, quod commemorauit: Per vnū hominē peccatū intrauit in mūdū, & per peccatū mors, & ita in omnes homines ptransiit, in quo omnes peccauerūt; & antiquos & recētiores, & nos & posteros no-

Quō accipiendum omnes. CAP. XLI. Roma. 5.

stros sententia ista complectitur. Ponit etiam illud testimonium vnde probet cum dicuntur omnes, non semper omnes omnino nullo prætermisso intelligi oportere. Sicut per vnius, inquit, delictum in omnes homines in cõdemnationem, sic per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. Cum per Christi, inquit, iustitiã, non omnes, sed eos tantum qui illi obedire voluerunt, & baptismi eus ablutione purgati sunt, sanctificatos esse non dubium sit. Non plane isto testimonio probat, quod vult. Nam sicut dictum est: Sicut per vnius delictũ in omnes homines in condemnatinnem, vt nullus præmitteretur: sic & in eo quod dictum est, per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ, nullus prætermissus est: non quia omnes in eum credunt & baptismo eius abluuntur, sed quia nemo iustificatur nisi in eum credat & baptismo eius abluatur. Itaq; omnes dictum est, ne aliquo modo alio prꝛter ipsum quisquam saluus fieri posse credatur. Sicut enim vno literarum magistro in ciuitate constituto, rectissime dicimus, omnes iste hic literas docet: non quia omnes ciues literas discunt, sed quia nemo discit nisi quem ille docuerit: Sic nemo iustificatur nisi quem iustificauerit Christus.

Roma.5.

H oc idem exẽplũ ad hoc propositũ adducit ab Aug. in Enchi. cap. 103. in Tom. 3. & in. 1. Tom. ho. op. & aliter adhuc ibi & in de cor. & gra. 14. & 15. exponit hanc authoritatem, & in de præd. sanct. cap. 4. & 8. in To. 7. & in. 3. To. horum opus. & a Magistro in. 1. sent. distint. 46. ca. 12. & 13.

Põt hõ sine pcõ esse, sed auxiliante gratia. CAP. XLII.

SED esto, inquit, consentiam, qui omnes peccatores fuisse restatur: Dicit enim quid fuerint, non quod aliud esse non potuerint. Quamobrem & si omnes homines peccatores, inquit, possent probari, definitioni tamen nostræ nequaquam id obesset, qui non tam quid homines sint, quam quid possent esse defendimus. Hic recte facit aliquando consentire, quia non iustificabitur in conspectu dei omnis viuens: Non tamen ibi esse quæstionem, sed in ipsa non peccandi possibilitate contendit, in qua nec nos aduersus eum certare opus est. Nam neque illud nimis curo, vtrum fuerint hic aliqui vel sint, vel esse possint qui perfectam, cui nihil addendum esset, habuerint, vel habeant, vel habituri sint charitatẽ dei. Ipsa est enim veris sima, plenis sima, perfectis simaque iustitia, quoniam id quod voluntate hominis adiuta per dei gratiam fieri posse confiteor & defendo, quando uel vbi, vel in quo fiat nimium certare non debeo, Neque de ipsa possibilitate contendo, cum sanata & adiuta hominis volũtate, possibilitas ipsa simul cũ effectu in sanctis proueniat, dũ charitas dei quantũ plenis sime natura nostra sana atq; purgata capere potest, diffundit in cordibus nostris p spiritum sanctũ, qui datus est nobis. Me

Pfal.142.

Roma.5.

lius itaq; dei causa agitur, quam se iste agendo dicit defensare naturam, cum & creator & saluator agnoscitur, quam cum defensa velut sana viribusque integris creatura, opitulatio saluatoris inanitur.

Per se lapsus hõ põt erigi. CAP. XLIII.

VERVM est autẽ quod ait, quod deus tã bonus quã iustus talẽ hominẽ fecerit, cui peccati malo carere sufficeret, sed si voluisset. Quis enim eũ nescit sanũ & inculpabilẽ factum, & libero arbitrio atq; ad iuste viuendũ potestate libera constitutũ? Sed nũc de illo agit, quem semiuiuũ latrones reliquerũt, qui grauibus saucius confossusq; vulneribus, nõ ita potest ad iustitiæ culmẽ ascẽdere, sicut potuit inde descende. Qui etiam si iã in stabulo est adhuc curatur. Non igitur deus impossibilia iubet, sed iubẽdo admonet, & facere quod possis, & petere, quod non possis. Iam nunc videamus vnde possit, vnde non possit. Iste dicit, voluntate non est, quod natura potest. Ego dico, voluntate quidem non est homo iustus si natura potest, sed medicina poterit quod vitio nõ potest.

Luc.10. 4.sent.distint.1. Deus nõ iubet ĩ possibilia, sꝫ ad monet facer qđ potes, & petere qđ nõ potes, idẽ in de gra & lib.arb. ad val. 16. in T.7. & in isto.2. To.op. & in expo. Epist. ad Gal. cap.3. in To.4. & in princi. huius. 2. Tom. opus. & in præf. Psal. 50. in To.8.

Q VID ergo iam opus est in pluribus immorari, Venia mus interius ad causam, quã in hac duntaxat quæstione vel solã, vel pene solam cũ istis habemus. Sicut enim ipse dicit ad quod nunc agit non pertinere vt quæratur, vtrum fuerint vel sint aliqui homines in hac vita sine peccato, sed vtrum esse potuerint siue possint: Ita ego etiam si fuisse, vel esse cõsentiam, nullo modo tamen potuisse vel posse confirmo, nisi iustificatos gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum & hũc crucifixũ: Ea quippe fides iustos sanauit antiquos, quæ sanat & nos, id est, mediatoris dei & hominum hominis Iesu Christi, fides sanguinis eius, fides crucis eius, fides mortis & resurrectionis eius. Habentes ergo eũdem spiritum fidei, & nos credimus, propter quod & loquimur. Iste vero obiecta sibi quæstiõe, in qua reuera intolerabilis videtur cordibus Christianis, quid respõdeat attẽdamus. Ait enim: Sed hoc est quod multos mouet, inquies, quod non per dei gratiam homines sine peccato esse posse defendis. Prorsus hoc est quod mouet, hoc est quod obiicimus. Rem ipsam dicit, hoc omnino ęgerrime sustinemus: hinc a christianis talia disputari, ea quam in alios & ipsos habemus dilectione, nõ ferimus. Audiamus igit quomodo se ab obiectione quæstionis huius expediat. O ignorãtię cęcitas, inquit, o imperitę mẽtis ignausa, q̃ id sine dei grã defensari existimat, quod deo tãtũ audiat debere reputari. Si nescieremus quę sequãtur, his tantummodo auditis

CAP. XLIIII.

Fides Christi q̃ modo iustificat. 2. Cor. 4.

falsa nos de illis iactante fama, & quibusdam fratribus idoneis testibus asseuerantibus credidisse putaremus: Quid enim dici breuius potuit & verius, quam posibilitatem non peccandi, quantacunque est vel erit in homine, non nisi deo debere reputari? Hoc & nos dicimus, iungamus dexteras.

CAP. XLV. AN audienda sunt cætera? Audienda plane, & corrigenda vtique vel cauenda. Nam cum dicitur, inquit, ipsum posse arbitrii humani omnino non esse, sed authoris naturæ dei scilicet, & qui fieri potest vt absque dei gratia intelligatur quod ad deum proprie pertinere censetur? Iã cœpit apparere quid dicat. Sed ne forte fallamur, latius id explanat & clarius. Sed Vt hoc manifestius, inquit, fiat, paulo latius disputandum est. Dicimus enim cuiusque rei posibilitatem, non tam in arbitrii humani potestate, quam in naturæ necessitate consistere. Exemplis etiam vel similitudinibus quid dicat, illustrat: Vt puta, inquit, loqui possum: Quod loqui possum, meum non est quod loquor, meum est, id est propriæ voluntatis: & quia quod loquor meum est, vtrunque facere possum, id est, & loqui & non loqui. Quia vero quod loqui possum, meum non est, id est, arbitrii mei atque voluntatis, necesse est me semper loqui posse. Et si voluero non posse loqui, non possum tamen non posse loqui, nisi forte membrum illud adimã, quo loquendi impleri officiũ potest.

Augustinus. MVLTA quidem dici possent, quibus si velit, homo adimat sibi posibilitatem loquendi, non adempto illo membro quo loquimur. Velut si aliquid fiat vnde vox ipsa tollatur, loqui nemo poterit manentibus membris: Non enim vox hominis membrum est: vexato sane aliquo interiore membro, fieri potest, non adempto. Sed ne verbo premere videar, mihiq; contentiose dicatur, etiam vexare adimere est, possumus quidem id efficere & ore aliquibus vinculis sic clauso atq; obserato, vt id aperire minime valeamus, neque vt aperiatur in nostra sit potestate, cum in potestate fuerit, vt clauderetur manente integritate & sanitate membrorum.

CAP. XLVI. SED quid ad nos? Videamus quid inde contexat: Voluntatis enim arbitrio, inquit, ac deliberatione priuatur quicquid naturali necessitate constringitur. Et hic nonnulla quæstio est. Perquam enim absurdum est, vt ideo dicamus non pertinere ad voluntatem nostrã quod beati esse volumus, quia id omnino nolle nõ possumus, nescio qua & bona constrictione naturę; nec dicere audemus, ideo deum non voluntatem, sed necessitatem habere iustitiæ, quia non potest velle peccare.

Non possumus nolle eẽ beatos.

CAP. XLVII. ATTENDITE etiam quæ sequuntur: Hoc, inquit, & de auditu, odoratu, vel visu sentire posibile est, quod audire,

audire, odorari, videre, potestatis nostræ sit, posse vero audire, vel odorari vel videre potestatis nostræ non sit, sed in naturali necessitate consistat. Aut ego non intelligo quid dicat, aut ipse. Quomodo enim in potestate nostra non est videndi posibilitas, si in potestate nostra est non videndi necessitas, quia in potestate est cęcitas, qua idipsum videre posse nobis, si volumus, adimamus? Quomodo autem in potestate nostra est videre si velimus, cum etiam salua integritate naturæ, corporis oculorumque nostrorum, nec volentes videre posimus, siue per noctem luminibus quæ forinsecus adhibentur ademptis, siue nos quisquam in tenebroso loco aliquo includat? Item si quod audire possumus, vel non possumus, in nostra potestate non est, sed in naturę constrictione, quod vero audimus, hoc est propriæ voluntatis, cur non attendit, quanta audiamus inuiti quæ penetrãt in sensum nostrum etiam auribus obturatis, sicuti est de proximo serræ stridor, vel grunnitus suis? Quanquam obturatio aurium ostendit, non in potestate nostra esse, apertis auribus non audire: facit etiam fortasse talis obturatio, quæ ipsum sensum nostrum adimat, vt in nostra potestate sit etiam audire non posse. De odoratu autem quod dicit, nonne parum attendit non esse in nostra potestate posse odorari vel non posse, sed in nostra potestate esse, hoc est in libera voluntate odorari vel nõ odorari: cum inter odores graues & molestos quando constituti fuerimus, si quis nostllic manibus ligatis constituat, seruata prorsus integritate ac salute membrorum velimus non odorari, nec omnino posimus, quia cum spiritum ducere cogimur, simul & odorem quem nolumus trahimus?

CAP. XLVIII. SICVT ergo iste similitudines falsæ sunt, ita & illud propter quod eas voluit adhibere. Sequitur enim & dicit: Simili ergo modo de non peccandi posibilitate intelligendum est. Quod non peccare nostrum sit, posse vero non peccare, non nostrum. Si de integritate & sana hominis natura loqueretur, quam modo non habemus; Rom. 8. Spe enim salui facti sumus: Spes autem quę videtur non est spes: Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus: nec sic recte diceret, quod nõ peccare nostrum tantummodo sit, quanuis peccare nostrum esset: nam & ibi esset adiutorium dei, & tanquam lumen sanis oculis, quo adiuti videant se præbere volentibus. Sap. 9. Quia vero de hac vita disputat, vbi corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem, miror quo corde etiam sine adiutorio medicinæ saluatoris nostri, nostrum putat esse non peccare, posse vero non peccare

re naturæ esse contendat, quam sic apparet esse vitiatã, vt hoc maioris vitii sit non videre.

CAP. XLIX. QVIA non peccare, inquit, nostrum est, possumus peccare & non peccare. Quid si alius dicat, quia nolle infelicitatem, nostrum est, possumus eam & nolle & velle, & tamen eam velle omnino nõ possumus? Quis enim vlso modo velle esse possit infelix, etiam si aliud vult vbi eum, & nolentem infelicitas consequatur? Deinde, quia dei multo magis est non peccare, num audebimus eum dicere & peccare posse & non peccare? Absit a nobis vt deum peccare posse dicamus: Non enim vt stulti putant, ideo non erit omnipotens, quia nec mori potest, & negare seipsum non potest. Quid est ergo quod loquitur, & quibus locutionum regulis conatur persuadere, quod non vult considerare, Adhuc addit & dicit: Quia vero posse non peccare, nostrum non est, & si voluerimus non posse non peccare, non possumus non posse, nõ peccare. Intorte hoc dixit, & ideo subobscure. Sed ita posset dici plenius, quia posse non peccare nostrum non est, seu velimus, seu nolimus possumus non peccare. Non enim ait, seu velimus, seu nolimus, non peccamus; sine dubio enim peccamus si volumus, sed tamen velimus nolimus, habere nos asserit non peccandi posibilitatẽ, quam naturæ insitam dicit. Sed de homine sanis pedibus tolerabiliter dici potest, velit nolit, habet ambulãdi posibilitatem: Contractis uero, & si velit non habet. Vitiata est natura de qua loquitur: Quid superbit terra & cinis? Vitiata est, medicum implorat: Saluum me fac domine clamat: Sana animam meam clamat. Quid intercludit has voces, vt defendendo quasi præsentem posibilitatem, futuram impediat sanitatem?

Eccle. 20.

Psal. 40.

CAP. L. ET videte quid adiungat, vnde illud confirmare existimat: quia nulla, inquit, adimere voluntas potest, quod inseparabiliter insitum probatur esse naturæ. Vnde ergo illa vox: Vt non quæ vultis illa faciatis: Vnde etiam illa, Non enim quod volo facio bonum, sed quod odi malum hoc ago? Vbi est posibilitas, quæ inseparabiliter insita probatur esse naturæ? Ecce homines non ea quæ volunt faciunt, & de non peccando vtique agebat, non de volando, quia homines non alites erant. Ecce homo quod vult bonum non agit, sed quod non vult malum hoc agit: velle illi adiacet, perficere autem bonum non adiacet. Vbi est posibilitas, quæ inseparabiliter insita probatur esse naturæ? Quemlibet enim in se transfiguret, si de seipso ista non dicit Apostolus, hominem certe in se transfigurat. Ab isto autem ipsa humana natura inseparabilem nihil peccandi posibilitatem habere defenditur, Sed his verbis id agitur, etiam a nescio-

Galat. 5.
Roma. 7.

sciente qui loquitur, non autem nesciente illo qui hæc loquenda incautis etiam deum timentibus suggerit, Vt eũ cuetur Christi gratia, humana sibi ad iustitiam suam qua si sufficiente natura.

CAP. LI. VT autem declinetur inuidia qua Christiani etiam pro salute sua clamant & dicunt, quare sine adiutorio gratiæ dei dicis hominem posse nõ peccare? Ipsa, inquit, non peccandi posibilitas non tam in arbitrii potestate, quam in naturæ necessitate est. Quicquid in naturæ necessitate positum est, ad naturæ pertinere non dubitatur authorem, vtique deum. Quomodo ergo, inquit, absque dei gratia dici existimatur, quod ad deum proprie pertinere monstratur? Expressa est sententia quæ latebat, nõ est quemadmodum possit ab condi: Ideo dei gratiæ tribuit non peccandi posibilitatem, quia eius naturæ deus author est, cui posibilitatem non peccandi inseparabiliter insitam dicit. Cum vult ergo faciat, quia non vult non faciat. Vbi enim est inseparabilis posibilitas, ei accidere non potest voluntatis infirmitas, vel potius voluntatis adiacentia, & perfectionis indigentia. Si ergo ita est, vnde venit: Velle adiacet, perficere autem bonum non adiacet? Si enim iste qui hunc librum scripsit, de illa hominis natura loqueretur, quæ primo inculpata & salua condita est, vtcunque acceptatur hoc dictum: quanquam inseparabilem habere posibilitatem, id est, vt ita dicam inamisibilem, non debuit illa natura dici quæ vitiari posset, & medicum quærere, qui cæci oculos sanaret, & videndi, posibilitatem restitueret, quæ fuerat amissa per cæcitatem; quoniam cæcus puto quod velit videre, sed non potest, si autem vult & nõ potest, in est voluntas, sed amissa est posibilitas.

Roma. 7.

CAP. LII. ADHVC videte quas moles conetur qua suam sentẽtiam ducat irrumpere si ualeret: Obicit enim sibi quæstionem dicens: Sed caro nobis secundum Apostolum contraria est, inquiens. Deinde respondit: Qui fieri potest, vt cuicũque baptizato sit caro cõtraria, cum secundũ eundem Apostolum in carne nõ esse intelligatur? ita enim ait: Vos autẽ in carne non estis. Bene quod baptizatis dicit carnem contrariam esse non posse, quod vtrũ verum sit, post videbimus. Nunc vero quia non potuit penitus se obliuisci esse Christianum, sed id licet tenuiter recordatus est, recessit a defensione naturæ. Vbi est ergo inseparabilitas posibilitatis? An forte nõdum baptizati in natura hominũ non sunt? Hic prorsus, hic posset vigilare, & si aduertat potest. Qui fieri potest, inquit, vt cuicunq; baptizato sit caro cõtraria? ergo nõ baptizatis potest caro esse cõtraria. Exponat quẽadmodũ cũ sit, & in ipsis illa ab eo multũ defensa nã, certe uelī eis cõ-

Roma. 8.

Luc. 10.

cedit esse vitiatam, si iã in baptizatis ille saucius, sanus de stabulo egressus est, aut sanus in stabulo est, quo eum
Luc.10. curandum misericors Samaritanus aduexit. Porro si vel istis concedit carnem esse contrariam, dicat quid contigerit cum sit vtrũque, hoc est, & caro & spiritus creatura vnius eiusdemque creatoris proculdubio bona, quia boni, nisi quia hoc est vitium, quod propria inflictum est volũtate, & hoc vtin natura sanetur, eo ip'o opus est saluatore, quo instituta est natura creatore. hoc saluatore ea
Ioan.1. quæ illius medicina, quia verbũ caro factũ est vt habitaret in nobis, si opus esse fateamur paruis & magnis, id est, a vagitibus infantũ vsque ad canos senũ, tota quæstio inter nos est, huius quæstionis controuersia dissoluta est.

CAP. LIII. NVNC iam videamus, vtrum etiam baptizatis legatur caro esse contraria. Vbi quæro, quibus dicebat Apostolus, Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem? Hæc enim inuicem aduersantur, vt non
Gal.5.&.32. ea quæ vultis facias. Ad Galatas vt opinor, id scripsit: quibus dicit, Qui ergo tribuit vobis spiritum, & virtutes operatur in vobis, ex operibus legis an ex auditu fidei? Vnde apparet eum Christiãs loqui, & quibus deus tribuerat spiritum, ergo etiam baptizatis. Ecce & baptizatis caro inuenitur esse contraria, & non adesse possibilitas illa, quam inseparabiliter insitam dicit esse naturæ. Vbi est quod ait, Qui fieri potest, vt cuicunque baptizato sit caro contraria? Quomodolibet intelligat carnẽ,
Caro ī baptismatis spiritui repugnat, ad Ro.7. quia reuera non natura eius quę bona est, sed vitia carnalia carnis hoc nomine nũcupantur: ecce tamen etiam
Mẽte seruio legi dei. carne legi peccati nec erit libertas plena & vera, nisi aduenit æternitas vt sup Io. trac. 41. hẽtur in To. 9. Ro. 7. baptizatis caro contraria est. & quomodo contraria? vt non quod volunt faciant. Ecce adest voluntas in homine, vbi est possibilitas illa naturæ? Fateamur gratiam necessariam, clamemus, Miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Et respondetur nobis, Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Quando enim istis rectissime dicitur, Quare sine adiutorio gratiæ dei dicitis hominem posse esse sine peccato? non tunc de illa gratia quæstio est, qua est homo conditus, sed de ista qua fit saluus per Iesum Christum dominum nostrũ.
Mat. 6. Fideles enim orantes dicunt, Ne nos inferas in tentationẽ, sed libera nos a malo. Si adest possibilitas, vt quid orant? Aut a quo malo se liberari orant, nisi maxime de corpore mortis huius? vnde non liberat nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Non vtique de substantia corporis quæ bona est, sed de vitiis carnalibus, vnde non liberatur homo sine gratia saluatoris, nec quando per mortem corporis discedit a corpore. Et
Roma.7. hoc vt diceret Apostolus, quid supra dixerat? Video aliam legẽ in membris meis repugnantẽ legi mẽtis meę, & captiuum

& captiuum me ducentem in lege peccati, quæ est in mẽbris meis. Ecce quod vitium naturæ humanę inobediẽtia voluntatis inflixit. Orare sinatur, vt sanetur. Quid tantum de naturæ possibilitate præsumitur? vulnerata, sauciata, vexata, perdita est, vera confessione non falsa defensione opus habet. Gratia ergo dei non qua instituatur, sed qua restituatur, quęratur, quę ab isto sola clamatur non esse necessaria, cum tacetur: Qui si omnino nihil de gratia dei diceret, nec eam quæstionem soluendam sibi proponeret, vt a se de hac re inuidiam remoueret, posse putari hoc quidem sentire, quod veritas habet sed non dixisse, quia non vbique omnia dicenda sunt. Proposuit de gratia quæstionem, id respondet quod habebat in corde, definita quæstio est, non quam volebamus, sed vbi quid sentiret dubitabamus.

CAP. LIIII. DEINDE multis verbis Apostoli conatur ostendere, vnde non est controuersia, quod caro ab illa ita sæpe nominetur, vt velit intelligi non substantiam, sed opera carnis. Quid hoc ad rem? Vitia carnis contraria sunt voluntati hominis: non natura accusatur, sed vitijs medicus quęritur. Quid est quod interrogat, quis fecit homini spiritum? & respondet sibi, sine dubio deus. Et itẽ interrogat, carnem quis creauit? Itemque respondet, idẽ credo deus. Interrogat tertio: Bonus est qui vtrũq; creauit deus? respondet, nulli dubium est. Adhuc interrogat: Et vtrumque quod bonus author creauit bonum est? & ad hoc respondet, confitendum est. Deinde concludit. Si igitur & spiritus bonus, & caro bona, vt a bono authore condita, qui fieri potest, vt duo bona possint sibi esse contraria? Omitto dicere, quia tota huius ratiocinatio turbaretur, si quis ab eo quæreret, æstus & frigus qs fecit? respondere enim sine dubio deus. Non ego multa interrogo, ipse concludat, vtrum aut ista possint dici bona, aut non appareant inter se esse contraria. Hic forte dicit, qualitates sunt istæ substantiarum, non substantię: Ita est, verum est, sed qualitates naturales & ad dei creaturam sine dubio pertinentes, Substantię quippe nõ per seipsas, sed per suas qualitates, sicut aqua & ignis dicũtur sibi esse contrariæ. Quid si ita sunt caro & spiritus? quod quidem non affirmamus, sed vt ratiocinationem eius non necessaria illatione conclusam ostenderemus, hoc diximus, Possunt enim & contraria non inuicem aduersari, sed ex alterutro temperari & bonam valetudinem reddere: sicut in corpore siccitas & humiditas, frigus & calor, quorum omnium temperatione bona corporalis valetudo consistit. Sed quod contraria est caro
Gal.5. spiritui, vt non ea quæ volumus faciamus, vitium est non natura, gratia medicinalis quęratur & controuersia

sia finiatur. Duo quippe ista bona a bono deo conditz, quomodo contra huius ratiocinationem in non baptizatis hominibus possunt sibi esse contraria? An & hoc cum dixisse pœnitebit, quod affectu aliquo fidei Christianæ locutus est? Cum enim dixit, Qui fieri potest vt cuicunque e iam baptizato sit caro contraria: significauit non baptizatis carnē posse esse contrariam. Nā cur addidit, iam baptizato, cum posset etiam hoc non addito dicere, Qui fieri potest, vt cuicunque sit caro contraria: atque ad hoc probandum subiscere illam ratiocinationem suam, quia vtrunque bonum est a bono conditum, & ideo non potest inter se esse contrarium? Si ergo non baptizati, quibus certe fatetur carnem esse contrariam, suis illum interrogationibus vrgeant & dicant, Quis fecit homini spiritum? Iste respondebit, deus: Itemque illi, Carnem quis creauit? respondet iste, idem credo deus. Illi tertio, Bonus est qui vtrumque creauit deus? & iste, nulli dubium est. Atque illi vnum quod restat inquirant: Et vtrunque quod bonus author creauit bonū est? iste fatebitur. Tunc illi eum suo gladio iugulabunt inferentes conclusionem eius & dicentes, Si igitur spiritus bonus & caro bona, vt a bono authore condita, q fieri potest, vt duo bona sibi possint esse contraria? Hic forte ille respondebit, Date veniam, quia non debui dicere cuicunque baptizato carnem non posse esse contrariam, vt hoc modo vobis non baptizatis contrariam confiterer, sed sine vlla exceptione dicere debui carnē nulli esse contrariam. Ecce quo seipse conpingit, ecce quæ loquitur qui nō vult clamare cum Apostolo. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Sed cur, inquit, clamē iam baptizatus in Christo: illi hoc clament qui nondū tale beneficium perceperunt, quorum in se voces figurabat Apostolus, si tamen vtl hoc dicunt. Sed naturæ ista defensio, nec illos hac voce exclamare permittit. Neque enim in baptizatis natura est, & in non baptizatis natura non est, Aut si vel in illis vinata esse conceditur, vt non sine causa clament, Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, eisque subueniatur in eo, quod sequitur, Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum: concedatur iam tandem aliquando humanam medico Christo indigere naturam.

Roma.7.

Corpus mortis vitium est, non substantia.

CAP. LV.

QVARE autem, vbi natura istam perdiderit libertatem quam sibi dari exoptat cum dicit, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Non enim & ille substantiam carnis accusat, cum dicit liberari se cupere de corpore mortis huius, cum etiam corporis sicut animæ natura deo bono authori tribuenda sit. Sed vtique de vitiis

tijs corporis dicit, Nam de corpore mors corporis separat, sed contracta ex illo vitia cohærent, quibus iusta pœna debetur, quā etiā in inferno ille diues inuenit. Hinc se non poterat vtique liberare qui dicit, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Vbicunque autem istam perdiderit libertatem, certe inseparabilis est possibilitas illa naturę, habet posse per naturale subsidium, habet velle per liberum arbitrium, cur quærit baptismatis sacramentum? An propter commissa præterita, vt ea tantum ignoscantur quę fieri infecta non possunt? Dimitte hominem, clamet quod clamabat. Non enim tantum desiderat, vt per indulgentiam sit de præteritis impunitus, sed etiam vt sit de cætero ad non peccandū fortis & validus. Condelectatur enim legi dei secundum interiorem hominem, videt autem aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ: videt esse, non recolit fuisse, præsentibus vrgetur, non præterita reminiscitur. Nec tantum repugnantem videt, verum etiam captiuantem se in lege peccati, quæ est in membris eius, non quæ fuit, Hinc est quod clamat, Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Sinatur orare, si natur adiutorium medici potentissimi flagitare. Quid cū tradicitur? qd obstrepitur? quid miser misericordiā christi petere prohibetur, & hoc a Christianis? Nam & illi cum Christo ambulabant, qui cæcos lumen clamando petere prohibebāt, sed etiam inter tumultum contradictium audit ille clamantem, vnde huic respōsum est, Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Porro si ab istis vel hoc impetramus, vt nondum baptizati implorent auxilium gratię saluatoris, non est hoc quidē parū aduersus illam falsam defensionem tanquam sibi sufficientis naturę & potestatis liberi arbitrij. Neque.n. sibi sufficit q dicit, Infelix ego hō qs me liberabit? aut plenā libertatē hēre dicēdus est, q se adhuc postulat liberari.

Luc.16. Roma.7.

Baptismus præterita pcā abluit, & ne d futuro cōmittāt adiuuat, vt cōtra Pelag. ab eccl. fuit determinatū i cōci. mil. cā. 3. & i aphri. can. 78. & in de eccl. dog. c. 10. & 3. T. & 1. 1. To. horū opusc.

Roma.7.

VERVNTAMEN Etiam illud videamus, vtrū illi qui baptizati sunt faciant bona quæ volūt, nulla carnis cōcupiscētia repugnāte. Sed qd hinc dicamus, ipse cōmemorat, vbi cōcludēs hunc locū, vt diximus, inqt, illud quo cōtinetur, Caro cōcupiscit aduersus spiritū; nō de carnis substantia, sed de operibus substantiæ sentire necesse est. Hoc & nos dicimus, nō de carnis substātia, sed de operibus dictū quę veniunt de carnali concupiscentia, de peccato scilicet de quo præcipit, vt non regnet in nostro mortali corpore ad obedicdū desideriis eius.

CAP. LVI.

Galat.5.

Roma.6.

NEC attendit etiam ipse iam baptizatis fuisse dictum Caro concupiscit aduersum spiritum, & spiritus aduersus carnem, vt non ea, quę vultis faciatis. Et ne ab ipsa pugna desides faceret, & per hanc sententiam laxamentum

CAP. LVII.

Gal.5.

laxamentum peccandi dedisse videretur, adiũgit, Quod si spiritu ducimini, non adhuc estis sub lege. Sub lege est enim, qui timore supplicij, quod lex minatur non amore iustitię se sentit abstinere ab opere peccati, nõdum liber nec alienus a voluntate peccandi: in ipsa enim voluntate reus est, qua mallet si fieri posset, non esse quod timeat, vt libera faciat quod occulte desiderat. Ergo si spiritu, inquit, ducimini, non adhuc estis sub lege: vtiq; lege quę timorem incutit, non tribuit charitatem, quæ charitas dei diffusa est in cordibus nostris, non per legis literam, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. Hæc est lex libertatis, non seruitutis, quia charitatis vtique, non timoris. De qua & Iacobus Apostolus ait. Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis. Vnde & ille non quidem iam lege dei terrebatur vt seruus, sed cõ delectabatur ei secundum interiorem hominem. Videt tamen adhuc aliã legem in membris suis repugnantem legi mentis suę. Ita & hic, Si spiritu, inquit, ducimini nõ adhuc estis sub lege. Inquantum quisq; spiritu ducitur, non est sub lege: quia inquantum condelectatur legi dei non est sub legis timore: quia timor tormẽtum habet nõ delectationem.

Quid est sub lege

Roma.5.

Iaco.1.

Roma.7.

Gal.5.

CAP. LVIII.

PROINDE si recte sentimus, sicut pro membris sanitatis gratias agere, ita pro sanandis orare debemus, vt absolutissima cui nihil addi possit sanitate perfecta dei suauitate, plena libertate perfruamur. Non enim abnuimus humanam naturã posse esse sine peccato, aut ullo modo negare debemus perfici posse, quam proficere nõ negamus, sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, eo adiuuante fieri dicimus, vt iusta et beata sit, a quo creata est vt sit. Facile itaque refellitur quod a quibusdam sibi dicit opponi, Diabolus nobis aduersatur. Prorsus huic obiectiõi eadẽ verba respondemus, quę ipse respondit, Resistamus illi & fugit. Resistite, inquit beatus Apostolus, diabolo & fugiet a vobis. Vnde animadvertendum est quid possit his nocere quos fugit, vel quã virtutem habere intelligendus sit, qui solis prçualere nõ resistentibus potest. Hęc & mea verba sunt, verius enim dici non potest. Sed hoc interest inter nos & istos, quod nos etiam cum diabolo resistimus, poscendum dei adiutorium, non solum non negamus, verum etiam prædicamus: isti autem tantam, tribuunt potestatem voluntati, vt pietati auferant orationem. Nam vtique vt diabolo resistamus & fugiat a nobis, ideo precantes dicimus, Ne nos inferas in tentationem: ideo & admoniti sumus tãquam ab Imperatore milites exhortante & dicente, Vigilate & orate ne intretis in tentationem.

Iaco.4.

Mat.6.

Marc.14.

CAP. LIX.

QVOD vero contra eos disputat qui dicunt, Et gs nolit

nolit sine peccato esse, si hoc in hominis esset positum potestate? Recte quidem disputat, hoc ipso eos confiteri nõ esse impossibile, quia hoc vel multi, vel omnes volunt, sed hoc vnde sit possibile cõfiteatur, & pax est. Ipsa est enim gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, qua omnino iste nos orantes adiuuari vt non peccemus, nusquam dicere voluit. Quod si forte latenter sentit, ignoscat aliter suspicantibus. Ipse enim hoc facit, qui cum tantam de hac re patiatur inuidiam, sentire id vult & confiteri non vult. Quid erat magnũ vt hoc diceret, cum præsertim sibi hoc tanquam ex persona aduersariorum oppositum tractare & aperire suscepterit? cur illic solam naturam defendere voluit, & quia homo ita creatus est, vt non peccare posset, si peccare noluisset asseruit, ac per hoc, quod ita creatus est eam possibilitatem ad gratiam dei pertinere definiuit, qua possibilitate si noluerit peccare, non peccat: & noluerit aliquid dicere de eo, quod ipsa natura gratia dei per Iesum Christũ dominum nostrum vel sanatur quia vitiata est, vel quia sibi non sufficit adiuuatur?

VTRVM enim in hoc seculo fuerit, vel sit, vel possit esse aliquis ita iuste viuens, vt nullum habeat, omnino peccatum, potest esse aliqua quæstio inter veros pios q; Christianos: posse tamen esse certe post hanc vitam quis quis ambigit, desipit. Sed ego nec de ista vita volo contendere. Quanquam enim mihi non videatur aliter intelligendum quod scriptum est, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, & si qua similia: vt tamen possit ostendi, vel hæc testimonia melius aliter intelligi posse, vel perfectam plenamque iustitiam cui prorsus nihil addendũ sit, et vel herifuisse in aliquo, dum in isto corpore viueret, & hodie esse, & creas futuram, dum tamẽ lõge plures sint, qui cum sibi vsque ad vltimum vitę huius diem necessarium esse non dubitent, vt veraciter dicant, Dimitte nobis debita nra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: spem suam tamẽ in Christo atque in eius promissionibus veram, certam, firmam esse confidant: nullo tamen modo nisi adiuuante gratia saluatoris Christi crucifixi, & dono spiritus eius, vel quoslibet ad plenissimam perfectionem, vel quenquam ad qualemcunq; profectum veræ pięque iustitiæ peruenire, qui negauerit, nescio vtrum recte possit in qualumcumque Christiano rum numero deputari.

CAP. LX.

Quõ fidere debemus in Christo.

AC per hoc & ea testimonia, quę non quidem de scripturis canonicis, sed de quibusdam catholicorum tractatorum opusculis posuit, volens occurrere ijs, qui cũ solum dicerent ista defendere, ita sunt media, vt neque cõtra nostram sententiã sint, neque contra ipsius. In qbus etiam

CAP. LXI.

Testimonia humana.

etiam non nihil de libris meis interponere voluit, me quoque aliquem deputans, qui cum illis commemorari dignus viderer, Vnde ingratus esse non debeo, & familiariore affectu nolo vt erret, qui hunc mihi detulit honorem. Prima enim quę posuit, quia nomen eius qui ea dixit, non ibi legi, siue quia ille non scripsit, siue quia codex quem misistis, id aliqua forte mendosite nō habuit, pertractare quid opus est? Maxime quoniam me in huiusmodi quorumlibet hominum scriptis liberū, quia solis canonicis debeo sine vlla recusatione consensum, nō nihil mouer, quod de illius scriptis cuius nomen non ibi inuent, ille posuit. Oportuit magistrum doctoremq; virtutum homini simillimum fieri, vt vincendo peccatum doceat hominem vincere posse peccatum. Quomodo. n. dictum sit, author huius sententiæ viderit, qualiter possit exponere: dum tamen nos minime dubitemus peccatum Christum in se non habuisse quod vinceret, qui natus est in similitudine carnis peccati, non in carne peccati. Aliud eiusdem ita posuit, Et iterum desiderijs carnis edomitis, doceret non necessitatis esse peccare, sed propriæ voluntatis. Ego desideria carnis (si non illicitarum concupiscentiarum hic dicūtur) accipio, sicuti est fames, sitis, refectio lassitudinis, & si quid huiusmodi est. Per hæc enim quidam quanuis ea sint inculpabilia, in culpas decidunt, quod ab illo saluatore ab fuit, etiam si hæc in eo fuisse propter similitudinem carnis peccati, Euangelio teste videamus.

Aug. dicit se libru a codicibus oīuz, hoīuz', & fatet se solis canonicis debeř si ne recusatiōe cōsensum, de ꝗbus canonicis libris hēs ab augn. 2. ď doc. chri. c. 8. i. 1 T. ho. op. Ro. 8 & idem. in can. apo. can. vlti. & dist. 19. c. in canonicis.

CAP. LXII.

BEATVS vero Hilarius cuius verba hęc posuit, Nō enim nisi spiritu perfecti immortalitate mutati, quod solis mundis corde dispositum est, hoc quod in deo est, immortale cernemus: quid dixerit cōtra id, quod dicimus, vel quid istū adiuuet vere nescio, nisi quia posse esse hominem mundo corde testatus est. Quod quis negat? Sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, nō solā arbitrij libertate. Item quod eum dixisse commemorat, Quas Iob literas legerat, vt abstineret se ab omni re maligna, quia deum sola mente vitijs non admixta venerabatur, deum autem colere iustitiæ proprium officiū est. Quid fecisset Iob dixit, non quod in hoc seculo perfecisset, aut sine gratia saluatoris, quem etiam propheta uit, vel fecisset vel perfecisset? Abstinet enim se ab omni re mala etiam qui habet peccatum, quod in se regnare non sinit, cui surrepit improbanda cogitatio, quam peruenire ad finem operis non permittit. Sed aliud est non habere peccatū: aliud non obedire desiderijs eius. Aliud est implere quod præceptum est, Non concupisces. Et aliud est per quendam abstinentiæ conatum saltem id agere quod item scriptum est, Post concupiscentias tuas non

Abstinet ab oī re mala ēt q̄ hz pcūm, sz illd ī se regnař nō sinit. Rom. 6.

Exod. 20.

Eccl. 18.

non eas: nihil horum tamen scire se recte posse, sine gratia saluatoris. Facere est ergo iustitiam, in vero dei cultu cū interno concupiscētię malo interna cōflictatione pugnare: Perficere autem omnino aduersarium non habere. Nā qui pugnat, & adhuc periclitatur, & aliquando p̄cutitur etiam si non sternitur: Qui autem non habet aduersarium, plena pace lętatur. Et ipse esse sine peccato verissime dicitur, in quo nullum habitat peccatum, non qui per abstinētiā mali operis dicit, Iam non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum. Nā & ipse Iob de peccatis suis non tacet, & vtique huic amico vestro merito placet, humilitatem nullo modo in falsitatis parte ponendam, Vnde id quod Iob confitetur quia verax dei cultor est, proculdubio veraciter confitetur. Et ipse Hilarius cū locū Psalmi exponeret vbi scriptū est, Spreuisti omnes discendentes a iudicijs tuis, ait. Si enim deus peccatores sperneret, omnes vtique sperneret: quia sine peccato nemo est. Sed spernit discedentes a se, quos apostatas vocat. Videtis quemadmodum non dixerit, quia sine peccato nemo fuerit, tanquam de præteritis loquens. sed quod sine peccato nemo sit, vnde q̄ dē vt dixit, non contendo. Quisquis. n. nō credit Ioanni Apostolo, qui nec ipse ait, Si dixerimus quia peccatum non habuimus, sed non habemus: episcopo Hilario quomodo cessurus est? Pro gratia Christi clamo, sine qua nemo iustificatur tanquam sufficiente naturæ libero arbitrio, Imo ipse pro ea clamat ei credatur dicenti: Sine me nihil potestis facere.

Roma. 7.

Hilarius Psal. 118.

Deus nō sperat peccatores.

1. Ioan. 1.

Ioan. 5.

CAP. LXIII.

SANCTVS autem Ambrosius re vera in eo loco, quē iste cōmemorat, illis resistit qui dicunt hominē non esse posse sine peccato in hac vita. Vt enim ea diceret ac cepit occasionem de Zacharia & Elizabet, q̄ in Euangelio commemorati sunt ambulasse in omnibus iustificationibus legis sine querela, Nunquid tamen negat gratia dei fieri per Iesum Christum dominum nostrum? Ex qua fide etiā ante eius passionē iustos vixisse nō dubiū est, q̄ præstat spiritū sanctū, q̄ datus est nobis, p quē diffunditur charitas in cordibus nostris, qua vna iusti sunt q̄ cūcq̄ iusti sunt, Quē spiritū memoratus Episcopus ēt precibus impetrādū admonet. Ita illi volūtas diuinitus nō adiuta nō sufficit, vbi in hymno suo dicit, Votisq̄ p̄stat sedulis, sanctū mereri spiritū, Commemorabo & ego de hoc ipso ope sancti Ambrosij aliqd, ex quo iste cōmemorauit quod cōmemorandū putauit. Visum est, inquit, mihi. Potest nō soli visum esse, q̄d visum sibi esse declarat. Nō. n. volūtate tātū humana visum est, sed sicut placuit ei q̄ in me, ingt, loqtur Christus, qui vt id q̄d bonū est, nobis quoque videri possit operatur. Quem. n. misereretur

CAP. LXIII. Ambrosius sup. Lucam. Luc. 2.

Roma. 5.

Prouer.8. scdm transl.70.

Ex Ambrosio a deo ꝓparat̃ vo-lũtas hominũ.

Roma.7.

Roma.7.

CAP. LXIIII.

Ex Ioã. Epo cõstãtinopolitão, pcũm non ẽ sub stantia sed actus malignus. & ñ ẽ nãle, ideo cõtra legẽ ex lib. arb. 2. Retract. c. 42.

feretur, & vocat. Et ideo qui Christum sequitur, potest interrogatus cur esse voluerit Christianus, respondere, visum est mihi. Quod cum dicit, non negat deo visum a deo enim prꝑaratur voluntas hominum: vt enim deus honorificetur a sancto, dei gratia est. Ecce quid iste sapiat. Si verbis Ambrosij delectatur, quod a deo prꝑaratur voluntas hominum, & nulla, vel non magna quæstio est, quis vel quando perficiatur, dũ tamen sine gratia Christi idipsum fieri posse minime dubitetur: deinde quantum erat vt attenderet iste vnum versum de Ambrosij verbis quę posuit: cum enim ille dixisset, Nam cũ Ecclesia ex gentibus, hoc est, peccatoribus congregata sit, quomõ ex maculatis immaculata potest esse, nisi primo per Christi gratiam abluta delicto sit? Deinde quod per qualitatem non peccandi abstineat a delictis, ille addit, quod iste apparet cur addere noluerit. Ait nanque ille, Nec ab initio immaculata, humanę enim hoc impossibile naturę: sed per dei gratiam & qualitatem sui, quia iam non peccat, fit vt immaculata videatur. Hæc verba iste, cur non addiderit, quis non intelligat? Hoc agitur vtique nunc in hoc seculo, vt ad istam quam omnes sancti cupiunt immaculatissimam puritatem Ecclesia sancta perueniat, quę in futuro seculo neque aliquo malorum hominum sibi permixto, neque aliqua in se lege peccati resistente legi mentis ducat mundissimam vitã in æternitate diuina. Tamen attendat iste quid secundũ scripturas Ambrosius Episcopus scripserit, Nec ab initio immaculata, humanæ enim hoc impossibile naturæ. Vtique enim ab initio dicit, quo ex Adam nascimur. Nam & ipse Adam immaculatus proculdubio factus est. Sed in eis qui sunt natura filij iræ, ducentes ex illo quod vitiatum est, in illo ab initio esse immaculatos, humanæ naturæ impossibile definiuit.

ITEM Ioannes Cõstantinopolitanus Episcopus, cuius posuit sententiam, dicit peccatum non esse substantiam, sed actum malignum: quis hoc negat? Et quia non est naturale, ideo contra illud legem datam, & quod de arbitrij libertate descendit, etiam hoc quis negat? Sed non id agitur de humana natura quę in hac vita est, sed agitur de gratia dei qua sanatur per medicum Christum quo non indigeret si sana esset, quæ ab isto tanquam sana vel tanquam sibi sufficiente voluntatis arbitrio posse non peccare defenditur. Quis item Christianus ignorat, quod beatissimum Sixtum Romanę Ecclesiæ Episcopum & domini martyrem dixisse commemorat, quia libertatem arbitrij sui permisit hominibus deus, vt pure & sine peccato viuentes similes fiant deo. Sed ad ipsum arbitrium pertinet vocantem audire & credere, & ab eo

ab eo, in quem credit non peccandi adiutorium postulare. Nam vtique cum dicit, similes fiant deo, per charitatẽ dei futuri sunt similes deo, quę diffusa est in cordibus nostris, non naturæ possibilitate, nec libero arbitrio quod est in nobis, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. Et quod dicit idem martyr, Templum sanctum est deo mens pura, & altare optimum est et cor mundum & sine peccato: quis nescit ad istam perfectionem perducendum cor mundum, dum interior homo renouatur de die in diem, non tamen sine gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Item quod ait ipse, Vir castus & sine peccato potestatem accepit a deo esse filius dei: vtique admonuit, ne cum quisquam factus fuerit ita castus & sine peccato, quod vbi & quando in eo perficiatur nonnulla quæstio est, sed inter pios bene quæritur, inter quos tamen constat fieri posse, & sine mediatore dei & hominum homine Christo Iesu fieri non posse, Tamen vt dicere cœperam prudenter Sixtus admonuit, ne cum fuerit quisquam talis factus, & per hoc recte inter filios dei deputatus, putetur ipsius fuisse potestatis, quam per gratiam accepit a deo, cum eam non haberet in natura iam vitiata atque deprauata, sicut in Euangelio legitur, Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri: quod vtique non erant per naturam, nec omnino essent, nisi eum recipiendo accepissent per eius gratiam huiusmodi potestatẽ. Hęc est potestas quã sibi vendicat fortitudo charitatis, quę nõ est in nobis, nisi per spiritum sanctum qui datus est nobis.

Roma.5.

CAP. LXVI. Hieronymus.

QVOD vero presbyter venerabilis Hieronymus dixit, in iis quæ illum dixisse commemorat, cum exponeret quod scriptum est, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt, quos non arguit conscientia vlla peccati, & adiecit: Mundus mundo corde conspicitur, templum dei non potest esse pollutum: hoc vtique agitur in nobis conando, laborando, orando, impetrando, vt ad illam perfectionem, in qua possimus deum mundo corde cõspicere, eius gratia perducamur per Iesum Christum dominum nostrum. Item quod ait a memorato dictum esse presbytero, liberi arbitrii nos condidit deus, nec ad virtutem, nec ad vitia necessitate trahimur, alioquin vbi necessitas, nec corona est: quis non agnoscat? quis non toto corde suscipiat? Quis aliter conditam humanam neget esse naturam? Sed in recte faciendo, ideo nullum est vinculum necessitatis, quia liberras est charitatis.

Matth.5. 1.Cor.6. Psal.50. 1.Tim.2. Ioan.1. Roma.5.

Idẽ ab orig. sug. 2.c. epist. ad Roma. in Tom. 2.

CAP. LXVI.

REDI ergo ad apostolicam sententiam, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. A quo nisi ab illo, qui ascẽdit in altum

Roma.5.

Psal.67. captiuauit captiuitatem, dedit dona hominibus? Quod autem ex vitiis naturæ, non ex conditione naturæ, sit quædam peccandi necessitas, audiat huomo, atque vt eadem necessitas non sit, discat deo dicere: De necessitatibus meis educ me: quia & in huiusmodi oratione certamen est aduersus tentatorem de ipsa contra nos necessitate pugnantem: ac per hoc opitulante gratia per Iesum Christum dominum nostrum, & mala necessitas remouebitur, & libertas plena tribuetur.

CAP. LXVII. VENIAMVS ad nos, Item, inquit, Augustinus Episcopus in libris de libero arbitrio, Quæcunque ista causa est voluntatis, si non potest ei resisti, sine peccato ei cedit: si autem potest, non ei cedatur & non peccabitur. An forte fallit incautum? ergo caueat ne fallatur. an tanta fallacia est vt caueri omnino non possit? si ita est, nulla ergo peccata sunt. Quis enim peccat in eo, quod caueri nullo modo potest? Peccatur autem, caueri igitur potest. Agnosco, verba mea sunt, sed etiam ipse dignetur agnoscere superius cuncta quæ dicta sunt. De gratia quippe dei agitur, quæ nobis per mediatorem medicina opitulatur, non de impossibilitate iustitiæ.

2.sentē.distī.28. ca.quod vero.

Mat.6. Potest ergo ei causæ quæcunque illa est, resisti? potest plane. Nam in hoc adiutorium postulamus, dicentes, Ne nos inferas in tentationem: quod adiutorium non posceremus, si resisti nullo modo posse crederemus. Potest peccatum caueri, sed opitulante illo, qui non potest falli. Nam & hoc ipsum ad cauendum peccatum pertinet, si veraciter dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Duobus enim modis etiam in corpore cauetur morbi malum, & vt non accidat: & vt si acciderit, cito sanetur. Vt non accidat, caueamus dicendo, Ne nos inferas in tentionem. Vt cito sanetur, caueamus dicendo, Dimitte nobis debita nostra. Siue ergo immineat, siue insit, caueri igitur potest. Sed vt non tantum illi, verum etiam iis qui eosdem libros meos, quos iste legit, De libero arbitrio non legerunt, atque illis non lectis, hunc forsitan legunt, de hac re sententia mea satis appareat: ex ipsis libris commemorare me oportet. Quod iste si sentiret atque in suis literis poneret, nulla inter nos de hac re controuersia remaneret. Continuo quippe post verba mea quæ iste commemorauit, quod occurrere poterat ipse subieci, & quantum potui pertractaui, dicens, Et tamen etiam per ignorantiam facta quædam improbantur, & corrigenda iudicantur, sicut in diuinis authoritatibus legimus. Atque hinc adhibitis exemplis, etiam de infirmitate locutus sum, dicens, Sunt etiam necessitates facta improbanda, vbi vult homo recte facere & non

Lib.3.de.lib.arbitrio ca.18.

Roma.7.

non potest. Nam vnde sunt illæ voces, non enim quod volo facio bonum, sed quod odi malum, hoc ago? Atque aliis istic in hanc sententiā commemoratis testimonijs diuinorum eloquiorum: Sed hæc, inquam, omnia homines sunt voces ex illa mortis damnatione venientium. Nam si non est ista pœna hominis, sed natura, nulla ista peccata sunt. Deinde paulo post, Relinquitur ergo, inquam, vt hæc pœna iusta de damnatione hominis veniat. Nec mirandum est, quod vel ignorando, non habet liberum arbitrium voluntatis ad eligendum quid recte faciat: vel resistendo carnali consuetudini, quæ violentia mortalis successionis quodammodo naturaliter inoleuit, videat quid recte faciendum sit & velit, nec possit implere. Illa est enim peccati pœna iustissima vt amittat quisque quo bene vti noluit, cum sine vlla posset, difficultate vti si vellet. Id est autem, vt qui sciens recte non facit, amittat scire quod rectum sit, & qui rectum facere cum posset noluit, amittat posse cum velit. Nam sunt reuera omni peccanti animę duo ista pœnalia, ignorantia, & difficultas. Ex ignorantia dehonestat error, ex difficultate cruciatus affligit. Sed approbare falsa pro veris, vt erret inuitus, & resistente atque torquente dolore carnalis, vinculi non posse a libidinosis operibus temperare, non est natura instituti hominis, sed pœna damnati. Cum autem de libera voluntate recte faciendi loquimur, de illa scilicet, in qua homo factus est loquimur. Hinc iam hominibus de ipsius ignorantiæ difficultatisque in proiem primi hominis traiectis vitijs, atque transfusis, velut iustam querelam deponentibus ita responsum est. Quibus breuiter, inquam, respondetur, vt quiescant, & aduersus deum murmurare desistant. Recte enim fortasse quererentur, si erroris & libidinis nullus hominum victor existeret. Cum vero vbique sit præsens, qui multis modis per creaturam sibi domino seruientem, auersum vocet, doceat credentem, consoletur sperantem, diligentem adhortetur, conantem adiuuet, exaudiat deprecantem: non tibi deputatur ad culpam quod inuitus ignoras, sed quod negligis quærere quod ignoras. Neque illud quod vulnerata membra non colligis, sed quod volentem sanare contemnis. Ita & exhortatus sum quantum potui ad recte viuendum, & gratiam dei non euacuaui, sine qua natura humana iam contenebrata atque vitiata illuminari non potest & sanari. De qua re cum istis tota vertitur quæstio, ne gratiam dei quæ est in Christo Iesu domino nostro, peruersa naturæ defensione frustremur. De qua natura item paulo post dixi, etiam ipsam

2.sent.distīt.28. ca.qđ ät, & ca. illđ ät,c.ad qđ.

Hō debet amittere bona spiritalia quæ parui pendit, 3.sent.dist.15.c. tradit authoritas.

Lib.3.de lib. arbit.ca.19.

Nō tibi deputat ad culpā qđ inuitus ignoras, sed qa cōtēnis scīr.

sam naturam aliter dicimus, cum proprie loquimur naturam hominis, in qua primum in suo genere inculpabilis factus est: aliter istam in qua ex illius damnati pœna, & ignari & carni subditi nascimur, iuxta quem modum dicit Apostolus: Fuimus enim & nos naturaliter filii iræ sicut & cæteri.

Ephe.2.

Fides reddit dociles.

CAP. LXVIII.

SI Ergo volumus animos ad recte viuendum frigidos & pigros, Christianis exhortationibus excitare & accendere, primitus exhortemur ad fidem qua Christiani fiant, & eius nomini subiiciantur, sine quo salui esse non possunt, Si autem iam Christiani sunt, & recte viuere negligunt, verberentur terroribus & præmiorum laudibus erigantur, ita sane, vt non solum ad bonas actiones, verum etiam ad pias orationes eos exhortari memi nerimus, atq; hac instruere sanitate doctrinæ: vt & illi gratias agant cum instituerint bene viuere, quod aliquid sine difficultate fecerint: & vbi difficultatem aliquã sentiunt, fidelissimis & perseverantissimis precibus & misericordiæ promptis operibus facilitatem a domino impetrare persistant. Sic autẽ proficientes, vbi & quando plenissima iustitia perficiantur, nõ nimis curo. Vbicunque autẽ & quandocunq; perfecti fuerint, non nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum perfici posse confirmo. Sane quando liquido cognouerint nullum peccatum se habere, non se dicant non habere peccatum ne veritas in eis non sit, sicut in eis veritas non est, qui cũ habeant, non habere se dicunt.

Charitas leue facit iugum.

CAP. LXIX.

VALDE Autem bona sunt præcepta si legitime his vtamur. Eo quippe ipso quo firmissime creditur, deum iustum & bonũ impossibilia nõ potuisse præcipere, hinc admonemur, & in facilibus quid agamus, & in difficilibus quid petamus. Omnia quippe fiunt facilia charitati, cui vni Christi sarcina leuis est, aut ea vna est sarcina ipsa quę leuis est: secundũ hoc dictum est, Et præcepta eius grauia nõ sunt, vt cui grauia sunt, consideret non potuisse diuinitus dici, grauia non sunt, nisi quia potest esse cordis affectus cui grauia non sunt, & petat quo destituitur, vt impleat quod iubetur. Et quod dicitur ad Israel in Deuteronomio, si pie, si sancte, si spiritaliter intelligatur hoc idem significat: quia vtiq; cum hoc testimonium cõmemorasset Apostolus, Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo: quod hic habet, in manibus tuis: in corde enim sunt spiritales manus: hoc est, inquit, verbum fidei quod prædicamus. Conuersus ergo quisq; sicut ibi præcipitur ad dominum deum suum ex toto corde suo, & ex tota anima sua, mandatum dei non habebit graue. Quomodo est enim graue cum sit dilectionis mãdatum? Aut enim quisque non diligit, & ideo graue est; aut diligit, & graue

Quia deus non potuit ipos sibi lia pcipere admonemur, in facilibus quid agamus & i difficilibus quid petamus, nã oĩa charitati fiũt facilia. i de gra & lib. ar. ad val. c. 16. i. T. 7. & in isto. 2. T. op. & i expo. Ps. 31. i T.

1. Io. 5. Deut. 30. Roma. 10

graue esse non potest. Diligit autem, si quod illic admonetur Israel, conuersus fuerit ad dominum deum suum ex toto corde suo, & ex tota anima sua: Mandatum, inquit, nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis. Et qui diligit proximum, legem impleuit: & plenitudo legis charitas. Secundum hoc & illud dictum est, Si ambularent semitas bonas, inuenissent vtique semitas iustitiæ leues. Quomodo ergo dicitur, Propter verba labiorum tuorũ ego custodiui vias duras: nisi quia vtrunque verũ est? Duræ sunt timori, leues amori.

S. & i fine. i. T.

Mat. 19 &. 22. Ioã. 13 Ro. 13. 4. & i Ps. 16.

ho. op. & i exp. tertii. c. Epist. ad Gal. i T. principio hu us. 2 T. op. et i exposit. psal. 56. in Tom. 8.

Charitas inchoata prouecta, magna, p fecta, & maxima, quid. CAP. LXX.

CHARITAS Ergo inchoata, inchoata iustitia est: charitas prouecta, prouecta iustitia est: charitas magna, magna iustitia est: charitas perfecta, perfecta iustitia est: sed charitas de corde puro & conscientia bona, & fide nõ ficta, quę tunc maxima est in hac vita quando pro illa ipsa contemnitur vita. Sed maior si nõ habet quo crescat cum de mortali excesserit vita. Vbicũque autem & quandocũque ita plena fit, ut ei non sit quod adiiciatur, non tamen diffunditur in cordibus nostris, vel naturæ, vel volũtatis operibus quę sunt in nobis, sed per spiritũ sanctũ quid datus est nobis, q, & infirmitati nostrę opitulatur, & sanitati cooperatur: Ipsa est enim gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, cui est cum patre & spiritu sancto eternitas, bonitas in secula seculorum.

i. Tim. i. Charitas non a natura vel ab opibus, sz ex spũ dei, q ifirmitati nrę opitulat, & sanitati coopat, idẽ in de Ro. 5. gra & li. ar. ad val. c. 17. i T. 7. & in isto. 2. To. opus.

Libri de Natura & Gratia finis.

SANCTI PROSPERI AQVITANI DE GRATIA ET LIBERO ARBITRIO ad Rufinum Epostola.



OMNINO Fratri dilectissimo in Christo & merito Venerabili Rufino, Prosper æternam salutem dicit. Accepi per communem amicũ fraternæ erga me solicitudinis tuæ signa: & curam sinceris simæ charitatis gratulanter agnoui. Ac ne qd maligni rumores, in quantum se auribus tuis subtrahere nequeũt, formidinis tibi aut anxietatis inferrẽt, absoluere te ab om-

 nis crupulo

ni scrupulo, quantum Epistolari licuit sermone curaui: intantum studens omnia plenissima veritate tibi pandere, vt quia non potuisti in totum, quæ ab aduersantibus disseminantur, audire, per me ipsum queas, quicquid de nobis ad inanem inuidiam fertur referturque, cognoscere. Sed insinuanda prius sanctitati tuæ est qualitas quæstionis, de qua ista nascuntur: quo tibi magis pateat falsitas obloquentium: & videas quam lucem, quibus tenebris conentur obducere. Pelagiana igitur hæresis, quo dogmate catholicam fidem destruere adorta sit, & quibus impietatum venenis, viscera Ecclesiæ atque ipsa uitalia corporis Christi voluerit occupare, notiora sunt, quam vt opere narrationis indigeant. Ex his tamen vna est blasphemia nequissimum, & subtilissimum germen aliarū, qua dicunt gratiam dei secundum merita hominū dari. Cum enim primum tantam naturæ humanæ vellent astruere sanitatem, vt per solum liberum arbitrium posset assequi Dei regnum: eo quod tam plane ipso conditionis suæ præsidio iuuaretur: vt habens naturaliter rationalem intellectum, facile bonum eligeret, malumq; vitaret: Et vbi in vtraque parte libera essent opera voluntatis, non facultatem his qui mali sunt ad bonum deesse, sed studium. Cum ergo vt dixi, totam iustitiam hominis, ex naturali vellent rectitudine ac possibilitate subsistere, atque hanc diffinitionem doctrina sua respuere, damnatum a catholicis sensum, & multis posteà hæreticæ fraudis varietatibus coloratum, hoc apud se ingenio seruauerunt, vt ad incipiendum, & ad proficiendum, & ad perseuerandum in bono necessariam homini Dei gratiam profiterentur. Sed in hac professione, quomodo vasa iræ molirentur irrepere ipsa dei gratia vasis misericordiæ reuelauit. Intellectum est enim saluberrime que perspectum, hoc tantum eos de gratia cōfiteri, quod quædam libero arbitrio sit magistra, seque per cohortationes, per legem, per doctrinam, per creaturam, per cōtemplationem, per miracula, perque terrores extrinsecus iudicio eius ostendat, quo vnusquisque secundum voluntatis suæ motum, si quæsierit, inueniat: si petierit, accipiat: si pulsauerit, introeat. Quia scilicet gratiæ ipsius vocatio, hoc primum circa nos agat, vt nostra facultatis arbitrium admoneat, nec aliud sit gratia quam lex, quam propheta, quam doctor, cui circa omnes homines per vniuersum mundum commune & generale sit studium, vt qui voluerint credant, & qui crediderint, iustificationem merito fidei & bonę voluntatis accipiant, ac sic gratia dei secundum hominum meritum tribuatur. Atque hoc modo * gratia non sit gratia. Quia si meritis redditur, & non ipsa est bonorum creatrix, frustra

Hæresis Pelagiana adorta est destruere catholicam fidem.

Pelagiani dicebāt grā di secū dū merita dari, hoc destruit ab Aug. epi. 46. & 47. 95. et 105. et 106. i. 2. T. et in isto 2. T. op. & ī de grat. & li. ar. 13. & 14. ī T. 7. & ī isto 2. T. op. & ī exposi. psal mi 31. i T. 8. & ī 1. T. hō. opuscu. Roma. 9.

Pelagius legem grām dixit quę oñdebat qd agē dū, qđ destruit Aug. in epist. 5. epis. q̄ c. 95. i T. 2. & i isto 2. T. op. et. ī epi. 105. & 106. ubi sup, & ī đ grat. & li. ar. vbi sup. & ī đ nat. et grā. c. 40. i. T. 7. & in isto 2. T. op. & ī cōci. Mileui. in cā. 4. & ī cōci. aphri. cā. 79. & ī de eccle. dog. c. 29. in To. 3.

* Idē ab Aug.

gratia nominatur. Has autem versutias, quibus se filii tenebrarum, in similitudinem filiorum lucis transfigurare voluerunt, cum & orientalium Episcoporum iudicia, & apostolicæ sedis authoritas, & Aphricanorum concliorum vigilantia deprehenderit: Beatissimus quoque Augustinus, præcipua vtique in hoc tempore portio dominici sacerdotum, copiose, & pulchre, in multis voluminum disputationibus destruxit: vtpote inter multa Dei dona, quibus illum abundantissime spiritus veritatis impleuit, habens etiam hanc scientiæ & sapientiæ ex dei charitate virtutem, vt non solum istam adhuc in suis de truncationibus palpitantem, sed etiam multas prius hereses inuicto verbi gladio debellaret. Cui inter tot certaminum palmas, inter tot triumphorum coronas, ad illuminationem ecclesiæ, & ad gloriam Christi, qua ipse illustratus est, perfulgenti, quidam nostrorum (quod de ipsis multum dolendum est) occultis, sed non incognitis surrationibus obloquuntur. Et prout sibi obnoxias alii quorum aures, opportunasque repererint, scripta eius quibus error Pelagianorum impugnatur, infamant; dicentes, eum liberum arbitrium penitus submouere, & sub gratiæ nomine necessitatem prędicare fatalem. Adi cientes etiam duas illum humani generis massas, & duas credi velle naturas, vt scilicet tantæ pietatis viro Paganorum & Manichæorum ascribatur impietas. Quæ si vera sunt, cur ipsi tam negligentes, ne dicam tam impii, sunt, vt tam abruptam perniciem ab ecclesia non repellant? tam insanis prædicationibus non resistant? Nec saltem aliquibus scriptis eum, a quo talis emanat doctrina, conueniant? Magna enim gloria sua humano generi consuluerint, si Augustinum ab errore reuocauerint: nisi forte modesti homines, nouique censores, magnorum prius meritorum seni, honorabiliter ac misericorditer parcunt, & fecurl, quia libros eius nemo vsque recipiat, conquiescunt atque ignouerint, Imo nouerint, non solum Romanam, Africanamque ecclesiam, & per omnes mundi partes vniuersos promissionis filios cum doctrina huius viri, sicut in tota fide, ita in gratiæ confessione congruere. Sed etiam in ipsis his locis, in quibus aduersus eum querimonia concitatur, esse, propitio deo, plurimos, qui ad perceptionem Euangelicæ Apostolicæque doctrinæ, saluberrimis eius disputationibus imbuuntur, & quotidie in membris corporis Christi, inquantum ea ipse multiplicat, dilatentur. Si recte reprehendimur, cur non constanter arguimur? Si arguendi non sumus, cur occulta obtrectatione mordemur? Sed quis nescit, cur ista prsuatim de stomacho garriant, & publice de consilio conticescant?

ī exposi. ps. 31. ī To. 8. & in 1. T. horum opus.

Loquebant tpe Prosperi cōtra Aug. dicēres illū destruere lib. arbitriū, & si papa Cœlestinus ī ipso ī suis ḳcre. determinauerit can. 2. vt infra ī canonibus ex cælestino papa, can. 3. patet.

Volentes enim in sua iustitia magis, quam in dei gratia gloriari, molestè ferunt, quod his, quæ aduersum excellentissimæ authoritatis virum, inter multas conationes asseruere resistimus. Nec dubitant, si quam hinc mouerint quæstionem, in qualibet frequentia sacerdotum, in qualibet congregatione populorum: centenis sibi beatissimi Augustini voluminibus obuiandum. Quæ cum cordibus audientium manifestare ceperint, potentissimam Christianæ fidei veritatem, & de fontibus diuini eloquii præsentium animos inundare, quis fidelium, quis piorũ recognitis & commendatis sibi salutis suæ causis, amaritudinem istam volet fumosæ recipere vanitatis. Ego quidem etiam hoc de diuitiis misericordiæ dei spero, quod quos nunc libero falli arbitrio suo, & ab humanitatis via patitur euagari, non vsque quaque, neque in finem sit intelligentia fraudaturus. Sed hunc ipsum in longinquiora progressum, ideo ab eo tardius reuocari, vt opus gratiæ eius maiore gloria celebretur, cum sibi etiam aduersantium corda subdideris, quibus de virtutum studio exortum est periculum, & de morum probitate discrimen. Non quia quisquam carere his debeat: sed quia miserrimus eorum vsus est, cum ex naturali putantur facultate prodesse, aut ex largitate quidem gratiæ, sed alicuo vel boni operis, vel bonæ voluntatis merito præcedente venisse. Asserunt quidem hæc quibusdam sanctarum scripturarum testimoniis, sed non rationabiliter ad sumptis. Ad defensionem enim alicuius definitionis ea promenda sunt, quæ alteri intellectui, a quo videtur definitio dissonare, non cedant, & eam regulam, cui sunt aptata, non deserant. Dictum ergo aiunt libero arbitrio

Matth.11. vtentibus. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam. Tollite iugum meum super vos, & discite a me quoniam mitis sum, & humilis corde. Et inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Quod ad omnes homines volunt pertinere, laborantes in incerto istius vitæ, oneratosque peccatis: vt qui voluerint mansuetudinem & humilitatem Saluatoris, imitari, & iugum mandatorum eius subire, inueniant requiem animabus suis in spe vitæ æternæ. Qui autem hæc facere noluerint, sua culpa careant salute; quam si voluissent, potuerint obtinere. Sed audiant & dictum a domino libero arbitrio vtentibus:

Ioan.15. Sine me nihil potestis facere. Et, nemo venit ad me, nisi pater, qui misit me, attraxerit eum. Et, nemo potest ve-
Ioan.6. nire ad me nisi datum ei fuerit a patre meo. Et sicut
Ioan.5. pater viuificat mortuos, ita & filius, quos vult, viuifi-
Luc.10. cat. Et nemo nouit filium, nisi pater: neque patrem quis
Mat.11. nouit,

nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Quæ omnia cum sint incommutabilia, & nequeant vlla interpretatione in sensum alium detorqueri, quis ambigat, tunc liberum arbitrium cohortationi vocantis obedire, cum in illo gratia dei effectum credendi obediendique generauerit? Alioquin sufficeret moueri hominem non etiam in ipso nouam fieri voluntatem: sicut scriptum est: præparatur voluntas a domino. Et sicut ait Apostolus: Deus est enim, qui operatur in vobis & velle, & perficere pro bona volũtate: pro qua voluntate bona, nisi quam in ipsis operatus est deus? vt quod donauerat velle, donaret & facere. Dicunt etiam ad demonstrandam liberi arbitrij facultatem, magnum in Centurione * Cornelio extare documentum: eo quod ante gratię perceptionem timens atque orans deum, eleemosynis, & ieiunijs, & oratiõi spontaneo studio fuerit intentus, atq; ob hoc diuino testimonio laudatus, donum regenerationis acceperit. Neque intelligunt omnem illam præparationem Cornelij per dei gratiam fuisse collatam. Siquidem cum sanctus Petrus per visionẽ omne genus animalium de baptizando Cornelio ac pinde de omnibus gentibus doceretur, atque ille immundum & indiscretum cibum Iudaica obseruantia recusaret, trina ad eum vox facta est, dicẽs. Quę deus mundauit, tu ne commune dixeris. Quo satis aperte ostenditur omnia bona opera, quę in Cornelio præcesserunt Dei gratia ad emundationem ipsius inchoasse: vt cui dominus iam impertierat hoc donum, non dubitaret Apostolus conferre sacramentum: ne nouę, & nec dum reuelatæ vocationis vacillaret exordium, nisi per ipsa indicia præcedentiũ studiorum, deum in adsumendis constaret operatum. Non enim omniũ est fides: nec omnes credunt Euãgelio. Sed qui credunt, dei gratia credunt, libero auertunt arbitrio. Cõuersio ergo nostra ad deum, non ex nobis, sed ex deo est: Sicut Apostolus dicit: Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed dei donum est, & non ex operibus, ne quis glorietur. Agnoscat se humana debilitas, & in primo homine vniuersarum generationum damnata successio: & cum mortui viuificantur, cum cæci illuminantur, cum impij iustificantur, confiteantur vitam, & lumen, & iustitiam suam Iesum Christum. Et qui gloriatur in domino glorietur, non in se. Qui cũ esset impius, & cæcus & mortuus, a liberatore suo gratis accepit & iustitiam & lumen & vitam. Non enim iuste agebat, et aucta est iustitia eius: nec ad deũ gradiebatur

Proue.8. secundum trans.70
Philip.2.
Deus donat & velle & facere, in de gra. & li.ar.ad val. Act.10. 5.6.7.i T. 7.& i isto 2.To.op.& i cd pd. san.c.3.8.10.i T.7. & i 3.To.ho.op.& in cd bono pse.c.13. in Tom.7. & in 3. To.horũ.opusc.
Roma.14.
Act.10.
* Cornelius gra dei faciebat q facie bat, nã si fuisset infidelis, eius actiones nõ fuisset deo acceptę qa ei sñ fid nullus placere Ro.14. potest & diuus Tho.i.22.q. 10.articu.4.
Rom.10.
Roma.8.
Ephe.2.
Cõuersio nra ad deum nõ ex nobis, sz ex deo ẽ, i de gra. et li.ar.5.in. To.7 & in isto.2.To.opus.
Hier.9.
1.Cor.1.
2.Cor.10.

Abac.2.

Roma.1.
Heb.11.
Roma.14.
Luc.19.

Ioan.14.

1.Ioan.4.

Nō diligeremus deū nisi prius dilexisset nos fusius ab Au.i de gr̄a & li.ar.18.i T.7.& i isto.2.T. op.& i de p̄d. sanc. 17.&.19.in To.7. et in.3.To.ho.opu.

Galat.5.

Philip.1.

Roma.5.

1. Cor̄.13.

Multa sine Charitatis medullis habēt pietatis simil itudinem, sed non habēt veri tatem in. 1. de doct.Christiana.22. cap.vsque in fin̄e lib. Col.1. et in de grat ia & li. arb.17.&.18.&.19 in To.7 et in isto 2.Tom.opus.

1.Tim.2.

Titum.3.

gradiebatur,& confirmatus est cursus eius:nec diligebat deum,& inflammata est charitas eius. Sed cū esset sine fide,ac proinde impius,accepit spiritum fidei,& factus est iustus. Iustus autem ex fide viuit: Et sine fide nemo potest placere deo:Et omne quod non est ex fide,peccatū est: vt scilicet intelligat iustitiam infidelium non esse iustitiam:quia sordet natura sine gratia. Amissa quippe naturali innocentia,homo exul,ac perditus ambulans sine via,profundiores intrabat errores: sed quæsitus & inuentus,& reportatus est,& in via quę Veritas & vita est, introductus ad dilectionem in deum,qui illum non diligentem prior dilexit,agnitus est:sicut dicit beatus Apostolus Ioannes : Non quasi nos dilexerimus Deum,sed quoniam ipse dilexit nos.Et iterū .Nos ergo diligamus Deum , quoniam Deus prior dilexit nos.Et idem dicit:Charissimi,diligamus inuicem , quoniam Charitas ex deo est . Et omnis qui diligit,ex deo natus est,& cognoscit Deum.Qui nō dilligit,non nouit deum:quia deus charitas est. Cui beatus Paulus congruit dicens,In Christo Iesu , neque circuncisio,neque præputium valet aliquid , sed fides:quæ per dilectionem operatur . Vnde habetur hæc fides connexa charitati,nisi vnde eā ipse monstrat acceptam:dicens.Quia vobis donatum est pro Christo ,non solum vt in eum credatis,sed etiam vt pro ipso patiamini . Quod vtique fieri sine magna charitate non poterat.Et iterum:Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum , qui datus est nobis.Sine qua charitate Apostolus,quantam fidem , quantamque scientiam, quas virtutes, quę studia,quos labores,nihil ꝓdesse testatur?quia scilicet multa laudabilia atque miranda possunt in homine reperiri,quę sine charitatis medullis habent quidem pietatis similitudinem,sed non habent veritatem,Hoc ergo tanto & tam ineffabili bono,nemo inuentus est dignus.Sed quicunque electus est a deo,factus est dignus:sicut dicit Apostolus: Gratias agentes patri,qui dignos nos fecit in partem fortis sanctorum in lumine,qui eripuit nos de potestate tenebrarum , & transtulit in regnum filij dilectionis suæ.Et idem ad Timotheum:Collabora,inquit,Euāgelio secundum virtutem dei , qui nos liberauit & vocauit vocatione sancta:nō secundū opera nostra, sed secundū suū propositū,& gratiā,quæ data est nobis in Christo Iesu ante tēpora secularia.Et ad Titū Eramus,inqt,& nos aliqñ insipientes & increduli,errātes,& seruientes desyderijs & voluptatibus variis,

in

in malicia & inuidia agētes,odibiles,odiētes inuicē. Cū autē benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri nō ex operibus iustitię quę fecimus,sed secundū suā misericordiam saluos nos fecit.Gratia igitur dei quoscūq; iustificat,nō ex bonis meliores,sed ex malis bonos facit : postea per profectū,ex bonis factura meliores, nō adepto libero arbitrio,sꝛ liberato.Quod donec sine deo solū fuit,mortuū fuit iustitiæ,vixitq; peccato.Vbi autē ipsum illuminauit misericordia Christi,erutū est a regno diaboli,& factū est regnū dei,in quo vt permanere possit;nec ra quidē facultate sufficit sibi,nisi inde accipiat ꝑ seuerantiam,vnde accepit iustitiam,Quoniā & ipsius sancti Petri ardentissima fides in tentationibus defecisset,nisi pro ea dominus supplicasset;sicut Euāgelista manifestat dicens:Dixit autē Iesus Petro:Simon Simō.Ecce Satanas postulauit,vt vos cribraret velut triticum . Ego autē rogaui pro te,ne deficiat fides tua: & tu tādē cōuersus,confirma fratres tuos,& roga,ne intretis in tētationē.Et ut magis probaretur liberū arbitriū nihil posse sine gratia,cui dictum fuerat: Confirma fratres tuos, et roga ne intretis in tentationem:Quicq; respōdit,Vtiq; ex libero arbitrio:Domine tecum paratus sum & in carcerē & in mortē ire:eidem prædicitur,quod priusq; gallus cātet ter dominū negaturus sit.Quod quid est aliud quam quod in fide defecturus sit? Certe rogauerat pro eo dominus ne deficeret fides ipsius.Nec vtique frustra rogauerat,cuius vna erat cum eo,quem rogauerat operatio.Sed ne libero arbitrio videretur stare,qui de se magna promiserat,permittitur periclitari,vt conturbatū ac deficientē ille respiciat & reficiat,sine quo nemo cōsistit nemō persistit.Ab hac autem cōfessione gratiæ dei,ideo quidam resiliunt,ne cū eam talem confessi fuerint qualis diuino eloquio prędicatur,& qualis operæ suæ potestatis agnoscit etiā hoc necesse habeant confiteri,qđ ex eoi numero hominū ꝑsecula cōcta natorū, certus apud deū definitusq; sit numerus prædestinati in vitā ęternā populi,et secūdū ꝓpositū dei vocātis electi.Quod quidē tā impiū est negare,quā ipsi gratiæ cōtraire.Neq; n.remotū est ab inspectiōe cōi, quot seculis,quā innumera hominum milia erroribus suis,impietatibusq; demissa, sine vlla veri dei cognitione defecerint . Sicut etiam in Actibus Apostolorum Pauli,& Barnabę verba declarāt,dicentium Iconijs: Viri fratres , quid hęc facitis? & nos mortales sumus similes vobis homines,annunciantes vobis,vt ab his vanis conuertamini ad deum viuum, qui fecit cœlum & terram , mare , & omnia quæ in eis sunt . Qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas . Et quidem

non

Quomō sanat li.ar. ꝑ gr̄am & accipit pseueran tiā, vñ accipit īduſtriā,q̄ fusius hr̄ sup. i rescripto innocētij pa pæ ad patres mi leuit.concil.

Luc.22.

Luc.21.

Certus numerus p̄d.apđ deū, idē i li.đ.cor.& gr̄a 7.i T.7.et i isto 2.T.op.& i sol. c.29.i To.9.et i Exp.Psal.55.in Tom.8.

Act.24.

non sine testimonio semetipsum reliquens, benefaciens eis, de cœlo dans pluuiam, & tempora fructifera, implēs cibo & lætitia corda eorum. Cum vtique si eis vel naturalis intelligentia, vel vsus beneficiorum dei ad capessendā vitam æternā sufficere potuisset, nostro etiam tempore rationalis nos contemplatio, & temperies aeris, & fructum copia ciborumque, saluaret: quia scilicet melius natura vtentes, creatorem nostrum propter quotidianā ipsius dona coleremus. Sed absit ab animis piorum, & Christi sanguine redemptorum, stulta nimium & perniciosa persuasio. Naturam humanam non liberat, extra vnum mediatorem dei & hominum, hominem Christū Iesum: sine illo nemini salus ē, Sicut ipse fecit nos, & nō ipsi nos: ita ipse refecit nos, et nō ipsi nos. Ac ne sibi facultas hoīs præciū reparationis huius, vel post restitutionem sui, per opera videretur iustitię repensare, effunderunt se diuitię bonitatis dei in ipsa quorundam primordia paruulorum: In quibus ne præcedens eligitur, nec sequutura deuotio, non obedientia, nec discretio, non voluntas. De his enim loquor, qui mox vt nati sunt, renascuntur: & rapti ab hac vita, æternæ beatitudini deputantur. Cum tamen innumerabilis multitudo eiusdem naturę, eiusdem conditionis, infantium, sine generatione decedat. De qua dubitari non potest, quod partem in dei ciuitate non habeat. Et vbi est illud, quod nobis quasi contrarium, a non intelligentibus semper opponitur? Quod deus omnes homines velit saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Nunquid non sunt de omnibus hominibus, quia præteritis generationibus vsque in hoc tempus sine dei cognitione perierunt: Et si maioribus natu, quod non recte dicitur mala opera, quę libero arbitrio commiserant, obfuerunt quasi boni non mali gratia liberantur inter saluatos paruulos, & non saluatos paruulos, quæ meritorum potuit esse discretio? quid istos introduxit in regnum dei? quid istos exclusit a dei regno. Equidem si meritum consideres, non vna pars saluari meruit, sed vtraque damnari. Quia omnibus in Adę præuaricatione prostratis, nisi quosdam adsumere misericors gratia maneret super vniuersos inculpata iustitia. Quæ autem sit discretionis istius in secreto consilio dei causa vel ratio, & supra facultatem humanæ cognitionis inquiritur, & sine fidei dimi nutione nescitur, modo confiteamur neminem immerito perdi, neminem merito liberari & omnipotentissimę domini bonitatem omnes saluare, & omnes ad agnitionem veritatis imbuere, quos vult omnes fieri saluos, & ad agnitionem veritatis venire. Nisi. n. ipso vocante, docente, saluante, nemo venit, nemo erudiur, nemo saluatur.

1. Tim. 2.
Psal. 99.
Sicut xps fecit nos, & non ipsi nos, sic ipse refecit nos, & nō ipsi nos, Nā si ipse nos fecisset & nos reficeremus nos nos ipsos perfectiori modo ageremus in de ỹb. dñi serm. 64. & i de ỹb. apostō. ser. 10. in Tom. 10.
Infantes decedētes absq; bapti. 1. Ti. 2 dānāt. Au. in de gra & li. ar. 22. & 23, et i ḋ cor. & gra. 8. i. T. 7. et i isto. 2: T. op. & in epi. 105. & 106 i. To. 2. & i isto. 2. To. opus.

Nemo merito liberat, & nemo imerito ꝑditur.

Expo. huius authoritatis hēs ab

fur. Quia & si indifferenter omnibus hominibus iubentur prædicare doctores, & semen verbi vbique deserere, tamen neque qui plantat, neq; qui rigat est aliquid sed qui incrementum dat deus. Vnde cum Apostoli gentibus Euangelium prędicare cœpissent, de parte quadam eorum, qui audierant scriptura commemorat, dicens: Audientes autem gentes gauisæ sunt, & glorificabant verbum dei, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Et alibi: Cum multæ mulieres audirent Paulum docentem, quędam inquit, mulier nomine Lydia, purpuraria ciuitatis Tyatyrorum, colens deum, audiuit: cuius dominus aperuit cor, vt intenderet his, quę dicebantur a Paulo. Et rursum eoipso tēpore, a quo ad omnes gentes prędicatio Euangelij mittebatur, quædam loca Apostolis adire prohibebatur ab eo, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionē veritatis venire. Multis vtique in illa retardatis atque auersis Euangelij mora, sine agnitione veritatis, & sine regenerationis consecratione morituris. Dicat ergo scriptura quod gestum est: Transeuntes autē, inquit, Phrygiam & Galatię ragionem, vetiti sunt a sancto spiritu loqui verbum in Asia. Cum venissent autem in Mysiam, tentabant ire in Bithyniam, & non permisit illos spiritus Iesu. Quid autem mirum, si inter ipsa Euangelicę prędicationis exordia, non poterant ire Apostoli, nisi quo eos spiritus dei ire voluisset? cum videamus plerasque gentes modo primum Christianæ gratię fieri cœpisse participes, alias autem nullum odorem boni istius attigisse. An dicendum est, voluntati dei humanas obsistere voluntates, & tam seros, tamque intractabiles horum hominum mores, vt Euangelium ideo non audiant, qa prædicatiottoni impia corda non pateant? Et quis istis corda mutauit, nisi qui finxit singillatim corda eorum? Quis huius rigoris duritiem ab obediendi mollitit affectum, nisi qui potens est de lapidibus Abrahæ filios excitare? Et quis dabit prædicantibus intrepidam, illęsamque constantiam, nisi ille, qui ait Paulo: Noli timere, sed loquere, & ne taceas: propter quod ego sum tecū & nemo opponetur tibi vt noceat te, quoniam populus est mihi multus in hac ciuitate? Puto autem quod nemo audeat dicere vllam mundi gentem, vllam terræ prętermittendam esse regionem, in qua non sint ecclesię tabernacula dilaranda. Dicente deo ad filium: Postula a me & dabo tibi gentes hęreditatē tuam & possessionē tuam terminos terræ. Et iterum: Reminiscentur & conuertantur ad dominum vniuersi fines terrę. Et adorabunt in conspectu eius omnes patrię gentium. Dicente quoque ipso domino: Prędicabitur hoc Euangelium in

Au. i Ench. c. 103 & i de corr. & gra. 14. & 15. & i To. 7. & i. isto 2. To. op. & i de ꝑd. san. 4. & 8. i Act. 13 T. 7. & i 3. T. ho. op. et i. i. sē. dist. 46. cap. 1, 2, et 3
Act. 16.
1. Tim. 2.
Act. 16.
Matth. 3.
Act. 18.
Psal. 2.
Psal. 21.
Mat. 24.

in Vniuerso mundo in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis. Quæcunque ergo gentes nondum audierunt, audient Euangelium, & credent quotquot ex eis prædestinati sunt in vitam æternam. Non enim alij venient in consortium hereditatis, Christi, quam qui ante constitutionem mundi electi sunt, & prædestinati atque præscíti, secundum propositum eius, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ. Confiteamur igitur opera domini, & glorificemus misericordia eius, nec impatienter feramus, quod quę, aut quanta sint electionis vasa, non nouimus. Quia & in anterioribus seculis, quando de vnius gentis populo dicebatur, Notus in Iudea deus, in Israel magnum nomẽ eius: futura gentium latebat electio, & post modum innotuit, quod reuelatum ante non fuerat: sicut dicit Apostolus: Quod alijs generationibus, non est agnitum filiis hominum, sicut nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius, & prophetis in spiritu, esse gentes cohæredes, & concorporales: & compartícipes promissionis in Christo Iesu. Et in actibus Apostolorum: Obstupuerunt, inquit, ex circuncisione fideles, qui venerant cum Petro, quia & in nationes gratia spiritus sancti effusa est. Si enim hoc cosilium vocationis suæ dominus quandiu voluit, abscondit ac diffulit, & quando voluit, reuelauit: sanctisque: eius ignorantia ista non nocuit, cur spei nostræ obesse credimus, si in quo numero, quibusque hominibus vasa misericordiæ in gloriam præparantur, occultur? Cum tamen constet regnum cœlorum omnes ingressuros bonos, eis donante dei gratia & nullos ingressuros malos hoc ipsorum mer ente nequitia. Nimium vero inepte, nimiumq; inconsiderare ab aduersantibus dicitur, quod per hãc dei gratiam libero nihil relinquatur arbitrio. Quanuis enim in paruulis baptismum transeuntibus, manifestissime nullũ opus, nullusque appetitus eorum voluntatis existat: & plerosque vrentes quidem libero arbitrio, sed aduersos a vero deo, vitãque in flagitijs exigentes, liberatrix regeneratio in ipso exhalandi spiritus fine sanctificet: tamen si eam filiorum dei partem, quæ ad pietatis opera reseruatur, pio considerauimus intuitu, nonne in eis non peremptũ inueniemus liberum arbitrium, sed renatum? Quod vtique cum solum esset sibique permissum, non nisi in suam pernitiem mouebatur: ipsum enim se excæcauerat, & ipsum se illuminare non poterat: Nunc autẽ idem arbitrium conuersum est, non euersum. Et donatũ est ei aliter velle, aliter sapere, aliter agere, & incolumitatem suam non in se, sed in mediatore collocare. Quia nec dum tam perfecta vtitur sanitate, vt ea, quę ei nocuerant, nequeãt iã nocere: aut ab insalubribus possit iã vi-

Act.13.

Ephe.1.

Psal.75.

Ephe.3.

Act.10. dñs a suis absc̃o dit cõsiliũ vocatiõis gẽtiũ et eis non nocuit.

Lib.ar. se excæcauerat & se illuminare ñ poterat, sz oẽ bonũ a saluatore accepit.

ribus suis tẽperare. Proinde hõ, q̃ in libero arbitrio fuit malus in ipso libero arbitrio factus est bonus: sed per se malus per deũ bonus. Qui eum ita in illum initialem honorem alio inttio reformauit, vt ei non solum culpã mala voluntatis & actionis remitteret, sed etiam bene vel le, bene agere, atque in his permanere donaret. Omne enim, inquit Apostolus Iacobus, datum optimũ, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum. Qui quale sit liberum arbitrium, quod humano spiritu agitur, & quale sit quod a deo regitur, euidenter ostendit, dicens: Quod si zelum amarum habetis, & contentiones in cordibus uestris, nolite gloriari aduersum veritatem, & mendaces esse. Non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Vbi. n. zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Quæ autem desursum est sapientia, primum quidẽ pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, plena misericordię & fructibus bonis, non diiudicans, sine simulatione. Quicunque ergo his virtutibus studeant atq; inhærent, non sua, sed superne sapiẽtia illustrati sunt? Quoniam dominus dat sapientiam, & a facie eius scientia & intellectus. Et hæc eorum verissima gloria est: si non in se, sed in domino gloriantur. Et autem quæ de Fato & de duabus massis, duabusque naturis, stultissimo mendacio, in tanti viri iniurię, iactitant, neque ipsum quidẽ onerant, in cuius libris copiosissime huiusmodi deliramenta tur errores: Nec nos perturbant, qui tales opiniões cũ suis authoribus execramur, sed videant quomodo se a dedecore istius exuant falsitatis, qui possunt tam inepta confingere, si hi, quorũ abutuntur auribus, aliquantulũ diligentiæ ad cognoscenda ea, quæ præstantissimus minister gratię diſpurauit, intenderint. Licet omnem istius inquisitionis moram, ipsi, qui hęc loquuntur, prœuenire deberent, proferendo atque explicando libros, vllam ue eorum particulam demonstrando, quam per dubium saltem intellectum tali interpretationi obnoxium vir sanctus ediderit, Sed prorsus nihil apud nos tale audierunt, nihil tale legerunt: quia non fato quicquam geri, sed omnia dei iudicio nouimus ordinari. Nec ex duabus massis, duabusue naturis: sed ex vna massa, quæ est caro primi hominis, vnam scimus omnium hominum creatam, creariique naturam. Et eandem per ipsius primi hominis liberum arbitrium, in quo omnes peccauerunt, esse prostratam: nec vllo modo ab æternæ mortis debito liberam nisi eam ad imaginem dei secundæ creationis Christi gratia reformauerit, liberumque eius arbitrium agendo, sperando auxiliando, & vsq; in finem præcundo seruauerit. Vnde perspicit

Hõ p se malus, & p deũ bonus.

Iaco.1.

Iaco.3.

Prouer.2. Hier.9. 2.Cor.10.

Au. p̃stãtissimus minister gratię.

perspicit sanctitas tua si tamen sermonis mei non obstitit obscuritas, frustra quosdam de nobis conqueri: & omnes illas ineptas criminationes, ad exasperandos, auertendosque animos eorum, quibus aliud volunt persuadere, contexi. Confide ergo in virtutem misericordiæ dei: quoniam hæc contradictio, sicut in alijs mundi partibus, ita & in his regionibus conquiescit: vt prædicatio summi hoc tempore in ecclesia viri, etiam ab his, a quibus ad presens reuellitur adiuuetur. Tu autem dilectissime et venerandissime mihi frater, si verè de his quæstionibus instrui desideras, sicut desiderare te conuenit, ipsis beati Augustini disputationibus cognoscendis impende curam: vt in confitenda dei gratia defecatissimam ac saluberrimam Euangelicæ Apostolicæque doctrinæ intelligentiam consequaris. Gratia dei & pax domini nostri Iesu Christi custodiat te in omni tempore, & per viam veritatis dirigat in vitam æternam.

INCIPIT LIBER SANCTI PROSPERI AQVITANI, DE GRATIA DEI, ET LIBERO ARBITRIO, PRO defensione diui Aurelij Augustini, Hipponensis Episcopi, contra Cassiani presbyteri librum, cui est de protectione dei titulus.

Idē a Prospero, in epi, ad rufinū, q̄ pcedit īmedia te, hunc librum.

GRATIAM dei, qua Christiani sumus, quidam dicere audent a sanctæ memoriæ Augustino Episcopo non rectè esse defensam, libros que eius, contra errorem Pelagianum conditos, immoderatis calūnijs impetere non quiescunt, quorum intus interstrepens domestica malignitas non minus spernenda esset, quam foris latrans hæretica loquacitas, nisi eiectis extra ouile dominicum lupis, qui sub nomine ouiū sunt, suffragarent: essentq̄ eiusmodi, vt nec ordo, nec ignonia eorū, in ecclesia despicienda videantur. Siquidē habentes speciem pietatis in studio, cuius virtutem diffitentur insensu, trahunt ad se multos ineruditos, & non habentia spiritum discretiones conturbant, corda, atq̄ in eo

statu deducere causam ecclesiæ molíantur, vt dum nostros affirmant, non veraciter pro gratia fuisse locutos, inimicos gratiæ persuadeant iniuste esse damnatos. Non ergo negligendum est hoc malum, quod ab occultis, paruisque seminibus augetur quotidie, & ab ortu suo latius, longiusque distenditur: sed studendum est, in quantum dominus adiuuat, vt fallacium calumniatorum hypocrisis detegatur, qui ex ipsa iniuriæ magnitudine, quam in vno, cunctis, ac præcipue apostolicæ sedis pontificibus intulerunt, ab indoctis, & parum cautis, excellentis scientiæ iudicantur, & misero peruersoque successu, facili mendacio consensum eliciunt, quia reuerentiam sibi præsumptione pepererunt. Nec enim cum sint bonæ opinionis viri, creduntur vllo modo tarditate intelligentiæ, aut temeritate iudicii insuper suæ querelæ conclamationem prorumpere potuisse; ac non potius magno ingenio, & vehementi studio laborasse, vt subtilissimi tractatoris disputationibus cōprehensis, censura a tunc districtior, & inspectio sagacior inueniret, quod antea securus fauor, & benignitas incuriosa non viderat. Vnde ergo hęc diligentia tam seueri emersit examinis? Vnde in hanc austeritatem supercilium se tetricæ frontis armauit, vt mensuras sensuum, pondera locutionum, numeros syllabarum insidiosus scrutator euentilet, magnumque se aliquid confiteri præsumat, si catholico prædicatori notam erroris affigat? Quasi incognitum aliquod opus, quo hactenus latuerit, impetatur, ac non illa his morsibus doctrina lanietur, quæ nouorum hæreticorum commenta discīt, & diabolicum tumorem Pelagianæ elationis elisit. Viginti amplius anni sunt, quod contra inimicos gratiæ dei, & catholica acies huius viri ductu, pugnat, & vincit: & vincit dico, quia non patitur respirare, quos vicit, & in quorum excidium vnam cunctorum sacerdotum manu, sententiam scripsit: Pulsi pontificio, & communione priuati queruntur de nostræ felicitate victoriæ, & armant in nos linguas suas, qui exulare a veritate, quam ciues esse ecclesiæ maluerunt. Nostri autem con corporales & conparticipes gratiæ Christi, cur de his armis, quibus communis fides est defensa causantur? Cur bellū confectum retractant, & munitiones securę dudum pacis infirmant? An victore displicent? tātaq̄ insolentia damnati fouentur errores, vt prauitatis iudia, & authores nostri pulsentur, & iudices? An vero ita se nouorū censorum norma exactior temperauit, quod & nulla eorum quæ excisa sunt asserat: & quędam ex his quę defensa sunt, reputat? Ecce, salua catholicę pace vi-

ctoriæ,salua indissolubilium reuerentia decretorum,paratissumus patronos doctrinæ emendationis audire, & circuncisos omni errore lineas subtilissimas discretionis agnoscere.Constituant in medium, quod de nouis emerlit ingeniis,ne ad obscurandam scientiam doctiorum ea exagitare videamur,quæ vulgus ignobile,& procax ineptorum loquacitas intẽperanter effudit. Vnius potissimum definitiones,quem non dubium est illis omnibus in sanctarum scripturarum studio præstare,referemus:cuius decreta,ob hoc solum interim oportet in medium abduci,quia verum ita se habeant,non potest dubitari. Scripta enim sunt,& authoris sui editione purgata,nec etiam an sint,quærendum est:sed quid doceant, demonstrandum. Igitur in libro cuius prænotatio est,De protectione dei,vir quidam sacerdotalis,qui disputandi vsu inter eos,cum quibus degit,excellit,Abbatem quẽdam introducit,de gratia dei,& libero arbitrio differentem,cuius se per omnia probasse, ac susceptisse ostendit sententiam,vt iam non cum illo nobis sit negotium,qui forte tales opiniones suas aut negando refutaret,aut corrigendo diluere:sed cum isto,qui ad instrumentum inimicorum gratię dei,talem studuit proferre doctrinã.Quę tamen inter initia disputationis,a veritati pietate nõ dissonat:& iusto honorati præconio mereretur,nisi præcipiti,leuocp progressu,ab inchoata rectitudine deuiaret. Nam post comparationem agricolæ,cui formam sub gratia ac fide viuentis aptauit:& cuius infructuosum esse dixit laborem,nisi per omnia dei auxilio iuuaretur,intulit definitionem catholicissimam,dicens. Quibus manifeste colligitur non solum actuum,verum etiam cogitationum bonarum ex deo esse principium,qui nobis & initia sanctæ voluntatis inspirat,& virtutem atcp opportunitatẽ eorum,quæ recte cupimus,tribuit peragendi.Omne enim datum bonum:& omne donum perfectum desursum est descẽdens a patre luminum,qui & incipit quę bona sunt,& exequitur:& consummat in nobis:& panem ad manducandũ præstat:& crescere facit fructus iustitiæ nostræ. Hic ne quis putaret nihil superesse,quod per liberum ageretur arbitrium,non irrationabiliter adiecit, quo probaret non auferri illud his donis:sed potius reprobari,nisi reuolutus ad iniquitates suas,ab auxilio dei se mallet auertere. Nostrum vero est, inquit, quotidie attrahẽtem nos gratiam dei vt humiliter subsequamur, vel certe dura ceruice & incircunciſis:vt scriptum est, auribus eidẽ resistentes,per Hieremiam mereamur audire.Nunquid qui cadit,non resurget?aut qui auersus est, non reuertetur? Quare ergo auersus est populus iste in Hierusalem

CAS.

Iaco.1.

2.Cor.9.

PROS.

CAS.

Acto.7.

Hiere.

Hierusalem auersione contentiosa? Indurauerunt cerPROS.
uices & noluerunt reuerti.Item infra cum omnia virtutum studia,dei gratia indigere docuisset probabiliter addidit,dicens. Quæ omnia sicut desiderari a nobis iugiCAS.
ter absque inspiratione diuina non possunt:ita nec persici quidem sine eius auxilio vllatenus queunt. In septiPROS.
mo autem capitulo generalem volens ostendere gratiam dei,quæ nullum vsquequaque hominum prætermittat:& rebelles quoque peruersosq non deserat. Adest igiCAS.
tur,inquit,inseparabiliter nobis protectio diuina,tantaque est erga creaturam pietas creatoris, vt non solum comitetur eam:sed etiam prȩcedat iugiter prouidentia.
In quo potest videri ob hoc,comitem dixisse prouidẽPROS.
tiam:quia etiam deserẽtes se plerunque non deserat,vel quia omnes,quos præuenit,eosdem subsequatur.Sequitur enim dicens. Qui cum in nobis ortum quẽdam hoCAS.
næ voluntatis inspexerit:illuminat eam,atque confortat,ac dirigit ad salutem,incrementum tribuens ei,quã vel ipse plantauit,vel quæ nostro conatu videtur emersisse. Et potest adhuc dicere,illius seortum bonæ volũPROS.
tatis significasse, cuius a deo sint plantata vel inspirat principia:qui ideo ipsius hominis proprii esse dicuntur: quia iam bonorum conatuum acceperit facultatem,eorumcp semina ad suum referantur authorem. Sed & inCAS.
capitulo nono subdidit,& dixit. Vnde non facile humana ratione discernitur,quemadmodum dominus petentibus tribuat,a quærentibus inueniatur,aperti atcp pulsantibus,& rursus inueniatur a non quærentibus se, vt palam appareat inter illos,qui illum non rogabant,to Esa.65.
ta die expandat manus suas ad populum non credentẽ Q̃ ũo dñs lũge
sibi & contradicentem,resistentes ac longe positos vo positos uocat,ĩ
cet,inuitos attrahat ad salutem,peccare cupientibus ex uitos attrahat.
plendæ copiam subtrahat voluptatis ad nequitiam pro ad salutẽ peccaperantibus benignus obsistat. Iam hic quasi per inscruti cupiẽtibus explẽ
bilem diuersitatem introducitur definitio, qua docetur dę copiã subtramultos ad gratiam venire sine gratia, & hunc affectum hat voluptat is
petendi,quærendi,pulsandi,habere quosdã de vigilãtia liberę voluntatis,quę tamen in aliis tanta auersione occęcata perhibetur,vt nullis cohortationibus sit reuocabilis,nisi per vim trahentis inuita ducatur. Quasi nõ toto multiformis gratię opere,hoc in omnium agatur animis,vt ex nolentibus fiant volentes, aut quisquam ex Volũtas aliqua
his,qui iam iudicio rationis vtuntur,possit fidem, nisi ita occęcata vt
voluntate,suscipere.Sed quid tam ineptum est,quã dice nullis cohortare,quod quisquam ad participationem gratię tendat intiõibus sit reuo
uitus?Cito ergo hic disputatur prȩmisse definitionis obli cabilis,nisi pvĩ
tus est,cito a sententia sua instabili leuitate dissensit. trahentis inuita
ducat,quia ipse

magis hẽt in ptãte volũtates hoium, quã ipsi suas, i de corre. & gra. ca. 14. in To. 7, & in illo 2. To. opuscu. Iaco. 1.

CAS. Dixerat enim regulariter. Non solum actuum, verum etiam cogitationum bonarum ex deo esse principium. Et ne hoc de doctrina extrinsecus adhibita deberet intelligi, vigilãter addiderat. Qui nobis & initia sanctę voluntatis inspirat, & virtutem, & opportunitatem eorũ, quæ rectę cupimus, tribuit peragendi. Omne enim datũ optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum, qui & incipit quę bona sunt, & exequitur, & consummat in nobis. Doctor catholicę cur professionem tuam deseris? cur ad famosam falsitatis caliginem, relicta serenissimę veritatis luce deuolueris? Quo din petentibus, quærentibus, pulsantibusque miraris, cur nõ eidem gratię, quę desideratur adscribis? Vides bonos conatus, pia studia, & dubitas esse dei dona: Latuerat opus gratiæ, donec fides insita, cogitationis claudebatur arcano. At vbi supplex oratio, vbi diligens inquisito, vbi apparet crebra pulsatio, quare non ex qualitate operis, subministrationem intelligis incantis? Et satis te armas contra Pelagianorum calumnias, si quod in vniuersitate vocatorum sentiendum est, id nobis in portione concedas. Sed nec cum hæreticis tibi, nec cum catholicis plena concordia est. Illi in omnibus iustis hominum operibus liberæ voluntatis tuentur exordia, nos bonarum cogitationum ex deo semper credimus prodire principia. Tu informe nescio quid tertium, & vtrique parti inconueniens reperisti, quo nec inimicorum consensum acquireres, nec in nostrorum intelligentia permaneres. Quomodo autem non aduertis te in illud damnatum incidere, quod velis, nolis, conuinceris dicere (gratiam secundum merita nostra dari,) cum aliquid præcedere boni operis ex ipsis hominibus, propter quod gratiam consequantur, affirmas. Non enim nullum meritum habere potest petentis fides, quærentis pietas, pulsantis instantia, præcipue cum omnes huiusmodi & accipere, & inuenire & intrare dicantur. In quo superfluum, imo impium est, sic velle meritis ante gratiam existentibus, locum facere, vt non ex toto verum sit, quod ait dominus: Nemo venit ad me, nisi pater, qui misit me, attraxerit eum, si cuiusquam hominis, sine dei illluminatione esset credenda cõuersio, aut vllo modo se voluntas hominis ad deum, sine deo posset extẽdere, qui eum vocatũ ad filium trahit, resistentem, inuitumq; compellit, & ex inuito volentẽ facit, & quibusli bet modis infidelitatẽ resistentis inclinat, vt cor audientis, obediendi in se delectatione generata, ibi surgat vbi præmebatur, ibi discat, vbi ignorat. Etenim dominus dabit suauitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Sed videamus

Hoc determinatũ ab Eccl. i cõcil. Arausi. cã. 6. i. 1. T. cõcil. & i de eccle. dogm. ca. 32. & 43. in Tom. 3. & in. 1. Tom. ho. opus.

Dogma Pelagianum.

Ioan. 6.

ΠΑΛΩΣ

Deus resistẽtẽ inuitũq; cõpellit & ex inuito uolẽtẽ facit, i de gra & li. ar. 7. & 8. hoc exẽplo cõuersiõis Pauli, probat Aug. & i de

videamus qualia subsequanter. Cum autẽ facile pateat, quomodo salutis summa nostro tribuatur arbitrio: de quo dicit. Si volueritis, & audieritis me, quę bona sunt terrę manducabitis, quomodo non volentis, neque currentis, sed miserentis dei est? Quid etiã sit illud quod dicitur. Reddet vnicuiq; secundum opera eius: &, deus est, qui operatur in nobis & velle, & perficere pro bona voluntate nostra, & hoc non ex nobis, sed dei donum est, non ex operibus, ne gls glorietur, & cætera. Quę collecta de scripturis, qua si alterno sibi sensu aduersa collegit, vt donis gratiæ studium humanæ committat industriæ, & omnium hominum diuisione facta, alii sint, quos gratia dei saluet, alii, quos lex & natura iustificet. Sed lex potest nequid mali fiat, iubere, a malo autem non potest liberare. (Notum facit mandatum, sed obediendi non præstat affectum, nisi qui est occidens per imperium literæ, fiat viuificans per spiritum gratię.) Post hęc concludit dicens. Nisi quod in his omnibus & gratia dei, & libertas nostri declaratur arbitrii, quia etiã suis interdum motibus homo ad virtutum appetitus potest extendi semper vero a domino indiget adiuuari. Et vbi est quod regulari definitione præmissum est: Non solum actuum, verum etiam cogitationum bonarum ex deo esse principium, qui & incipit, quę bona sunt, & exequitur, & consummat in nobis? Ecce hic etiam si bonis cœptis necessarium dei sit auxilium: ipsos tamẽ laudabiles motus, appetitusq; virtutũ, remota gratia dei: nudę libertati adscribis arbitrii, vt boni, salubresq; conatus nequeant quidem proficere, nisi deus adiuuet, possint tamen esse etiam si non a deo incipiente inspirẽtur. Deinde vt euidentius definias, quid homo ex libero arbitrio habeat quid sumat ex gratia, addis: & dicis. Nec enim cum voluerit quis, sanitate perfruitur: aut de ægritudinis morbo pro arbitrio sui desiderio liberatur. Doces ergo non posse quidem hominem per semetipsum apprehendere sanitatem: sed habere eum a semetipso desyderium sanitatis: & sua tantum sponte venire ad medicum, non etiam hoc ipsum medici esse quod veniat. Quasi vero anima ipsa non langueat: & corpori suo remedium sana prosiciat: (At qui totus homo ex ipsa & cum ipsa in profundum miseriæ suæ decidit vbi eum, priusquam a medico notitiam suæ calamitatis accipiat, iacere delectat, amantem semper errores suos, & amplectentem falsa pro veris,) Cuius prima salus est, vt sibi inci-

CAS. pd. san. ca. 3 S. &. 10. & i de bono pse. 3. i T. 7. & i. 3. To. ho. op. Esa. 1.

Roma. 9. Mat. 16. Phil. 2. Ephe. 2.

PROS. Lex põt ne qd mali fiat iubeꝛ, a malo liberare. i Epist. 89. & 95. &. 105. &. 106. 13. fides ipetrat quod lex imperat i. 2. T. & in isto. 2. T. op. & q̃ gra & lib. arb. 13

CAS. &. 14. idẽ in Ps. 84 d spiri. & lit. 19. 30. 31. & i cõcil. Arausi. can.

PRO. 21. in 1. To. concil.

Lex sine gra lit. occidẽs, i gra at ẽ spus viuificãs, i despũ & lit. c. 4. & 17. & 18. & 19. i T. 3. & i isto. 2. T. op. & i de gra & li. ar. c. 18. i T. 7. & in isto. 2. T. op.

CAS. Deus icipit, exeq̃t, & cõsummat q̃ bona fũt i nobis, i d

PROS. p. san. 7. 8. &. 10. & i de bono pse. 8. &. 13. i To. 7 & in. 3. T. ho. op. & Beda super. 9. cap. ad Roma.

piat displicere, & vetustate debilitatis suæ odisse, sequēs vero est vt & sanari desideret: & a quo sananda sit, nouerit. Quæ curationem ipsius sic præcedunt: Vt ei ab illo qui ægram sanaturus est, inferantur, ne, cum ei nullo modo hęc frustra ineſſe possint, merito videatur saluata, non gratia. Deinde adiicis. Vt autem euidentius clareat etiam per naturę bonum, quod creatoris beneficio indultum est, nonnunquam bonarum voluntatum prodire principia, quę tamen nisi a deo dirigantur, ad consummationem virtutum peruenire non possunt, Apostolus testis est, dicens. Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Falso ergo secundum hanc definitionem, ante dixisti, non solum actuum, verum etiam cogitationum bonarum ex deo esse principium, qui incipit quæ bona sunt: & exequitur, & consummat in nobis? Sed hoc nullo modo ex aliqua parte potest esse falsum: cui nequaquam inferri contraria debuerint, vt quod recte professus es ex gratia incipere: id postea firmares per naturæ bonum: & per liberum arbitrium nos habere.

CAS.

Roma. 7. PROS.

Roma. 7.

Philip. 2.

Roma. 7. καλως

Dicit quidem Apostolus: Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio: sed idem dicit. Quia non idonei sumus cogitare aliquid ex nobis ipsis: sed sufficientia nostra ex deo est. Et idem dixit: Deus est enim, qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate. Non ergo Apostolus sibi contrarius est, (cum donatum nobis fuerit bonum velle, non statim inuenimus & facere nisi petentibus, quærentibus, atque pulsantibus, qui dedit desyderium, præstet effectum.) Vox ista dicentis: Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio, vocati est: & iam sub gratia constituti, qui condelectatur quidem legi dei secundum interiorem hominem: sed videt aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ: & captiuantem se in lege peccati. Et quamuis acceperit scientiam recte volendi, virtutem tamen in se non inuenit eorum quæ optat, operandi, donec pro bona voluntate, quam sumpsit virtutem, mereatur facultatem inuenire, quam quærit. Post hæc ponis plurima testimonia, quibus nunc validum, nunc infirmum liberum arbitrium demonstretur. Quasi quidam sint, qui propriis viribus impleant, quod alii facere, nisi deo adiuuante, non possunt, aut, (Ob aliud homo accipiat præceptum, nisi vt diuinum quærat auxilium.) Concludis ergo: & dicis. Et ita sunt hæc quo dammodo indiscreta, permista atque confusa, vt quid ex quo pendeat inter multos magna quæstione, inuoluatur, idest vtrum, quia initium bonæ voluntatis præbuerimus, misereatur nostri deus, an quia deus misereatur,

In de pd. san. 3. Tom. 7. & in. 3. To. ho. opus.

καλως

CAS.

reatur, cnosequamur bonæ voluntatis initium? Multi enim hęc credentes singula, ac iusto amplius asserentes, variis, sibiq; cōtrariis sunt erroribus inuoluti. Ecce, vt tibi viderur, quę erant permista, discreta sunt, & quę ex plicari non poterant, absoluta. Duos enim esse sibi contrarios definis errores, quibus, qui inter liberū arbitriū, & gratiam quid tenendum sit, nesciunt: implicentur. Et in vno cōstituis eos, qui dicunt, ideo nostri misereri deū, quia ex nobis præbita sint bonę initia voluntatis, significans sine dubio Pelagianū dogmati sectatores qui dicūt (Gratiam dei secundum merita nostra dari.) In alio autem illos ponis, qui dicunt ex misericordia dei bonarū voluntatum prodire principia, eos intelligi volens, qui inimicos gratiæ debellarunt. Si ergo error est, initia bonæ voluntatis non adiuto diuinitus homini adscribere, & error est confiteri, quod præparatur voluntas a domino, qui dirigendi sumus, vt vtrunque vitemus? Si utrū que (inquis) sequamur, nos nulli errori acquiescimus. Tu nos subditis duobus, & geminas, sicut intelligis, pranitates, diuid endo damnas, miscendo iustificas. Hac lege, hac regula, poteris prædicare, quod tam errent, qui dicunt semper esse fallendum, quam qui definiunt nunquam esse fallendum: sed vt in neutro peccetur, vtrunque sectandum, quia nec semper declinanda falsitas, nec semper negligenda sit veritas. Fallit te prorsus opinio tua: de duobus malis vnum fieri bonum non potest, vnam virtutem duo vitia non gignunt, vnum verum duo falsa non faciunt. Quæ enim merito paria sunt, non minuuntur coeundo, sed crescunt. Non itaque oportuit eos, qui bonarum voluntatum initia ex dei asserunt inspiratione generari, ea sententia reprehendi, qua arguuntur, qui ad hæc liberum arbitrium putant sibi sine ope gratiæ posse sufficere. Harum enim definitionum vna ab ecclesia expugnata est, alia defensa. Nec eis vllo modo huius noui fœderis cōgruit pactum, quo catholica fit corruptior, quam Pelagiana correctior; Multi (inquies-singula hæc credentes, ac iusto amplius asserētes, variis, sibiq; contrariis sunt erroribus inuoluti. Placet igitur tibi cum hęreticis catholicos, cum victis dānare victores, & eos erroris nota adurere qui errorem ab ecclesia depulerunt? Secundum tuam quippe censuram, qua sancta rum, & fidelium voluntatum non in omnibus hominibus ex deo vis esse principium (quasi multum gratæ tribuas, si hoc eam in quorundam operari mentibus ac quiescas) errauit beatus Papa Innocentius, beatissimi Petri sede dignissimus, qui cum de istis loqueretur, qui in libero arbitrio gloriantur: Nunquid, inquit, nos

PROS.

Dogma Pelagiānum.

CAS.

Prouerb. 8. ser: transl. 70.

De duobus malis nō fit vnum bonum, nec de duabus vtrutibus vnū vitiū, nec duo vitia vnam virtutem gignunt.

PROS.

Innocēti. Papa epi. 20. q̄ ē rescriptū ad Mile-

nit. cõci. &i 27. q̃ tre. IDEM. ad ſ. piſcopos i t. T. cõci. &in iſto. 2. To. op.

de eorum poſthac rectum mentibus æſtimemus, qui ſibi putant deberi, quod boni ſint. Et iterum, cum de primi hominis ſcriberet lapſu. Liberum enim, inquit, arbitrium ille perpeſſus, dum ſuis inconſultius vtitur bonis cadens, in præuaricationis profunda demerſus eſt, & nihil quemadmodum exinde ſurgere poſſit, inuenit, ſuaque in æternum libertate deceptus, huius ruinæ iacuiſſet oppreſſus, niſi eum poſt Chriſti pro ſua gratia reuelaſſet aduentus. Errauerunt orientales epiſcopi, in quorum iudicio Pelagius, eos, qui dicunt (Gratiam dei ſecundum merita noſtra dari) vt catholicus poſſet videri, anathematizare compulſus eſt. Errauerunt Africana epiſcoporum concilia, qui decretis ſuis conſtituerunt vtrunque dei donum eſſe, & ſcire quid facere debeamus: & diligere vt faciamus, vt ædificante charitate, ſcientia non poſſit inflare. Quia ſicut de deo ſcriptum eſt, Charitas ex deo eſt: Errauerunt ducenti quatuordecim ſacerdotes, qui in epiſtola, quam ſuis conſtitutionibus prætulerunt, ita Apoſtolicæ ſedis antiſtitem beatum Zoſimum ſunt allocuti. Conſtituimus, in Pelagium atque Cœleſtium, Per Venerabilem epiſcopum Innocentium de beatiſſimi Apoſtoli Petri ſede prolatam manerem ſententiam, donec apertiſſima confeſſione fateantur (Gratiam dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, non ſolum ad cognoſcendum verum etiam ad faciendam iuſtitiam, nos per actus ſingulos adiuuari, ita vt ſine gratia nihil veræ, iuſtæ, ſanctæque pietatis habere, cogitare, dicere, agere valemus.) Errauit ſacroſancta beati Petri ſedes, quæ ad vniuerſum orbem, Papæ Zoſimi ſic loquitur. Nos autem inſtinctu dei (omnia enim bona ad authorē ſuum referenda ſunt, vnde naſcuntur (ad fratrum, & coepiſcoporum noſtrorum conſcientiam vniuerſa retulimus. Errauerunt Africæ epiſcopi, qui ad eundem papam Zoſimum reſcribentes, eumque in ſententiæ ſuæ huius ſalubritate laudantes dicunt: Illud vero, quod in literis tuis, quas ad vniuerſas prouincias ſcripſiſti eſſe præmittendas, poſuiſti dicens. Nos tamen inſtinctu dei (omnia enim bona ad authorem ſuum referenda ſunt vnde naſcuntur) ad fratrum. & coepiſcoporum noſtrorū cõſcientiam vniuerſa retulimus: ſic accepimus dictum vt illos, qui contra dei adiutorium extollūt humani arbitrii libertatem, diſtricto gladio veritatis, velut curſim tranſiens, amputares. Quid enim tam libero arbitrio feciſti, quam quod vniuerſa in noſtræ humilitatis conſcientiam retuliſti? Et tamen inſtinctum dei factum eſſe fideliter, ſapienterque vidiſti, veraciter, fideliterque dixiſti. Ideo vtique quod præparatur voluntas a domino: & vt

2. Ioan. 4.

boni aliquid agant, paternus inſpirationibus ſuorum ipſe tangit corda filiorum. Quotquot enim ſpiritu dei aguntur, hi filij dei ſunt: vt nec noſtrum deeſſe ſentiamus arbitrium, & in bonis quibusque, ac voluntatis humane ſingulis motibus: magis illius valere non dubitemus auxilium. Vides ne regulas tuas inuictarum conſtitutionum ſoliditate confractas: & in fidei ſtructura prauas, rimoſasque iuncturas, velut Hierichuntinos muros ad ſacerdotalium tubarum ruiſſe concentum? Cum enim de ſanctarum origine voluntatum, & fidei, charitatiſque principiis inter noſtros, & Pelagianos quæſtio verſatur, non ancipiti victoria, nec dubio diremptum eſt ſine certamen, vt adhuc nobis de neguiſſima huius fœderis tui pace tractandum ſit. Proſtrata eſt inimica acies, bellum confectum eſt, victores ſumus per illum, q fecit potentiam in brachio ſuo, qui diſſipauit ſuperbos mente cordis ipſorum, depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles: eſurientes implenit bonis & diuites diſmiſit inanes. Per illum, qui faciens miſericordiam cum patribus noſtris, & memor fuit teſtamenti ſui ſancti: & iuſiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem noſtrū, daturum ſe nobis: vt ſine timore de manu inimicorum liberati, ſeruiamus illi, in ſanctitate & iuſtitia, in conſpectu eius omnibus diebus noſtris: per illum, qui dedit victoriam per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum: per illum a quo non ſpiritum huius mundi accepimus: ſed ſpiritum, qui ex deo eſt: vt ſciamus quę a deo donata ſunt nobis. Quid de eliſarum argumentationum ratiunculis fracta ſtudes arma colligere? Quid cineres extincti dogmatis refouendo deficientis fumi nidorem, in rediuiuam flammam conaris accendere? Non eſt periculum liberi arbitrij ex gratia dei (nec voluntas aufertur cum in ipſa bene velle generatur.) Nam ſi ideo non putanda eſt noſtra quia formatur, regitur, ordinatur, imbuitur: ſpoliantur libertate filij dei, qui aguntur ſpiritu dei. Perdunt vigorem rationalis animi: & omni voluntariæ de uotionis laude priuantur, quibus datur ſpiritus ſapientiæ, & intellectus conſilij, & fortitudinis, ſcientiæ, & pietatis, & timoris domini. Prorſus qui his reformationibus ſe non putant indigere, de veteris morbi conſuetudine in phreneſim tranſierunt, reſpuunt, remedium, clamant, inſaniunt, reluctantur, ſed ſi promiſſionis ſunt filij, quieſcent, & ſanabuntur. Sed iam videamus, quid inferat ſobrietas diſputantis: qui vt vitium vitio pelleret contrarias ſibi definitiones, noua arte concludit, atque hoc compoſitiones ſuæ poculum ſecurius auditoribus propinaret, exēplis noluit colorare, quod miſcuit.

Roma. 8.

Luc. 1.

1. Cor. 2.
1. Cor. 5.

Roma. 8.

Ieſai. 11.

Act.9. Mat.9. Luc.19. Luc.23. Pſal.76. Ioan.6. xxλωs Ioan.6. Quę nos ad deũ trahunt. Sap.13.&.14. Roma.1. Sap.7. Prouer.9. Pſal.121. Pſal.83. Pſal.118. 1.Cor.12. 1.Cor.4.

Ait enim: Si enim dixerimus noſtrũ eſſe bonæ principiũ voluntatis, quid fuit in perſecutore Paulo, quid in publicano Matthæo quorum vnus cruori, ac ſupplicijs innocentum, alter violentijs, ac rapinis publicis incubãs attrahitur ad ſalutem? Sin vero gratia dei ſemper inſpirari bonę voluntatis principia dixerimus, quid de Zachæi fide, quid de illius in cruce latronis pietate dicimus qui deſyderio ſuo vim quandam regnis cœleſtibus inferentes, ſpecialia vocationis monita præuenerunt? Per iſtam ergo bonorum principiorum diſſimilitudinem probare nititur, hoc poſſe quoſdam per liberum arbitrium ſine adiutorio dei quod quidam niſi deo cooperante non poſſint, & hoc vult de quorundam tardiore obedientiam, & quorundam ſequaciore conſenſu intelligi. Quaſi vbi dura infidelitas deo ſubditur: & Euangelio, quod diu impugnauit, repente ſuccumbit, ibi mutationis hominis dextera operetur excelſi, vbi autem tranquillam cohortationem ſolumue rumorem, ſine hæſitatione diffidentiæ, docilis auditor amplectitur, bonũ talis conuerſionis humanæ ſit tantummodo voluntatis. Quaſi vero potentia dei eos tantum ad filium trahat, quos aut voce increparit, aut pœna obtriuerit aut terrore tremefecerit, illorum autem mentibus nihil ſuę virtutis admoueat, qui ad promiſſiones redemptoris ſui ſpe alacri, & auido deſyderio cõcurrerunt. Sed veritas dicit. Nemo venit ad me, niſi pater, qui miſit me, traxerit eum (ſi ergo nemo venit niſi attractus, omnes, qui quocunque modo veniunt, attrahuntur) Trahit itaque ad dominum contemplacio elementorum omniumque, quę in eis ſunt, ordinatiſſima pulchritudo. Inuiſibilia enim eius a creatura mundi, per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Trahunt rerum geſtarum relationes, animum audientis inflammant narrantes laudes domini, et virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit. Trahit timor: Principium enim ſapientiæ timor domini. Trahit lætitia, quon am Letatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum domini ibimus. Trahit deſyderium, quoniam concupiſcit: & deficit anima mea in atria domini. Trahunt delectationes: Quam dulcia enim faucibus meis eloquia tua, Super mel, & fauum ori meo. Et quis perſpicere, aut enarrare poſſit, quo affectu viſitatio dei ducat hominem, vt quæ fugiebat, ſequatur: quæ oderat, diligat, quem faſtidiebat, eſuriat, ac ſubito commutatione mirabili, quæ clauſa ei fuerant, fiant aperta, quæ onerоſa, ſint leuia, quæ obſcura, ſint lucida? Hęc autem omnia operatur vnus, atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult, Quoniam deus, qui dixit de tenebris lucem

lucem ſplẽdeſcere, illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientię charitatis dei in facie Chriſti Ieſu, id eſt in manifeſtatione filii ſui. qui eſt in gloria patris. Quiergo illuxit in corde Matthæi publicani, & Pauli tunc eccleſiam perſequentis, ipſe & in corde Zachæi: & in corde crucifixi cum domino latronis illuxit. Niſi forte otioſa domini vox fuit, cum Zachæum, qui quęrebat videre Ieſum, quis eſſet, compellare dignatus eſt, dicens: Zachçe feſtina deſcendere, quoniam hodie in domino tua oportet me manere: & non ſibi prępараuit eius animum, cuius elegit hoſpitium. Denique cum murmurarent omnes, cur ad virum peccatorem introiſſet hoſpitari: & Zachæus iam pœnitentiam agens dimidio bonorum ſuorum in pauperes erogato, redditurum ſe in quadruplum fraudata promitteret dominus animis. Hodie ſalus huic domui facta eſt, quia & hic filius eſt Abrahæ. Et ne lateret cauſa huius ſalutis, adiecit: Venit autem filius hominis ſaluum facere: & quærere quod perierat, vt quem agnoſcebamus ſaluum factum, ſciremus a quęrente pręuentum. In latronis quoque iuſtificatione, etiam ſi nulla operantis gratiæ intelligantur indicia, nonne cum omnibus credentibus etiam ipſum acciperemus attractum, dicente domino: Omnia mihi tradita ſunt a patre meo: & Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me. Inter omnes autem hunc vel traditum eſſe vel tractum, etiam ipſius confeſſio docet, qui cum aliquandiu blaſphemaſſe in Ieſum Chriſtũ, repente mutatus eſt & dicit: Domine memor eſto mei, cum veneris in regnum tuum. Sed Vnde in vno homine tanta compugnantium vocum ſit orta diuerſitas, inſtruat nos beatus Paulus Apoſtolus, & dicat. Nemo in ſpiritu dei loquens dicit anathema Ieſu: Et nemo poteſt dicere dominum Ieſum, niſi in ſpiritu ſancto, vt non dubitemus in eiuſdem hominis voluntate: & de proprio fuiſſe, quod blaſphemauit, & de ſpiritu ſancto fuiſſe, quod credidit. Fruſtra igitur diſputator iſte ad inſcrutabilem vnius gratię veritatẽ argumentũ definitiõis ſuę voluit aptare, vt portio iuſtificatorum ſolius voluntatis ſuæ moribus ad Chriſtum venire credatur, portio autem reluctans trahi, & inuita compelli, cum deus ſit, qui operatur omnia in omnibus, ſiue alios ſic, alios autem ſic attrahere velit (ad quem nemo niſi aliquo mõ attrahatur venit) Poſt hæc ſubiecit teſtimonia ſacræ hiſtorię, quibus oſtendit obſeruantiam mãdatorum dei, conſummationem q̃ virtutum diuinę gratię deputandam, quod & nos prõptiſſime confitemur, & cõmemoratis exemplis de Balaam quem volentem Iſraeli maledicere, deus in

Matth.9. Act.9. Luc.19. Luc.23. Luc.19. Xp̃s ſibi p̃para uit eius animum eligit hoſpitium. Luc.19. Luc.23. Luc.10. Ioan.12. Luc.23. 1.Cor 12. &.13 De p̃prio fuit i latrõe q̃d xp̃m blaſphemauit, et deſpũ ſãcto fuit q̃d credidit. ſic & petrus de ſpũ dei ẽ dictus beatus, & d̃ ſuo ſatanas ẽ appellatꝰ ī de ỹb dñi ſe 15. in Tom. 10 Philip. 2. Num. 23. Gene. 20.

Gen.37. in benedictionis verba transtulerit, & de Abimelech,
quod deus nr̃as qui peccare non permissus sit in Rebeccam, & de Ioseph a fratribus venditio, quorum malam voluntatem in
malas impediat bonum deus vertit, recurrit ad confirmationem definitionis suę, vt liberum arbitrium, quod gratiæ se dicit ĩ-
uoluntates. gere, a parte quadam humano generi, quantum in ipso est, auferat, & in quadam parte constituat, dicens. Hæc
CAS. enim duo, id est gratia & liberum arbitrium, inuicem q̃
dem videntur aduersa, sed vtraque concordant & vtra-
que nos pariter debere susc ipere pietatis ratione colli-
gimus, ne vnum horum homini subtrahentes, ecclesiasticæ fidei regulam exeesisse videamur. Ecclesiastic ę fi-
PROS. dei regula est, prędicante Apostolo. Nemo potest dicere
1.Cor.12. dominum Iesum Christum, nisi in spiritu sancto. Eccle-
1.Cor 4. siastica regula est: Quid autem habes, quod non accepi-
Quę sit eccles sti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accepe-
stica regula. ris? Ecclesiastica regula est: Gratia autem dei sum id, q̃d
.Cor.15. sum, & gratia eius in me vacua nõ fuit: sed plus oibus
illis laboraui, non autem ego, sed gratia dei mecum. Et,
1.Tim.1: Misericordiam consecutus sum, vt essem fidelis. Eccle-
2.Cor.4. siastica regula est. Habemus autem thesaurum istum in
vasis fictilibus, vt sublimitas virtutis, sit dei, & non ex
nobis. Ecclesiastica regula est. Gratia salui estis per fi-
dem, & hoc non ex nobis: dei enim donum est, non ex
operibus, ne forte quis extollatur. Ecclesiastica regula
Philip.1. est, In nullo terreamini ab aduersariis, quę illis causa
perditionis, vobis autem salutis, & hoc a deo, quia vo-
Philip.2. bis donatum est, pro Christo non solum vt in eum cre-
datis, sed etiam vt patiamini pro eo. Ecclesiastica regu-
2.Cor.1. la est: Cum metu & tremore vestram ipsorum salutem
operamini, deus est enim qui operatur in vobis & velle
& operari pro bona voluntate. Ecclesiastica regula est:
Ioan.6; Non quia idonei sumus cogitare aliquid a nobis, quasi
Ioan.15. ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Hanc regu-
lam confirmat dominus dicens: Nemo potest venire ad
me, nisi datum fuerit a patre meo. Et, Omne quod dat
Ioan.15. mihi pater ad me veniet. Et, Sine me nihil potestis face
uc.10. re. Et, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos: Et, Nemo
an.5. nouit filiũ, nisi pr̃, neq; patr̃ q̃s nouit, nisi filius &, cui
tth.16. voluerit filius reuelare: Et, sicut p̃r viuificat mortuos:
ita & filius, quos vult, viuificat. Et beatus es Simon Ba-
us ex aduer riona q̃m caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater
Iuersas facit meus, qui in cœlis est. (Hac regula nulli hominum auferolũtatis: ĩ d̃ p̃
e.san.8.&. 20, tur voluntas, quia virtus gratię non hoc in voluntati-
I To.7.& in.3. bus operatur, vt non sint, sed vt ex malis bonæ, & ex
To.horũ opus, infidelibus sint fideles & quæ in semetipsis erant tene-
brę, lux efficiantur in domino, quod mortuum erat,
viuificetur

viuificetur, quod iacebat, erigatur, quod perierut, inue-
niatur.) Hoc in omnibus inuenitur prorsus hominibus, κκλωϛ
qui erruuntur de potestate tenebrarum, & transferun-
in regnum filij dilectionis dei. Hoc sine cuiusquam exce
ptione personę, agere credimus gratiam saluatoris. Quia
sicut hic idem probabiliter: sed non stabiliter definiuit.
(Dicimus, atque defendimus, non solum actuum, verũ
etiam cogitationum bonarum ex deo esse principium,
qui nobis & initia sanctę voluntatis inspirat, & virtu-
tem, atq; opportunitatem eorum, quę recte cupimus, tri
buit peragendi.) Omne enim datum optimum: & omne Iaco.1.
donum perfectum desursum est descendens a patre lumi
num, qui & incipit quę bona sunt, & exequitur, & con
sumat in nobis. In qua sententia si author ipsius perma κκλωϛ
neret, ecclesiasticam regulam non excederet: neque si-
mul libero arbitrio infensus & gratiæ dei esset ingratus.
Quorum duorum dum vnum in Paulo & Matthæo, al-
terum in Zacheo & latrone dicit operatum non intelli
git in illis se liberum arbitrium, in istis gratiam sustulis-
se. Deinde adiecit. Nam cum viderit nos ad bonum CAS.
velle flectere, occurrit dirigit atq; cõfortat: Ad vocẽ. n. Isa.30.
clamoris tui, statim vt audierit: respondebit tibi: Et, In- Psal.46.
uoca me (inquit) in die tribulationis tuæ, & eripiam te, Et hoc cõdẽna-
& honorificabis me, Quis non videat quod hęc doctri- tũ ẽ i cõci.arau.
na, meritum libero assignat arbitrio, quod prueniat cã.4.i.1.T. cõ-
gratiam, cuique gratia famuletur, reddens debitum, non cil. & i de eccl.
conferens donum? Quæ definitio in episcoporũ Palesti- PROS. dog.c.14
nę synodo, etiam Pelagio anathematizante, damnata in To.3.
est. (In eo enim, qui bonum incipit velle, & cupit abiini & i.1.T.ho.op.
quitare, atque errore discedere, gratiã dei hoc ipsum pro
fitemur operari.) Quoniam a domino gressus hominis Psal.36.
diriguntur, & viam eius volet: Et, Omnis via viri re- Pro.20.
cta sibi videtur, appendit autem corda dominus: Et, a Pro.21.
domino dirigũtur viri gressus, mortalis autem quomo Roma.8.
do intelligit vias suas? Et quod ait Apostolus: Non CAS.
enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed
accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus Abba
pater. Post hęc sequitur, & dicit. Nec enim talem deus
hominem fecisse credendus est, qui nec velit vnquam,
nec possit bonum, alioqui nec liberum ei arbitrium per
misit, si ei tantummodo malum vt velit, & possit, bonũ
Vero nec velle, nec posse concesit. Et quomodo stabit
illa domini post prævaricationem primi hominis lata
sententia: Ecce Adam factus est sicut vnus ex nobis, Gene.3.
sciens bonum & malum: non enim talis ante fuisse pu-
tandus est, qui netiam boni esset prorsus ignarus, alio-
qui velut quoddam irrationabile animal, cum fatendũ
eã

est fuisse formatũ quod satis absurdum, atque catholicæ fide omnibus modis alienum est. Quinimo secundum sententiam sapientissimi Salomonis. (Fecit deus hominem rectum) id est vt non tantum boni scientia iugiter fruatur. (Sed ipsi quęsierunt cogitationes multas.) Facti enim sunt vt dictum est, scientes bonum: & malum. Cõcepit ergo Adam post pręuaricationem, quam non habuerat, scientiam mali, boni uero, quam acceperat scientiam non amisit. Rectum, atque omni vitio carentẽ creatum esse primum hominem, in quo omnium hominum concreata natura est, dubitare fas non est, eumque tale accepisse liberum arbitrium, vt si auxiliantem sibi dominum non deseruisset, posset in bonis, quę naturaliter acceperat, perseuerare, quia vellet, & merito voluntariæ perseuerantiæ in eam beatitudinem peruenire: vt nec vellet decidere in deteriora, nec posset: sed ipso libero arbitrio, quo quandiu voluit, bonus mansit, a proposita sibi lege discessit, nec denunciate sibi mortis supplicium formidauit, deserens deum, & sequens diabolum, rebellis domino seruatori: & inimico obediens peremptori. Fuit ergo Adam, & in illo fuimus omnes: periit Adam: & in illo perierunt omnes. Quod ita non falsus dicit Ambrosius, sicut non falso etiam ipsa veritas ait. Venit filius hominis quærere & saluare quod perierat. Naturæ enim humanę in illa vniuersalis prævaricationis ruina nec substantia erepta est, nec voluntas: sed lumen, decusque virtutum: quibus fraude inuidentię exuta est. Perditis autem, per quæ ad æternam, atque in amissibilem corporis, animique incorruptionẽ poterat peruenire, quid ei remansit nisi quod ad temporalem pertinet vitam, quę tota est damnationis: & pœnę. Propter quod natos in Adã, renasci oportet in Christo, ne in illa quis inueniatur generatione, quæ periit. Nam si posteri Adæ in illis virtutibus naturaliter agerent, in quibus Adam fuit ante peccatum non essent natura filii irę, non essent tenebręnec sub potestate tenebrarum, saluatoris denique gratia non egerent, quia nõ fruſtra boni essent, nec iustitiæ præmio fraudarentur, habentes ea bona, quorum amissione primi parentes de paradiso exulare meruerunt. Nunc autem, cum sine sacramento regenerationis, ęternam mortem nemo possit euadere, nonne ex ipsius remedij singularitate apertissimę patet, in quam profundum malum totius humani generis natura demersa est, illius prævaricatione, in quo omnes peccauerunt? & quicquid ille perdidit, perdiderunt? Perdidit autem primus fidem, perdidit continentiam, perdidit charitatem: spoliatus est sapientia, & intelle

Ecclę. 7.

PROS.

Fusius et clarius i de corr. & gra 11.12.&.13.i T. 7.& i isto.2.T. opuscul.

Euc.19.

Sine sacramẽto regenerationis ne mo põt euadeꝛ ęternãmortẽ, idẽ 1 epi.47.&.95. &.105.&.106.i To.2.& i isto.2 Tom.opuscul.

ctu, caruit consilio: & fortitudine: & impie altiora sectando a veritatis scientia: & ab obedientię pietate deiectus est: nec ipso saltem timore sibi reliquo: vt ab interdictis vel metu cauere pœnæ, qui nõ abstineret amore iustitiæ. Liberum ergo arbitrium, ideſt rei sibi placitę spontaneus appetitus, vbi vsum bonorum, quæ acceperat, fastidiuit, & vilescente sibi fœlicitatis suę prę fidi insanam cupiditatem ad experientiam prævaricationis intendit, bibit omnium vitiorum venenum, & totam naturam hominis intemperantia sua madefecit. (Inde priusquam edendo carnem filii hominis, & bibendo sanguinem eius, lœtalem digerat cruditatem, labat memoria, errat iudicio, nutat incessu, neque ullo modo idoneus est ad illud bonum eligendum, & concupiscendum, quo se sponte priuauit,) Quia non sicut potuit deo non impellente coruere, ita potest deo non erigente consurgere. Non igitur recte dictum est: Nec enim ralem deus hominem fecisse credendus est, qui nec velit vnquam, nec possit bonum. Quasi nos istam hominis debilitatem a creatore dicamus conditam, & non peccati merito ab homine contractam. Qui ergo putat consequens esse, vt liberum arbitrium sic cæcatum esse dicatur, vt occæcatio ipsa ad naturæ referatur authorem vult persuadere, quod tam sanum sit in Adę posteris liberum arbitrium, quam in Adam fuit ante peccatum: quod omninmodo satis alienum a catholica fide dicimus. Quid enim peccato læsum est, si id læsum non est, vnde peccatum est? Nisi forte dicitur, in Adæ posteros pœnam transisse, non culpam: quod omnimodo falsum dicitur, & oh hoc forte non dicitur. Nimis enim impium est hoc de deisentire iustitia, quod a prævaricatione liberos cum reis voluerit esse damnatos. Patet ergo culpa, vbi non latet pœna: & societas peccati conuincitur de communione supplicij: vt quod est humanæ miseriæ, non de institutione creatoris, sed retributione sit iudiciis. Illud etiam ineptę positum est, & contra omnium sensum tractatur, quod adprobandum liberi arbitrii incolumitatem connexuit, dicens. Et quomodo stabit illa domini post prævaricationem primi hominis lata sententia: Ecce Adam factus est sicut vnus ex nobis sciens bonum & malum? Quasi diabolus Adę vera promiserit: & Adam transgrediendo mandatum dei, profecerit in similitudinẽ dei, & hoc ei fuisset collatum, quod pronunciauerit deus, cũ in his verbis significaret potius quid nõ fuerit assecutus, qui supbię ingressus vię, qd habebat, amisit, dũ quod nõ acceperat, cõcupiuit. Non minus autẽ in ipsa huius sensus cõclusiõe peccatum

ΚΑΛΩΣ

Ioan.6.

CAS.

PROS.

Patet culpa vbi nõ latet pœna, & societas pcĩ cõuincĩt de cõione supplicij

CAS.

Gene.3.

PROS.

catum est, dum dicitur: Concepit ergo Adam post prę-
PROSP. uaricationem, quam non habuerat, scientiam mali, bo-
ni vero, quam habuerat, scientiam non amisit. Scientiã
boni Adam tunc habebat quando bonum sanctumque
mandatum dei, fideli corde seruabat, & erat instus, ma-
nens in imagine creatoris sui, legisque eius non obliui-
scens: Postquam autem se, hoc est, imaginem, & tem-
plum dei, deceptori vendidit, perdiditq; boni scientiam,
quia perdidit bonam conscientiam. (Iustitiam enim in
quitas depulit, humilitatem superbia destruxit, conti-
nentiam concupiscentia elisit, infidelitas rapuit fidem,
captiuitas abstulit libertatem, nec potuit vlla illic por-
tio residere virtutum, quo tanta irruperat tuba vitio-
rum.) Nemo enim potest duobus dominis seruire. Et q̃
Luc.16. facit peccatum, seruus est peccati, & a quo quis superatus
Ioan.8. ẽ, ei & seruus addictus est: Nemo aũt seruit, nisi cũ
2.Petri.1. aliq̃ libertate et nemo libertate liber ẽ, nisi cũ aliqua ser
uitute dicẽte Apostolo. Cũ enim serui essetis peccati, li-
Roma.6. beri fuistis iustitię, quem ergo fructũ habuistis tũc in il
lis, in quibus nunc erubescitis? nam finis illorum mors
est, nunc vero liberatia peccato, serui autem facti dei,
habetis fructum vestrum in sanctificatione, finem vero
vitam ęternam. Qui itaque seruit diabolo liber est a deo
qui autem liberatus seruit deo, liber est a diabolo, vt ap
pareat malam libertatem potuisse haberi ex humanæ
voluntatis defectu bonam autem voluntatem non po-
tuisse recipi sine liberatoris auxilio. Sed ne hæc primi
hominis calamitas in progeniem eius trãsisse videatur,
CAS. quam integro sit omnium hominum natura iudicio, exẽ
plo gentium probaturus hic doctor addit, & dicit.
Denique non amisisse genus humanum post prę uarica
tionem Adæ scientiam boni etiam Apostoli sententia
euidentissime declaratur, qui dicit, Quoniam gẽtes, quę
legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciũt
eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex qui ostẽ
dũt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium
reddente eis conscientia: & inter se inuicem cogitatio-
PROS. nibus accusantibus: aut etiam defendentibus in die, quo
Roma.3. iudicabit deus occulta hominum. Si de his Apostolus
loquitur, qui ex pręputio sunt vocati; & cũ essent lõge
Ephe.2. facti sunt prope, credentes in eum, qui quorum aliquan
do non misertus est nunc autem miseretur: & iustificans
Gala.3. circuncisionem ex fide, & pręputium per fidem duos
condidit in semetipso, destructoque pariete inimicitia
Iudæorum: & gentium in vno nouo homine fecit pa-
cem, concludens omnia in incredulitate, vt promissio
ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Si inquam, de his

his Apostolus loquitur, in quorum cordibus deus digi-
to suo, id est Spiritu sancto, scribit nouum testamentum: 2.Cor.3.
vt legis plenitudinem, & opera charitatis naturaliter
exequantur, reformata, scilicet renouataq; natura, quid
hinc superbissimi sensus nouitas adiuuatur? cum recon- Rom.3.
ciliatio inimicorum non possit nisi gratiæ mediatoris
adscribi. Omnes enim peccauerunt; & egẽt gloriam dei, Rom.11.
iustificati gratis per gratiam ipsius. (Ergo gratia, gloria Gratia gloria ẽ
est dei, non meritum liberati. Quis enim prior dedit ei, di, nõ meritũ li
vt retribueretur illi, nihil boni operis ex mortuis, nihil berati & grat. &
iustitiæ procedit ex impiis, omnis ipsorum salus gratui- li.ar.6.7.&8.&
ta est: & ideo gloria dei est: vt gloriatur in illo cuius glo epi.5.epis.&in
ria egerit, glorietur.) Sin autem quod magis vult hic di- epi.47.et.105.et
sputator intelligi de illis ista dicuntur, qui aliena a gra- 106.i T.2.& in
tia Christiana, quædam ad similitudinem legalium man ipsto 2.To. op.
datorum proprio iudicio sentiebant intelligentes mores
ciuitatum, concordiamque populorum non posse aliter
contineri, nisi & recte factis præmia, & peccatis pœnæ
decernerentur, sicut dictum est ab ipsa sapientia, deo: Eccle.24.
Ego ex ore altissimi prodiui & in omni gente primam
tenui, requiem quæsiui in Iacob & inueni: Ergo quis am
bigat hanc sapientiam humano generi ad temporalis vi
tę vtilitatem ex naturæ a deo conditę superesse reliquiis?
(Si enim nec ad ista terrena ordinanda rationalis animi
vigeret ingenium non vitiata esset; sed extincta natura,
quæ tamen etiam si excellentissimis artibus & cunctis
mortalium eruditionum pollear disciplinis, iustificari ex
se non potest, quia bonis suis male vtitur. In quibus sine
cultu veri dei impietatis immunditia æque conuincitur:
& vnde se defendi existimat, accusatur) Cum ergo apo-
stolus definiat, quod ex operibus legis non iustificatur
omnis caro, & quod in Christo Iesu neque circuncisio, Rom.3.
neque pręputium valeat aliquid: sed noua creatura, quid Gala.5.
iste impiam fidelium libertatem naturalibus instruit bo-
nis; & propriis vult iustificare principiis? (Quid ad reno
uationem lacessitæ vetustatis idoneam definit prævari-
catricis scientiæ nuditatem, quasi ista scientia (vel ex
naturæ operibus residua cõsecuta vel ex legalis doctri
næ eruditiõe quæsita possit sui perceptione præstare vt
quod faciendum nouerimus etiam facere diligamus? aut
vllus sit bonæ voluntatis motus, nisi quem creauerit dif
fusæ per spiritum sanctum charitatis affiatus?) Sine fide Rom.5.
enim impossibile est placere deo. Et, Omne quod non Heb.11.
est ex fide peccatum est: &, In Christo Iesu neq; circun Rom.14.
cisio aliquid ualet, neq; pręputium: sed fides, quę per di Gala.5.
lectionem operatur. Post hęc in conclusionẽ testimonio-
rũ, quibus probare voluit, quod hi, qui per increpatio-

nem propheticam surdi appellantur: & cęci, possint ex facultate naturæ & aures suas aperire ad audiendum: & oculos ad videndum, quasi non de eisdem dicat dominus: Dabo eis cor aliud: & spiritum nouum dabo eis, & euellam cor lapideum de carne eorũ, & dabo eis cor carneum: vt in præceptis meis ambulent: & iustificationes meas obseruent, & facient eas, addit, & dicit: Denique vt possibilitatem boni eis inesse significaret, increpans eos. Quid autem (inquit,) etiam ex vobismetipsis non iudicatis, quod iustum est? Quod vtiq; non dixisset eis, nisi eos iudicio naturali quod æquum est, scisset posse discernere. Iam non solum voluntatem boni, sed etiam possibilitatem, libero ascribit arbitrio, tanquam ideo ab eo exigatur intelligentia, ideo iustitia reposcatur, quia possint hęc sine dei donis, de naturę proferri bonis. (Imperantur autem ista hominivt ex ipso præcepto, quo ei, hoc quod accepit, inducitur, agnoscat seipsum id suo vitio perdidisse, & nõ ideo iniquam esse exactionem, quia ad reddendum, quod debet idoneus non est, sed a literæ occidente, confugiat ad spiritum viuificantem, & facultatem, quam non inuenit in natura, quærat ex gratia.

Ezec. 11. & 36. fusũ hac authoritate ab Aug. i de grat. & li. ar. 14. & 15. & 16. i To. 7. & in isto 2. Tom. opus.

In de grat. & li. ar. 16. & in psa. 56. i To. 8. & in expo. 5. ic. epist. ad Gal. i T. 4. & i prin. huius secundi To. op.

Quod si facit, magna est misericordia dei. Si non facit, iusta est pœna peccati, (Denique ad plenitudinem premisę disputationis regulam semẽtia pronunciat dicens. Vn de cauendum nobis est, ne ita ad deum omnia sanctorum merita referamus, vt nihil, nisi id quod malum, atque peruersum est humanæ ascribamus naturæ. Quid euidentius, quid expressius, secundum Pelagij, Cœlestijq; commentum ab vllo eorum discipulo potuit definiri? illi dicunt, gratiam dei secundum merita nostra dari, & iidem dicunt, gratiam dei non ad singulos actus dari: hic intra vnam sententiam blasphemiam vtranque concluſit dicẽs, Cauendum nobis esse ne ita ad deum omnia sanctorum merita referamus, vt nisi quod malũ atq; peruersum est, humanæ ascribamus naturæ. Vult ergo esse multa propria hominum merita, quæ non sint gratiæ largitate collata, quibus ad augendas naturales diuitias quędam desursum munera debeantur. Vult nos gratiam dei non ad singulos actus accipere, ac proinde non pro omni opere bono semper orare: atque ita consequens erit, vt in dei muneribus nullum meritum esse credendum sit, quandoquidem sine merito sit, quem deus in omnibus semper adiuuerit: aut si etiam in his quæ deus tribuit, aliqua merita collocantur, constet etiam ipsa propria acquiri facultate potuisse, ideo in aliquibus oporteat nos adiuuari, vt possibilius fiat per gratiam quod non erat impossibile per naturam. Ecce iam in ista paucorum breuitate

CAS.

PROS.

CAS.

PROS.

uitate verborum non duarum tantum, sed multarum impietatum numerosa connexio est, quæ si scrupulosioris diligentiæ discretione tractetur, in nullo Adam nati erroris cathena absoluta monstrabitur. Sed ne suspitionibus agere videamur, & latebras sensuum vltra verba rimati, quid accrescat cognitis, doceant quæ sequuntur.

Qui ergo inter principia disputationis suæ dixerit. CAS.
Non solum actuum, verum etiam cogitationum bonarum ex deo esse principium, qui nobis & initia sanctæ voluntatis inspirat, & virtutem, atque oportunitatem eorum, quæ recte cupimus, tribuit peragendi: nunc volens probare quod religiosæ cogitationes, & sancta consilia, nulla dei inspiratione concepta, de naturali possint prodire sapientia, ponit verba Salomonis dicentis: Voluit Dauid pater meus ædificare domum nomini domini dei Israel, & ait dominus ad Dauid patrem meum, Quod cogitasti in corde tuo ædificare domum nomini meo, bene fecisti hoc, ipsum mente pertractans veruntamen non tu ædificabis domum nomini meo. Deinde vt ostendat quomodo hoc intelligendum sit, infert ipse tractator. Hæc ergo cogitatio, atque ipse tractatus regis Dauid, vtrum ne bonus, & ex deo an malus, & ab homine fuisse dicendus est? Si enim bona, & ex deo fuit illa cogitatio, cur ab eo, a quo inspirata est ei denegatur effectus? si autem mala, & ex homine fuit, cur laudatur a domino? Restat ergo vt & bona, & ex homine fuisse credatur, in quem modum etiam nostras quotidie cogitationes possumus iudicare. Neque enim aut soli Dauid bonum ex semetipso cogitare concessum est, aut nobis ne bonum unquam sapere, aut cogitare possimus, naturaliter denegatur. Nullo modo hoc testimonio, atque argumento probari potest, quod piæ cogitationes ex solo libero arbitrio, & non ex dei inspiratione nascantur. PROS.

Non enim ideo voluntas Dauid, quæ vtique bona erat, non ex deo fuisse credenda est, quia templum sibi dominus non ab eo, ædificari sed a filio ipsius voluit. Quærendum ergo est, de quo spiritu processerit affectus, istius voluntatis. Nempe de illo dei, in quo dicebat, Si introiero in tabernaculum domus meæ. si ascendero in lectum strati mei, si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inueniam locum domino, tabernaculum deo Iacob. Quod cum propheta concupisceret, non ignorabat verum illud, perfectumque templum ab illo esse condendum, qui cum esset filius Dei, factus est etiam filius Dauid, quippe, cum videret tem-

CAS.

Psal. 131.

PROS.

Ioan.2.

plum a Solomone constructum, dicebat, Soluite tẽplum hoc, & in triduo suscitabo illud: Dicebat autem de templo corporis sui. Vt ergo hoc templum præfiguraret, quod in Christo: & in ecclesia disponebatur, merito ad institutionem eius non Dauid, eligitur: sed filius Dauid: vt per filium hominis significaretur filius dei: & hominis vt per templum dissolubile indicaretur tabernaculum in corruptibile: ad cuius condendam imaginem & voluntas Dauid probata est, & opus in eum trãslatum est, cuius persona magis eidem imagini congruebat: atq; ita & ex deo erat hoc velle Dauid, & ex deo hoc facere Salomonem. Quod vt exemplis magis eluceſcat, requiramus vbi deus fieri voluerit, quod homines facere deo volente voluerunt. Dominus Apostolis præcepit dicẽs: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij & spiritus sancti: & docentes eos seruare omnia, quæcunque mandaui vobis. Quod cum Apostoli audirent, sine dubio non verba nuda per corporales sonos exterioribus tantum auribus acceperunt: sed virtute viuentis verbi, accensa est in cordibus eorum inextinguibilis flamma charitatis, qua ardentissime vel lent Euangelium Christi omnibus gentibus prædicare. Sed cum vetiti sunt loqui verbum in Asia: & tentarent ire in Bythiniam prohibiti sunt a spiritu Iesu. Nunquid non ex deo hanc voluntatem habebant, quod etiam istorum optabant ad fidem corda conuertere quos occulto iudicio deus Euangelium tũc nolebat audire? Aut quod ecclesia quotidie pro inimicis suis orat, id est pro his, qui nec dum deo crediderunt, nunquid non ex spiritu dei facit? aut qui puta, fidem non esse dei donum? & tamen quod pro omnibus petitur, nõ pro omnibus obtinetur. Nec est iniquitas apud deum, quisæpe postulata non tribuit, quæ postulare donauit. Bonam igitur voluntatem, eam scilicet, qua adheretur deo, nec negandum est hominis esse propriam & confitendum est deo inspirante conceptã. Nam cum nemo sit bonus nisi solus deus, quale erit bonum, quod authorem non habet bonum? Naturæ quippe humanę, cuius creator deus est, etiam post pręuaricationem manet substantia, manet forma, manet vita & sensus: & ratio, cęteraq; corporis: atque animi bona, quę etiam malis, vitiosisq; nõ desunt: sed in his non habet veri perfectionem, quæ mortalem vitam honestare possunt: æternam autem conferre non possunt. Neque enim ignotum est, quod Græcæ scholæ, Romana eloquentia: & totius mundi inquisitio circa inueniendum summum bonum acerrimis studijs, excellentissimis ingeniis laborando nihil egerint, nisi vt euanescerent in cogita-

Matth.18. Deus fieri voluit, qđ hoies facere deo volente voluerunt.

Acto.16.

Nemo bonus nisi deus, nec erit bonũ, qđ authore nõ hẽt bonũ.

ἀξίωσις

cogitationibus suis: & obscuraretur cor insipiens eorum qui ad cognoscendam veritatem semetipsis ducibus vtebantur. (Si ergo quis de ærumnosis vanitatibus, & insaniis fallacibus erubescens tenebras esse, & mortem quicquid pro lumine, & vita amplectebatur, intelligit, & ab his se conatur abstrahere, non est in ipso, quanuis nõ sine ipso sit conuersio, nec propria virtute ad principia salutis enititur: sed agit hæc occulta, & potens gratia dei, quæ remotis terrenarum opinionum: & operum mortuorum fauillis, torrem obruti cordis exagitat: & desyderio veritatis inflammat, non vt inuitum hominem subiugat: sed vt subiectionis cupidum faciat, nec vt ignorantem trahat: sed vt intelligentem sequentemque præcedat.) Manens enim liberum arbitrium, quod vni cuique cum ipso homine deus condidit, a vanitatibus & cupiditatibus suis, in quas, neglecta dei lege, defluxit, non a seipso: sed a creatore mutatur, vt quicquid in eo in melius reficitur: nec sine illo sit, qui sanatur, nec nisi ab illo sit, qui medetur, cuius sumus noua creatura, nouumque figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit deus: vt in illis ambulemus. Nunc iam videamus, quo disputantis progrediatur intentio. Dubitari ergo, inquit, non potest inesse omni animæ naturaliter virtutum semina, beneficio creatoris inserta, sed nisi hæc opitulatione fuerint excitata, ad incrementum perfectionis non potuerunt peruenire. Adiacere autem hominiin quamlibet partem arbitrij libertatem, etiam liber ille qui dicitur pastoris, apertissime docet, in quo duo angeli vnicuique nostrum adhærere dicuntur, id est bonus ac malus: in hominis vero optione consistere, vt eligat, quem sequatur, & idcirco manet in homine, liberum semper arbitrium, quod gratiam dei possit vel negligere, vel amare. Si dubitari non potest inesse omni animæ naturaliter virtutum semina, beneficio creatoris inserta solus Adam præuaricatus est, & in peccato eius nemo peccauit, nullis iniquitatibus concepti sumus, & in nullis nos matres nostræ peperere delictis, non fuimus natura filij iræ, nec fuimus sub potestate tenebrarum, qui manentibus in nobis naturaliter virtutibus, filii potius nati sumus pacis, & lucis. Absit ab animis piorum fallacis doctrinæ insidiosa deceptio, virtutes cum vitiis habitare non possunt. Quæ enim participatio (inquit) Apostolus, iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societatis luci ad tenebras? (Virtus nanque principaliter deus est, cui non aliud est habere virtutem quam esse virtutem, huius cum participes sumus, habitat in nobis qui est dei virtus.

Roma.1.

Ephe.2.

CAS.

orig.1 expositione.2.ca.ad Ro.

PROS.

Psal.50.

Ephe.2.

2.Cor.6.

tus, & dei sapientia, habitat fides, spes, charitas, continentia, intellectus, consilium, fortitudo, cæteræque virtutes,) Cum vero ab hoc honore cedimus, omnia nobis contrario oriuntur ex nobis. Discendente enim pulchritudine, quid succedat, nisi deformitas? abeunte sapientia, quid resideat, nisi insipientia non regnante iustitia, quid dominetur, nisi iniquitas? Virtutum itaque semina, quæ beneficio creatoris inserta sunt, præuaricatione primi parentis euersa sunt, nec haberi queunt, nisi eo restituente: qui dederat. Reformabilis est enim natura humana a formatore suo, & eorum bonorum quæ habuit capax est, vt per mediatorem dei, & hominum hominem Christum Iesum in eo ipso, quod ei remansit, possit recuperare quod perdidit. (Remansit ei rationalis animus, qui non virtus, sed virtutis habitaculum est) Ex participatione enim sapientiæ, & iustitiæ & misericordiæ, non sapientia, neque iustitia, neque misericordia, sed sapientes, & iusti, & misericordes sumus. Quæ bona, quanuis rationale nostrum vitiis occupatum sit, & præuaricantibus nobis dei templum spiritus immundus inuaserit, possunt tamen rursus in ipsum rationale confluere per eum, qui mundi principē foras mittit, & ligans fortem, vasa eius rapit, fugatoque mundi huius spiritu spiritum dat, qui ex deo est, vt sciamus quæ a deo donata sunt nobis. Qui autem spiritum Christi non habet, hic non, est eius, (Puto autem istum verisimilitudine decipi, & in specie falsarum errare virtutum, dum ea bona, quæ non possunt nisi ex dei munere haberi, etiam in impiorum animis æstimat reperiri ideo, quia multi scilicet eorum sint iustitiæ, temperantiæ, continentiæ, & beneuolentiæ sectatores. Quæ omnia non frustra quidem, neque inutiliter habent, multumque ex eis in hac vita honoris, & gloriæ consequuntur, sed quia in his studijs non deo, sed diabolo seruiunt, licet habeant de vana laude mercedem, ad illam beatarum virtutum non pertinent veritatem. Etiam manifestissime patet in impiorum, animis nullam habitare virtutem, sed omnia opera eorum immunda esse, atque polluta, habentium sapientiam non spiritualem, sed terrenam, animalem, non cœlestem, non Christianam, sed diabolicam, non a patre luminum: sed a principe tenebrarum, dum & ipsa, quæ non haberent, nisi dante deo, subdunt ei, qui primus recessit a deo) Qui ergo dicit sine vllo opere gratiæ naturaliter omni animæ semina inesse virtutum, quid laborat ostendere, nisi de istis seminibus quædam semina præcedentium dei gratiam pullulare meritorum? Denique, vt videretur aliquid gratiæ

1. Tim. 2.

Ex participatione iustitię, sapiētię, & misericordię, iusti, sapientes, & misericordes sumus.

Ioan. 12.
Matth. 12.
Marci. 3.
1. Cor. 2.
Roma. 8.

CAS.

PROS.

gratiæ tribuisse, ad perfectionis incrementum semina hæc peruenire non poterunt, nisi opitulatione dei fuerunt excitata, vt scilicet opitulatio dei sit cohortatio, atque doctrina, mens autem, quæ virtutum est opulenta seminibus, vtatur facultate, quam possidet, ad hoc iuuanda tantum, vt earum virtutum apprehendat culmina, quarum scit sibi inesse principia. Igitur secundum istum, humana anima sic ædificabitur in dei templum, vt accipiat fundamentum, præter quod aliud nemo potest ponere, quod est Christus Iesus. Quando hoc autem fundamentum accipitur, nisi quando fides in audientis corde generatur? Quæ si naturaliter inerat conceptum ibi est aliquid, sed superstructum, superflue ergo videbatur infidelis, qui fidem habebat, antequam crederet. Hoc autem & de aliarum virtutum principiis potest dici, quas gratia augere debeat, quia sunt, non dare quia desinit. Sed aliud nos omnia sanctarum scripturarum eloquia docent. Legimus principium esse sapientiæ timorem domini, & legimus donum dei hanc esse virtutem. Timor inquit dei super omnia se superposuit, beatus, cui donatum est habere timorem dei. Cum ergo timor dei principium sapientiæ sit, quæ virtus haberi potest sine sapientia, cui ex timore principium est? Beatus Apostolus Petrus, Gratia vobis inquit & pax adimpleatur in cognitione, domini nostri Iesu Christi, qui nunc omnia in nobis diuina virtute sua, quæ ad vitam: & pietatem pertinent, donauit. Nunquid ait: Qui virtutum semina quæ naturaliter habemus inserta, opitulatione sua excitauit in nobis? Sed ait, qui nunc omnia nobis, quæ ad vitam, & pietatem pertinent, donauit. Propter quod & beatus Paulus, quid habes inquit quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Ergo omnia, quæ ad vitam & pietatem pertinent, non per naturam quæ vitiata est, habemus: sed per naturam, quæ gratia reparatur, accepimus. Nec ideo æstimare debemus in naturalibus thesauris principia esse virtutum, quia multa laudabilia reperiuntur, etiam in ingenijs impiorum, quæ ex natura quidem prodeunt: sed quoniam ab eo, qui naturam condidit, recesserunt, virtutes esse non possunt. Quod enim vero illuminatum est lumine lumen est: & quod eodem lumine caret, vox est, quia huius mundi sapientia stultitia est apud deum. (Ac sic vitium est, quod putatur esse sapientia, quando stultitia est, quod putatur esse virtus.) Quando autem fieri potest, vt qui in naturalium virtutum seminibus, quę iste magnificat, gloriantur, ipsas virtutes suas ei

Pro. 9.
Eccel. 25.

2. Pet. 1.

καλως

1. Cor. 4.

Oīa ptinētia ad pietatē, nō p naturā vitiatā, sed p reparātē grā habemus in de grā & li. ar. ca. 13. i To. 7. & in isto. 2. To. opu.

1. Cor. 1.

1. Cor. 3.

doctrinæ subiiciant prouehendas, qui dicit: Si quis uidetur inter nos sapiens esse, stultus fiat, vt sit, sapiens? Et quia in sapientia dei non cognouit hic mundus per sapientiam deum, placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Quid illa scientiæ, sapientiæque præsumptio magis ineptum esse censeat magisque ridendum? nisi spiritus dei aspernationem subegerit superborum rationesque illas, quæ ignoræ veritati canina facundia repugnabant, gratiæ suæ virtute destruxerit? vt semen verbi præsulcati cordis terra suscipiat: & dignos æternis horreis fructus dei agricultura producat. Post illud autem nullius authoritatis testimonium quod disputationi suæ de libello Pastoris inseruit, ex quo ostendere voluit, inter boni, & mali angeli contrarias suasiones, ita omnem hominem naturali iudicio: & propriæ discretioni esse commissum, vt ei non plus a deo præsidii, quam a diabolo sit periculi, addidit diffinitionis suæ regulam dicens: "Et idcirco manet in homine liberum semper arbitrium, quod gratiam dei possit vel negligere, vel amare. In qua sententia etiam hoc, quod ait, in homine remanere liberum semper arbitrium, ex aliqua parte non constat, siquidem multa millia infantium, in regnū dei assumptorum, aut a regno dei extraneorum sine vllius suæ voluntatis arbitrio, gratiam dei aut amittant, aut accipiant multique excordes ad omnia prorsus, & fatui per sacramentum regenerationis ab æternę mortis vinculis eruantur. Accipiamus tamen ita hoc dictum, vt ad eos proprie pertineat hęc definitio, quiuti possunt libera voluntate. Itane libera est ista libertas, vt tantum ex se habeat fastidii, vt negligat gratiam dei, tantum ex se habeat delectationis, vt diligat? Itane illum vetustate infidelitatis glacialem rigorem nullus meridiani caloris spiritus relaxauit: & torpor mentis obstructe de suo algore conculcauit: & dicente domino. Ignem veni in terram mittere nulla ad corfrigidum scintilla peruenit, & cinis mortuus ex semetipso in flammam charitatis exarsit? Nihil tale in istis gratiæ amatoribus factum est, quale illi experti sunt, qui dicebant: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum essemus cum illo in via, & apperiret nobis scripturas: sed nec illud in eisdem actuum est, quod in Lydia ciuitatis Thyatirorum purpuraria, quæ inter mulieres, quibus illic apostolus prædicabat, sola tunc ostenditur credidisse, cuius, inquit, dominus cor aperuit, vt intenderet his, quæ a Paulo dicebantur, & tanta est secundum istum liberi arbitrii incolumitas, & facultas: vt charitatem, quæ in omnium arce virtutum est, non ex

1.Cor.1.

CAS.

PROS.

Luc.12.

Luc.24.

Act.16.

Hoc idē a Prospero ī epist. ad Rufinū, q̄ posita ē añ istū librū immediate.

ex dei munere, sed ex sola habeant voluntatem. Quid ergo in anima a suo ędificatore reparatur? aut qua largitate gratiæ fiet ornatior, si illa sunt ei propria, sine quibus non possunt prodesse donata. Sed Apostolus quibus profitetur sine charitate non operationes miraculorum non scientiam, non fidem, non prophetiam, nō erogationes diuitiarum, non ipsam sæuissimam supplicionum tolerantiam prodesse vnde habeatur ipsa charitas non tacet. Quoniam charitas, inquit, dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et pax, inquit, fratribus, & charitas cum fide a deo patre, & domino nostro Iesu Christo. Sanctus etiam Ioannes Apostolus instruat nos, vnde huius boni cœperimus esse participes. Charissimi, inquit, diligamus nos inuicem, quia dilectio ex deo est. Et ne possemus opinari ideo dilectionem dictam ex deo, quia in natura hominis hic satus esset affectus, paulopost ait: Non quod nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse dilexit nos. Et iterum nos diligamus deum, quia prior dilexit nos. Agnoscat ergo humana egestas hoc, quod de quibuslibet bonis recte dicitur, multo rectius sibi dici de eo, sine quo bona cuncta non prosunt. Quid enim habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi nō acceperis? Post hęc cum tantum homini tribuisset ante gratiam, quantum ei fructuosissimum est habere per gratiam, addit quędam perplexa, atque confusa ad vigorē liberi arbitrij demonstrandū, & de his, quę iam donatis sibi virtutibus facit, vult illa venire, quæ ei naturaliter inesse desinit, vt quod est per adiutorium dei perfecisse, hoc sit arb itrij libertate cœpisse. Verum hæc vt tolerabilia transeamus, quia & nos ideo dicimus liberum arbitrium, bonę voluntatis effectum, fideique principium operante gratia concepisse, vt per hæc, quæ illi nullo merito pręeunte donata sunt, ea quę operaturo sunt promissa, mereatur, ab illo semper petens posse aliquid boni facere, qui ait, Sine me nihil potestis facere. His itaque prætermissis, id quod de sancti Iob passionibus posuit retractemus, ait enim: Quod etiam in Iob probatissimo athleta suo, cum eum diabolus expetisset ad singulare certamen, diuinam legimus prouidisse iusticiam. Si enim contra inimicum non sua virtute: sed dei solius fuisset gratia protegente congressus: & absque vlla virtute sapientię suę, diuina tantum opitulatione suffultus, multiplices illas, ac tota inimici crudelitate quæ sitas tentationum moles: & exitium pertulisset, quomodo non illam calumniosam diabolus, quam prius emisserat vocem, aduersus eum iustius iteraasset? Nunquid Iob

1.Cor.13.

Roma.5.

Ephe.6.

1.Ioan.4.

Hęc authoritas fusius exponit ab Au. in d gra. & li.ar. ad val. c.17, &.18.et.19 in T.7.et ī isto. 2.Tom.opusc.

1.Cor.4.

Ioan.15.

CAS.

Iob.1.

gratis

gratis colit deum? nonne tu vallasti eum & domum eius, vniuersamque substantiam eius per circuitum? Sed aufer manum tuam, hoc est sine eum suis mecum viribus decertare, nisi in fa.. n tuam maledixerit tibi. Sed cum huiusce modi nullam quærimoniam calumnioſus hostis post conflictum audeat iterare, non dei, sed illius se victum viribus confitetur, licet etiam gratia dei non in totum illi defuisse credenda sit, quę tantam tentatori tribuit potestatem, quantam & illum resistendi nouerat habere virtutem, non eum ab illius impugnatione sic protegens, vt nullum virtuti humanæ relinqueret locum: sed hoc tantum procurans, ne violentissimus inimicus animam eius amentem faciens, & impotem sensu, impari eum, atque inſquo certaminis pondere prægrauaret. Quis hæc prædicari catholicis inter catholicos crederet, nisi quę in collocutionibus domesticis sępe desensa sunt, etiam scripta legerentur? Itane in omnibus hominibus intelligentiæ caligat obtutus, & a cunctis ecclesię filijs spiritus scientiæ, & pietatis abscessit, vt non erubescat in genere iudicio legentium tam inanes fabulas, tam inhoneſta mendacia vir grauis, doctor sapiens, verax magister? Redde nobis catholicam definitionem, qua inter initia disputationis tuæ aures nostras, mentesque cœpisti. Pronunciaueras fidem Christiana voce ecclesiasticam, non solum actuum, verum etiam cogitationum bonarum ex deo esse principium, qui nobis & initia sanctæ voluntatis inspirat: & virtutem, atque opportunitatem eorum, quę recte cupimus, tribuit peragendi: Omne enim datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum, qui & inspirat quæ bona sunt, & exequitur, & consumat in nobis, & huius sententię soliditate omnia hostilium reliquiarum machinamenta confrigeras: cur professione mutata, quod destruxisti ędificas, quod ruebaris, impugnas: cur inuictissimæ veritatis arce deserta, gradatim ad precipitia Pelagiana decurris? Qui enim definieras neque sanctarum cogitationum, neque piarum voluntatum, neq; bonarum actuũ ex nobis esse principia, sed inspiratione dei, gratiæque eius auxilio bona in nobis cuncta generari, & ad profectum perfectionemque perduci, paulo post cœpisti donis gratię, liberi arbitrij ęquare conatus, vt principia, quę deo assignaueras, posse hominem a semetipso habere monstrares, dicendo, qa etiam suis interdum motibus homo ad virtutum appetitus possit extendi, semper vero a domino indigeat adiuuari. Et iterum dicẽdo. Etiam per naturæ bonum, quod beneficio creatoris indultum est, nonnunquam bonarum

PROS.

Iacab. 1.

rum voluntatum prodire principia, quę tamen, nisi a domino dirigantur, ad consumationem virtutum peruenire non possint. Et post hæc vt quosdam peruenirí a gratia ostenderes, in quorundam autem præeuntibus meritis causam percipiendæ gratię collocares, dixisti, quid ex quo pendeat dubitari, id est vtrum quia initium bonę voluntatis prębuerimus, misereatur nostri deus, an quia deus misereatur, consequamur bonę voluntatis initium? Quas duas regulas, ne in ambiguo relinqueres, vtrunque exemplis, vt tibi visum est, idoneis munire curasti, vnam de Pauli, & Mathęi coacticia conuersione firmans, aliam de Zachęi, & latronis voluntaria fide roborans, quorum desyderium tam volens dicis fuisse, vt ad inuadendum regnum cœlorum specialia vocationis merita prœuenirent. Deinde progressu disputationis vt incolumitatem interioris hominis patefacias, ipsum Adam concepisse quidem, quam non habebat, scientiã mali, sed quam acceperat, boni scientiam non amisisse confirmas, cum hoc etiam ex comparatione impiorum probare voluisses, in id vsque prolapsus es, vt proclamares, cauendum nobis esse, ne ita deum omnia sanctorum merita referamus, vt nihil, nisi quod malum est, hominæ adscribamus naturę: Et ne hanc naturam vitiatam in præuaricatione Adę crederemus amisisse virtutes, definisti tam incolumes esse omnium hominũ animos naturaliter, quam fuit primi hominis ante peccatum, dicẽdo, Dubitari ergo non potest ineſſe omni animę naturaliter virtutum semina, beneficio creatoris inserta. Consideratis ergo his definitionibus tuis, non est occultum quantum ab illius sententiæ sanitatę desciueris, in qua quod tribuendum erat gratię, fallaciter prędicando, catholicarum tibi aurium iudicia conciliare voluisti, quibus de præmissę promissionis fronte securis facile sequętia irruperent, si prima placuissent. Sed hactenus, ne in totum videaris a præfixa regula discrepare, ita virtutũ, meritorumque principia a libero arbitrio ad gratiam transtulisti: vt ipsorum bonorum desyderiorum voluntarios motus sine auxilio dei nec prouehi fatereris posse, nec perfici, nunc vero remoto longius deo, & a sustentatione hominis separato, tanquam libero arbitrio potentiam tribuis: vt non solum amissionem multiplicium facultatum, & totius simul familię, ac necessitudinem acerbissimum finem constanter, ęquanimiterq; suscipiat, sed ipsius quoque corporis proprij ineffabiles cruciatus proposito nudę voluntatis, euincat. Et vt dubitari hinc disputãte te nequeat, sancti Iob constituis exẽplũ, qui aduersus illam insignem diabolicæ seuitiæ crudelitatem

Act. 9.
Matth. 9.
Luc. 19.
Luc. 23.

Gen. 4

Dogma Pelagianum.

litatem sine dei præsidio decertarit, & argumento probare niteris, quod ipse cruentissimus inimicus confessus sit, non domini, sed Iob se virtute superatum in eo quod sibi in grauiore conflictu gratiam dei obstitisse non dixit, quasi vir ille in damnis, atque orbitatibus debuerit superna protectione circumtegi, carnis autem suę, animæque tormenis non eguerit adiuuari. Si ergo hac magnitudine animi, qua illatam per singulos, omnesque artus tot mortium pœnam superat, nihil inter sanctorum palmas memorabilius, nihil inuenitur illustrius, eumque asseris ex humana tantum virtute subsistere, quid erit laudis, ac meriti, quod inter studia quietis: & pacis nequeat arbitrij obtinere libertas, quam in tanti fine certaminis de suis viribus coronasti? Quæro igitur abs te, videatnr ne tibi vir iste, cum illis, quę legimus, supplicijs probaretur, habuisse in se spiritum sanctum? Si habuisse dicis: certum est, quia deus, quem non deseruit, adiuuit. Siautem recessisse ab eo spiritum sanctum dixeris, propheticus te eiusdem sermo conuincit, dicens. Scio enim quod redemptor meus viuit: et in nouissimo die de terra surrecturus sum: & rursus circundabor pelle mea: & in carne mea videbo deum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius, reposita est hæc spes mea in sinu meo. Quod si de incarnatione domini nostri Iesu Christi, ac refurrectione eius, qui est primitię dormientium: & de spe redemptionis, quę in ipso reposita est omnibus sanctis, recte intelligitur prophetatum, manifeste apparet non discessisse a templo suo gratiam dei: & fecisse tam tunc deum in sancto suo, quod postea in Apostolis: & martyribus suis spondebat esse faciendum, dicens, Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabit. n. vobis in illa hora qd loquamini, nō. n. vos estis, q̄ loq̄mini: s̄ spiritus p̄ris vestri, q̄ loḡt in vobis. Quid cū id̄e sanctus ineptis consolatoribs respōderet, nōne in dei fidebat auxilio? dicēs, Qui deridet ab amico suo, sicut ego inuocabit deum, & exaudiet eum. Aut nesciebat ex illo se habere quod habebat, de quo ait: apud ipsum est sapientia, & fortitudo, ipse habet consilium, & intelligentiam: Et de quo dicit. In cuius manu anima omnis viuentis: & spiritus vniuersæ carnis hominis. Et iterum: Expecto (inquit) donec veniat immutatio mea, vocabis, & ego respondebo tibi, operi manuū tuarum porriges dexteram, tu quidem gressus meos dinumeraſti, sed parcens peccatis meis. Signaſti quasi in sacculo delicta mea: sed curaſti iniquitatem meam. Non ergo deseruerat dominus, quem curabat, neque opem suam

Iob.

1.Cor.15.

Matth.10.

Iob.12.

Iob.12.

De Iob qđ fuerit vere Theologus oīa ex deo agnoscēs, hēs ab Au. in pręf. psal. 29. in. To. 8. & i 1. To. horū opus.

suam abstulerat ab eo, cui purificationis remedia, quibus clarius niteſceret, admouebat. Ad hanc tolerantiam, in qua hic sanctus emicuit, etiam ille erat prępara tus a domino, qui dicebat. Nam etsi ambulem in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et illud. Salus iustorum a domino: & protector eorum in tempore tribulationis. Ad hāc tolerantiam etiā ille erat præparatus a domino, qui & credere in Christum: & pro Christo pati referebat ad Christum dicens, Iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad deum per dominum nostrum Iesum Christum, per quem & accessum habemus per fidem in gratiam istam, in qua stamus: & gloriamur in spe gloriæ filiorum dei: non solum autē: sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationē, probatio vero spem, spes autem non confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui dātus est nobis. Et iterum. Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus vt oues occisionis: & in his omnibus superamus per eum, qui dilexit nos. Huius tolerantiæ fortitudo vnde descenderit, Beatus Petrus & in illo omnis ecclesia, veritatis ipsius voce, dicebat, dicentis. Ecce satanas postulauit, vt cerneret vos, sicut triticum, ego rogaui pro te Petre, ne deficiat fides tua. Quis quis igitur, in tribulationibus non deficit, ab illo se non dubitet adiuuari, ad quem quotidie corda vniuersorum fidelium clamant: Ne nos inducas in tentationem sed libera nos a malo, quoniam custodit dominus animas seruorum suorum, de manu peccatorum liberauit eos. Quod autem dicis gratiam dei ab Iob ex eo intelligendum non penitus recessisse, quod tentatori eius tantam deus tentandi dederit potestatem, quantam & illum resistendi nouerat habere virtutem, nonne rectius, veraciusque loquereris, si vbi dixisti, quantam & illum resistendi nouerat habere virtutem, diceres potius, quantā & illi resistendi nouerat se dedisse virtutem. In eius. n. Verbi correctione, totam stam gloriam, quam humanis viribus assignare voluisti, sobrietate aliqua temperasses vt illa mirabilis in tanta afflictione patientia & dei adiutorio & libero hominis ascriberetur arbitrio. Sed veritus es naturæ humanę minuere laudē, si ei profitereris a deo datam esse virtutem: ideo conflictus illius, atque victoriæ, non vis credi cooperatorem deum fuisse, sed tantummodo spectatorem, vt cui persuadere potueris per

Dauid.

Psal.22.

Psal.36.

Roma.3.

ἐχομεν

Roma.8.

Psal.43.

Luc.22.

Mat.7.

Psal.96.

naturalem

naturalem liberi arbitrii facultatem tam arduo certami-
ne victum, dubitare non audeat in leuioribus cauſis
multo liberiores eſſe bonæ voluntatis effectus, atque
ita in illius damnatam ſententiam cadat, qua dicitur,
ideo nobis gratiam iuſtificationis dari, vt quod facere
per liberum arbitrium iubemur, facilius poſſimus im-
plere per gratiam, tanquam etſi gratia non daretur, non
quidem facile, ſed tamen poſſemus etiam ſine illa diuina
mandata implere, quod quia catholici pontifices dignũ
anathemate cenſuerunt, vtendum nobis eſt eo, quo vſi
ſunt teſtimonio dicentes. Sine me nihil poteſtis facere,
de fructibus enim mandatorum dominus loquebatur,
vbi non ait, ſine me nihil difficilius poteſtis facere, ſed
ait ſine me nihil poteſtis facere. His autem diffinitioni-
bus tuis, quas credidiſti idonea authoritate munitas, tã
quam de conſenſu legentium ſecurus adiungis, ſolere
interdum deum ad fidẽ noſtram probandam plus offer-
re, quam ſufficit, vt quam firma ſit credentium fides, poſ
ſit agnoſci, & hoc exemplo illius Centurionis oſtẽdis,
qui cum pueri ſui poſceret curationem, dominusque ſe
ad domum eius iturum promitteret, reſponderit: Non
ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, ſed dic tantum
verbo, & ſanabitur puer meus, in quo eum dominus ta
li admiratione laudauerit, vt pronunciaret non ſe inue
niſſe tantam fidem in Iſrael. Et exigua concluſione pe
ne totum Pelagianum dogma confirmas, dicendo. Nul-
lius enim laudis eſſet, ac meriti ſi id in eo Chriſtus,
quod ipſe donauerat, pertuliſſet. Falſo ergo ſcriptũ eſt,
quia nemo poteſt eſſe continens, niſi deus det? Falſo pre
dicauit Apoſtolus, cum de eadem virtute loqueretur di
cens. Volo autem omnes homines eſſe ſicut me ipſum,
ſed vnuſquiſque proprium habet donum, a deo, alius
ſic, alius vero ſic? Falſo docuit ille, qui dicit: Si quis indi
get ſapientia, poſtuletur a deo, & dabitur ei? Nec ſecundũ
veritatem dictum eſt: Omne datum optimum, & omne
donum perfectũ deſurſum eſt deſcendens a patre lumi-
num: & nemo poteſt accipere quicquam, niſi et datum
fuerit de cœlo? An dicendum eſt, omnes quidem virtu-
tes inter dei dona numerandas: ſed in illis hominem,
quas de proprio habuerit, eſſe laudabilem, et ibi eſſe me
rita, vbi dei dona non fuerint? Igitur ſecundum regulam
tuam quibus donatum eſt, vt non ſolum crederent in
Chriſtum: ſed etiam vt paterentur pro ipſo, & laudem
& meritum perdiderunt, nec habent veram gloriam, ſi
non ſe, ſed in domino gloriantur. Sed rectius audimus
prophetam dicentem: Maledictus homo: qui ſpem ha-
bet in homine & firmat carnem brachij ſui, & a do-
mino

Dogma Pelagia
nũ ab eccl. dãna
tũ in cõcil. mile.
cã. 5. & i cõcil.
aphr. cã. 8. in. 1.
To. conci. & de
Cõſ. diſt. 4. cap.
idem placuit.
Ioã. 15.

Matth. 8.

PRO.
CAS.
Sapien. 8.

1. Cor. 7.

Sap. 8.

Iac. 1.

Ioan. 3.

Philip. 1.

1. Cor. 11.
Hie. 17.
Pſal. 17.

mino diſcedit cor eius, & illum, qui ait, Diligam te do- Pſal. 33.
mine virtus mea: &, In domino laudabitur anima mea, Eſa. 11. 7.
et fortitudo mea, & laudatio mea dominus, vt manifeſtiſ
ſime nouerimus nec laudem eos vllam habere, nec me-
ritum, in quibus ea inueniuntur, quę niſi dominus dede
rit, non habentur. Sic autem putaſti de teſtimonio lau-
dare fidei præiudicium donis gratię poſſe generari, qua
ſi fides ibi oſtenderetur laudata, non doceretur eſſe do
nata. Laudat Apoſtolus Romanorum fidem, & pro Roma. 1.
hoc bono eorum agit gratias dicens. Primum quidem
gratias ago deo meo per Ieſum Chriſtum pro omnibus
vobis, quia fides veſtra annunciatur vniuerſo mundo. Fidẽ eẽ dei doni
Ad Corinthios quoque ſimili ſcribit affectu, dicens. 1. Cor. 1. pbat,
Gratias ago deo meo ſemper pro vobis in gratia dei, q̃ fuſ
quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu, quia in omnibus di us cõtra Ticoni
uites facti eſtis in illo in omni verbo, & in omni ſcien- cũ diſputauit. 3
tia. Nunquid agendo gratias deo credentibus ſuſtulit de doc. chri. c. 3:
laudem? aut laudando credentes, meriti negauit autho- i T. 3. & i. 1. T.
rem? De Epheſiorum etiam fide quid ſentiat, adiuua- ho. op. &. 1. retr
mus. Propterea, inquit, ego audiens fidem veſtram, Ephe. 1 23. i T
quæ eſt in domino Ieſu, & dilectionem in omnes ſan- 1. & 1. 3
ctos non ceſſo gratias agens pro vobis, memoriam ve- To. ho. op. & in
ſtri faciens in orationibus meis, vt deus domini noſtri d pd. sã. 3. &. 16
Ieſu Chriſti pater gloriæ det vobis ſpiritum ſapientiæ: i To. 7. &. in. 3.
& reuelationis in agnitionem eius illuminatos oculos To. horũ opuſc.
cordis veſtri. Habebãt ergo iſti fidem, habebant & opa
charitatis, quæ nec laude poterant carere, nec merito:
ſed pro his virtutibus Apoſtolus gratias agere non ceſ-
ſat, ſciens a patre luminum hæc dona veniſſe, a quo ſe
etiam petere proteſtatur, vt quibus dedit fidem, quę per
dilectionem operatur, det ſpiritum ſapientiæ, & intelle-
ctus, & in fide Epheſij nouerint accepiſſe quod habent Gala. 5.
a quo diſcunt ſperare, quod non habent. Pro Philip Ephe. 1.
penſibus quoque ſimiles deo gratias agit: & meritum Philip. 1.
eorum, laudemque non ſupprimit, dicens, Gratias ago
deo meo in omni memoria veſtri, ſemper in cunctis ora
tionibus meis pro omnibus vobis cum gaudio depre-
cationem faciens, ſuper communicatione veſtra in Eu-
gelio Chriſti a prima die vſque nunc, confidens hoc ip
ſum, quia qui cœpit in nobis opus, perficiet vſque in
diem domini noſtri Ieſu Chriſti. Cuius hic humanæ
laudis, ac meriti nunc in deo cauſa ſuſpenſa eſt?
Quid virtutis, aut pietatis exceptum eſt, quod non ex
gratiæ fonte profluxerit? Vbi ab initio vſque in finem
& inchoatio, & perfectio boni operis domino deputa-
tur, cui canitur de ſanctis ſuis: Domine in lumine vul- Pſal. 88.
tus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt: & in
tua

Universidad de Deusto
Biblioteca

tua iustitia exultabuntur, quoniam gloria virtutis eorum tu es. Considerandum sane est in hac sententia tua, quantum adiuues eos, qui dicunt gratiam dei secundum merita nostra dari, quos tamen (vt Catholicæ fidei defendaris vmbraculo) prophanæ opinionis esse profiteris, dicens. Nemo autem existimet hęc a nobis ob hoc fuisse prolata: vt nitamur astruere summam salutis in nostræ fidei ditione consistere secundum quorundam prophanam opinionem, qui totum libero arbitrio deputantes, gratiam dei dispensari secundum meritum vnius cuiusque definiunt. Sed miror valde quod non vides: aut ab alijs existimas non videri, quod hoc dicendo teipsum tuo ore condemnes. Dicędo enim quod Centurio, cuius fides domini voce laudata est, nullius laudis esset, ac meri, si id in eo deus quod ipsa donauerat, prætulisset, definisti Centurionem illum non donatam fidem habuisse, sed propriam, ac perinde nihil eius principijs collatum fuisse per gratiam, in eadem autem fide causam fuisse & laudis, & meriti, quorum neutrum haberet, si id, cui & laus debetur, & meritum, dominus contulisset. Fruſtra ergo vt inuidiam damnati erroris euadas, summam salutis negas in fidei nostræ ditione consistere, cum omnimodo salus, nisi ex fide, esse non possit, cū iustus ex fide viuat, quoniam veritas dicit: Amen, amen dico vobis, quoniam qui audit verbum meum: & credit in eum, qui me misit, habet vitam, & in iudicium nō venit: sed transit de morte in vitam. Et iterum. Hæc est voluntas patris mei, qui misit me: vt omnis, qui videt filium: & credit in eum, habeat vitam æternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Et iterum: Hæc est autem vita æterna: vt cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Cum itaque huic fidei, quam ideo meritis, & laudibus honorasti, quia mauis eam inter li beri arbitrij bona, quam inter dei dona numerari, æternam, beatamque vitam constet esse prępara tam, quomodo hoc vulnus declinabis, quo teipsum configis, pronunciando eos prophanos, qui gratiam dei dispensari secundum merita humana definiant, asserendo quod nec laudem constet habere, nec meritum eos, qui ex dono gratię sint fideles? Quoquouersum ergo te conferes, a temetipso Vinceris: Si enim gratia merita non præcedunt, et fides non potest esse sine meritis, fides gratiam non præcedet, & omnimodo pro gratia habetur quicquid illud est, ex quo meritum nascitur, quod ante gratia non habet. Vt igitur definitionum tuarum absurditas non sibi repugnare videatur, inconuenientia miscere conaris, & vnitatem membrorum corporis Christi

Dogma Pelagianum. CAS.

PROS.

Matt. 8. Dogma hęreticū qđ cęturio nulli us fuisset laudis aut meriti si dñs ei donasset fidē

Abac. 2. Roma. 1. Ioan. 1. Ioan. 5.

Ioan. 6. Ioan. 17.

sti in duobus generibus fidelium noua præsumptione constituis. In vno scilicet ad quod pertineat illud, quod in principio dixisti: non solum actuum, sed etiam cogitationum bonarum ex deo esse principium, qui & incipit quæ bona sunt, & exequitur, & consumat in nobis: In altero autem cui congruat regula ista, qua dicis Centurionem nec laudem vllam habiturum fuisse, nec meritum, si in eo dominus, quod ipse donauerat, prætulisset. Et licet totum disputationis tuæ textum ad has duas formulas, quæ nullo modo conformes possunt esse, produxeris: nunc tamen distinctius, atque expressius quid voleris firmare, pronuncias dicens. Per hæc igitur exēpla, quæ de euangelicis protulimus monumentis, euidē tissime poterimus aduertere, diuersis atque innumeris modis, & inscrutabilibus vijs deum salutem humani generis procurare, & quorundam quidem volentium, ac sitientium cursum ad maiorem incitare flagrantiam, quos dam vero etiam nolentes, inuitosque compellere: & nūc quidem ea, quæ vtiliter a nobis desyderata conspexerit, adiuuare: Nunc vero etiam ipsius sancti desyderij inspirare principia, & velut initium boni operis, vel perseuerantiam condonare. Inde est quod orantes non solum protectorem, sed etiam susceptorem dominum proclamamus. In eo enim quod prior aduocat, & ignorantes nos, atque inuitos attrahit ad salutem, protector atq; saluator est: in eo autem quod annitentibus nobis opem ferre, fugientesque suscipere, ac munire consueuit, susceptor, ac refugium nominatur. Hac ergo prescriptione prescripta, erit, vt definis, in vna ecclesia ista diuersitas: vt dominus noster Iesus Christus, de quo dictum est. Et vocabis nomē eius Iesum, Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum, & de quo dictum est. Nec enim est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, non omnium Christianorum, sed quorūdam saluator, quorundam vero susceptor sit, vt hi tantum saluati, quos ad suscipiendam gratiam deus aduersus, reluctantesque compulerit, hi autem susceptī sint, qui vocationē spontanei cursus feruore prævenerunt: & illis qui dem conferatur gratuitum donum, istis vero debitum premium repēdatur, illi nullius sint laudis ac meriti, qui nihil boni habent, nisi quod acceperint, isti autem & gloria abundent, & remuneratione diteſcant, qui propria facultate deuoti, quod non acceperant, obtulerunt: atq; ita Iesus Christus alios liberatos inuenerit, alios liberauit, & non ad omnes pertineat, qui ait: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos: sunt a quibus, cum eos non elegisset, electus est, non ad omnes pertineat: Nemo potest

CAS. Dominus ē, protector, & susceptor noster.

Mat. 1. Act. 4. Dogma hęreticū qđ dñs nr Iesus Christus ē quorundā saluator, & quorundam susceptor.

Ioan. 15. Ioan. 6.

venire ad me nisi ei datum fuerit a patre meo, si sunt, qui non dante patre ad filium venire potuerunt, non ad omnes pertineat, quod ait Euangelista. Erat lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, si sunt, qui aut ita in hunc mundum venerunt, vt non essent tenebræ, aut ita lux esse cœperunt, vt illuminatione veri luminis non egeant, nec de omnibus adoptatis accipiendum sit, quod ait Apostolus: Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnū filij dilectionis suæ, siquidem & ipsi rumpant vincula sua: & iugo veteris captiuitatis excusso, a damnatione diaboli in regnum dei libera alacritate transcurrant. Hæc si possunt intra vnam ecclesiam prædicari, vt neutra opinio alteri cedat; sed inuicem vtraque succumbat, potest fieri vt recipiamus quod Pelagiani tenent & Pelagiani recipiant quod tenemus, sed hoc modo non tam illi catholici, quam nos erimus, quod absit, Pelagiani. contrariorum enim permistio meliorum defectio est, quia cum virtus vitium recipit non a vitio, sed a virtute discedit. Nullo igitur modo Christiana corda suscipiunt, quod persuadere conatus es eos, qui gratia dei sunt, nec laudem vllam habere, nec meritum, & ab eo qui venit saluare quod perierat, partem Christianorum saluatam, partem vero esse susceptam, quoniam discipuli euangelicæ, apostolicæque doctrinæ non alta sapientes, sed humilibus consentientes insaniam istā superbæ elationis horrescunt. In toto quippe ecclesiæ corpore, atque in singulis membris quod mortuum erat viuificatum est, quod captiuum fuerat, redemptum est, quod cæcatum erat, illuminatum est, quod perierat, quæsitum est, quod errabat inuentum est, nec secundum nouam participationem istā aliorum saluator, aliorum susceptor, sed omnium vsque quaque fidelium & saluator, & susceptor est Christus, nec merito, ac laude priuantur, qui vnde æterna bona mereantur, accipiunt, tantoque beatiores fiunt, quanto pauciora habuerunt, quæ ipsorum sunt, & quanto plura quæ dei sunt. Non enim conturbat nos superbientium inepta quærimonia, qua liberum arbitrium causantur auferri: & si principia, & profectus, & perseuerantia in bonis vsque in finem, dei dona esse dicantur, quoniam opitulationes diuinæ gratiæ, stabilimēta sunt voluntatis humanæ. Volentes oramus: & tamen misit deus spiritum in corda nostra clamantem Abba pater. Volentes loquimur, & tamen si pium est quod loquimur, non sumus loquentes nos, sed spiritus patris nostri loqnitur in nobis. Volentes operamur salutem nostram, & tamen idipsum velle, atque opera deus est, qui operatur in nobis, Volētes

Ioan.1.
Colo.2.
Gala.4.
Mat.10.
Phili.2.
1.Ioan.4.
Rom.5.

tes diligimus dominum, & proximum, sed tamen charitatis, ex deo est, diffusa in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Hoc de fide, hoc de toleratia passionum, hoc de pudicitia coniugali, hoc de continentia virginali, omnibusq; virtutibus sine exceptione profitemur, quod nisi donata essent nobis, non inuenirētur in nobis: & quod liberum arbitrium naturaliter homini inditum maneat in natura: sed qualitate, & conditione mutata, per mediatorem dei, & hominum hominē Iesum Christum, qui ipsam voluntatem ab eo, quod pertuerse volebat, auertit, & in id quod ei bonum esset, velle conuertit: vt delectatione affecta, fide mūdata, spe recta, charitate accensa liberalem seruitutem susciperet: & seruilem abijceret libertatem. Ex his igitur definitiōibus, quas hactenus quædam prętermittendo discussimus, nō obscurum, atq; ambiguum est, quod de gratia dissentiāt, qui synceris simis eius defensoribus obloquuntur, & pacem victricis ecclesiæ resumptis de damnatorum schola quæstiunculis inquietat, quas si, vt audiuimus, tractaremus, fieret sermonis nostri immoderata prolixitas, cum de his, quæ de ipsorum stylo innotuerunt, facile pius lector intelligat ad quę prępcipitia perueniatur his callibus & in quam lutulentorum riuorum cœnosam vliginem, e cuius voragine humor exudet. Necessarium sane æstimo ante conclusionem voluminis ea quę ostendimus nō congruere catholicæ veritati, breuiter, coniunctimque dicere, vt quę interiectis responsionibus nostris possint recordationem legentis effugere, fidelius simul decursa recolantur. Prima ergo definitione dictum est. Non solum actuum, verum etiam cogitationū bonarum ex deo esse principium, qui nobis & initia sanctæ voluntatis inspirat, & virtutem atque opportunitatem eorum, quæ recte cupimus, tribuit peragendi. Omne enim datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum, qui & incipit quæ bona sunt & exequitur, & cōsumat in nobis, quod & nos valde amplectimur, catholicum esse profitemur. Secunda definitione dictum est. Adest igitur inseparabiliter nobis diuina protectio, tantaq; est erga creaturam suā pietas creatoris, vt non solū comitetur eam sed etiam prędcedat iugiter prouidētiam, quam expertus propheta confitetur, dicēs, Deus meus, misericordia eius prędueniet me. Qui cū in nobis ortum quendam bonæ voluntatis inspexerit, illuminat eam, atque confortat & incitat ad salutē incrementū tribuens ei, quam vel ipse plātauit, vel nostro conatu viderit emersisse. Iā hic a prędmissa definitione discedit, & quod totum gratiæ fuerat datum, ex patre hunc

Virtutes oēs nisi donatę essent nobis, nō repirētur in nobis.
1.Tim.2.
1
Iaco.1.
2
Psal.58.

3 libero arbitrio deputatur. Tertia definitione dictum est. Nisi quod in his omnibus & gratia dei, & libertas declaratur arbitrii, quia etiam suis interdum motibus homo ad virtutum possit extendi appetitus, semper vero a domino indigeat adiuuari. Nec enim cum voluerit quis sanitate perfruitur: aut de ægritudinis morbo pro arbitrij sui desyderio liberatur, quasi medicus noster nõ etiam hoc donet morbidis: vt & veram desyderent sanitatem. Quarta definitione dictum est: vt autem euidentius clareat etiam per naturæ bonum, quod beneficio creatoris inductum est, nonnunquam bonarum voluntatum prodire principia, quæ tamen, nisi a domino dirigantur, ad consumationem virtutum peruenire non possunt: Apostolus testis est, dicens. Velle adiacet mihi,

Roma,7. perficere autem bonum non possum, quasi apostolus ex naturali affectu, & non ex gratiæ dono, bonam habeat voluntatem qui profitetur ex deo sibi esse sufficientiam

5 cogitandi. Quinta definitione dictum est. Et ita sunt hæc quodammodo indiscrete permista, atque confusa, vt quid ex quo pendeat inter multos magna questioue voluatur, id est vtrum quia initium bonæ voluntatis præbuerimus, miseratur nostri deus: an quia deus miseretur, consequamur bonæ voluntatis initium: Multi enim singula hæc credentes, ac iusto amplius asserentes, variis, sibique contrarijs sunt erroribus inuoluti. Si enim dexeriuus nostrum esse bonę principiũ voluntatis, quid fuit

Act.9. Mat.9. in persecutore Paulo? quid in publicano Matthęo? quorum vnus cruore ac supplicijs innocentium, alter violẽtiis, ac rapinis puplicis incubans attrahitur ad salutem.

Luc.19. Luc.23. Sin vero pro gratia dei semper inspirari bonę voluntatis principia dixerimus, quid de Zachæi fide? quid de ilius in cruce latronis pietate dicemus? qui desiderio suo vim quandam regnis cœlestibus inferentes specialia vocationis monita prœuenerunt. In errore esse dicitur & is, qui ex gratia nasci bonam voluntatem, & is, qui dicit gratiam ex bona voluntate pendere: & tamen vtrąq; sentẽtia suscipienda decernitur, dum vnius in Paulo, & Matthæo, alterius in Zacheo & latrone forma præfigitur:

6 Sexta definitione dictum est. Hæc ergo duo, id est gratia & liberum arbitrium, sibi quidem inuicem videntur aduersa: sed vtraque concordant: & vtraque nos pariter debere suscipere pietatis ratione colligimus, ne vnum horum homini subtrahentes, ecclesiasticæ fidei regulam excessisse videamur. Quasi ita vtrunque recipiendum sit: vt in alijs hominibus voluntas gratiam, in aliis gratia præueniat voluntatem: & non ita vt in omnibus voluntas gratiam subsequatur. Quoniam secundum ipsos

auferatur

auferatur liberum arbitrium, cum gratia præuenitur?

7 Septima definitione dictum est. Concepit ergo Adã post prœuaricationem, quam non habuerat, scientiam mali, boni vero, quam acceperat, scientiam non amisit, cum vtrunque sit falsum, quia & a quanto malo Adam caue rę deberet, deo monente prædidicit & in quanto bono esset constitutus, dum diabolo credit, oblitus est. Sicut autem pessima scientia mali est malum esse, ita pessima ignorantia boni est bonum non posse. Octaua definitione dictum est. Vnde cauendum nobis est, ne ita ad

8 deum omnia sanctorum merita referamus: vt nihil nisi, id quod malum est humanæ ascribamus naturæ, quasi natura ante gratiam non sit in damnatione: non sit in ęcitate: non sit in vulnere, aut non gratis iustificati sint, quorum inde sunt merita, vnde iustitia. Nona definitione dictum est. Dubitari ergo non potest inesse omni

9 animæ naturaliter virtutum semina beneficio creatoris inserta: sed nisi hæc opitulatione dei fuerint excitata ad incrementum perfectionis non potuerunt peruenire, quasi de spiritalibus bonis nihil Adam prœuaricando perdiderit, & virtus non vt habeatur, danda: sed vt facilius perfectionem ad prehendat, hortanda sit. Decima defi-

10 nitione dictum est. Quod etiam in Iob probatissimo athleta suo, cum eum diabolus expetisset ad singulare certamen, diuinam legimus prouidisse iustitiam. Si enim contra inimicum non sua virtute: sed dei solius fuisset gratia protegente congressus, & absque vlia virture patientiæ suæ, diuina tantum opitulatione suffultus, multiplices illas, ac tota inimici crudelitate quęsitas tentationũ moles, & exitia pertulisset, quomodo non illam calumniosam diabolus, quam prius emiserat, vocem aduersus Iob.1. eum iustius iterasset? Nunquid Iob gratis colit deum?

Nonne tu vallasti eum, & vniuersam substantiam eius De hoc fusius ī per circuitum? sed auser manum tuam, id est sine eum suis mecum viribus decertare nisi in faciem tuam maledi- pſ.psal. 29. i.1. xerit tibi. Sed cum nullam huiusce modi quærimoniam To.ho.opus. calumniosus hostis post conflictum audeat iterare, non dei, sed illius se victum viribus confitetur. Licet etiam gratia dei non in totum illic defuisse credenda sit, quæ tantam tentatori tentandi tribuit potestatem, quanta m & illum resistendi nouerat habere virtutem, si deus sciuit tantummodo quid Iob posset, non etiam donauit vt posset, testis patientiæ eius, non auxiliator fuit. Et in quo erit necessarium gratiæ adiutorium, si humanis solis viribus tanta illa est parta victoria? Vnde-

11 cima definitione dictum est de Centurionis fide: miratur eum dominus, atque collaudat, cunctisque illis,

Matth. 8.

qui ex Israelis, populo crediderant præfert, dicens: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Nullius enim laudis esset, ac meriti, si id in eo dominus, quod ipse donauerat, prætulisset. Impius sensus, qui putat beatiorem esse hominem, cui deus nihil dederit, quam cui vniuersa contulerit. Duodecima definitione dictum est. Inde est quod orantes non solum protectorem, sed etiam susceptorem dominum proclamamus. In eo enim quod prior aduocat, & ignorantes nos, atque inuitos attrahit ad salutem protector, atque saluator est, in eo autem quod annitentibus nobis opem ferre, refugientesque suscipere, ac munire consueuit, susceptor, ac refugium nominatur. Huic sententiæ is potest prebere consensum, qui se a Christo non vult esse saluatum. His itaque definitionibus hoc docetur, hoc scribitur, hoc editis disputationibus prædicatur, quod Adam peccante anima eius læsa non fuerit, sanumque in eo manserit vnde peccauerit. Siquidem scientiam boni, quam acceperat, non amiserit, nec potuerunt posteri eius id perdere, cuius damnum nec ille pertulerit. Inesse autem omni animæ naturaliter virtutum semina beneficio creatoris inserta, vt possit, qui voluerit iudicio naturali dei gratiam præuenire, & adiutorium eius, quo facilius ad perfectionem perueniat, promereri. Quia nullius sit laudis, ac meriti, qui donatis bonis, non propriis ad ornatur. Cauendum quoque esse, ne ita ad deum omnia sanctorum merita referantur, quasi per se nihil boni possit agere ipsa humana natura, cum tanta sit virium eius integritas, vt contra ipsum diabolum, fœuitiamque eius vsque ad extrema supplicia, sine auxilio dei valeat dimicare. Hanc autem possibilitatem in omnibus esse hominibus naturalem: sed non omnes ingeneratis sibi vti velle virtutibus.

12

dogma hereticũ qđ pars ex gra, & pars ex lib. saluet arbitrio.

Tantam autem circa vniuersos homines bonitatem esse creatoris, vt alij ab eo, quia sponte veniant, suscipiantur laudati, alij quia resistunt, attrahantur inuiti, atque ideo volentium susceptor, nolentium vero saluator sit. Et cum pars ecclesiæ ex gratia, pars autem ex libero iustificetur arbitrio, gloriosiores sint quos natura prouexerit, quam quos gratia liberauit. Quia ad omne opus bonum tam libera sit voluntas in Adæ posteris, quam in Adam fuerit ante peccatum. En cuius dogmatis sunt magistri? qui vt catholicorum mentium castitatem, gratiæ defensores calumniando, corrumpant, præcipuum in nostro tempore in doctrina ecclesiastica virum rabido ore concerpunt, creduntque se omnia authoritatum munimina posse conuellere, si hanc pastoralis

lis speculæ validissimam turrem crebra Pelagiani arietis illisione pulsauerint (firmum quidem fundamentum dei stat) sed congruenter isti in eo desunt partibus suis. Dignum quippe est, vt quorum sequuntur sententiam, imitentur insaniam: nec enim possunt alia dicere, quam quædam quæ naturorum quærelis, & procacissimi Iuliani sunt vulgata conuitijs. Paria sunt vnius seminis germina, & quod latebat in radicibus, manifestatur in fructibus. Non ergo cum istis noua acie dimicandum est, nec quasi contra ignotos hostes specialia sunt ineunda certamina, tunc istorum machinæ fractæ sunt, tunc insuperbiæ suæ socijs, ac principibus corruerunt, quando beatæ memoriæ Innocentius nefandi erroris capita apostolico mucrone percussit, quando Pelagium ad profe- Innocentus Papa
rendam in se, suosque sententiam Palæstinorum episcoporum synodos cohortatus est, quando Africanorum
conciliorum decretis beatæ recordationis papa Zosi- Zosimus Papa
mus sententiæ suę robur adnexuit: & ad impiorum detruncationem gladio Petri dexteras omnium armauit
antistitum, quando sanctæ memorię Papa Bonifacius pi Bõifacius papa
issimorum Imperatorum catholica deuotione gaudebat: & contra inimicos gratię dei non solum Apostolicis, sed etiam regijs vtebatur edictis: & quando idem, cum esset doctissimus, aduersum libros tamen Pelagianorum beati Augustini Episcopi responsa poscebat. Vnde & vene
rabilis memoriæ Pontifex Cœlestinus, cui ad catholicę Cœlestīus papa
ecclesiæ præsidium multa dominus gratię suæ dona largitus est, sciens damnatis non examen iudicij, sed solum Dõnatis nõ exa
sententiæ remedium esse præstandum, Cœlestium quasi mẽ iudicij, ſ; ſo
non discussi negotij audientiam postulantem totius Ita- lũ ſentẽtię reme
liæ finibus iussit extrudi, adeo & præcessorum suorum diũ ẽ pſtãdũ.
statuta, & decreta synodalia inuiolabiliter seruanda censebat, vt quod semel meruerat abscindi, nequaquam admitteret retractari. Nec vero segniore cura ab hoc eodem morbo Britannias liberauit, quando quosdam inimicos gratiæ solum suæ originis occupantes etiam ab illo secreto excluſit Oceani: & ordinato Scotis Episcopo dum Romanam insulam studet seruare catholicam, fecit etiam Barbaram Christianam. Per hunc virum etiam orientales Ecclesiæ gemina peste, purgatæ sunt, quando Cyrillo Alexandrinæ vrbis antistiti gloriosissimæ fidei catholicæ defensori, ad extirpandam Nestorianam impietatem Apostolico auxiliatus est gladio, a quo etiam Pelagiani, dum cognatis confederantur erroribus, iterum posternerentur. Per hunc virum intra Gallias istis ipsis, qui sanctæ memoriæ Augustini scripta reprehendunt, male lo-

quentiæ est adempta libertas, quando consulentium actione susceptâ, & librorum, qui errantibus displicebant, pietate laudata, quid oporteret de eorum authoritate sentiri, sancto manifestauit eloquio, euidenter pronuncians quantum sibi, præsumptionis istius nouitas displiceret, qua auderent quidem aduersum antiquos magistros insolenter insurgere in disciplinata calumnia, prædicationi veritatis obstrepere Augustinum inquiens sanctæ recordationis virum, pro vita sua, atque pro meritis in nostra semper commendatione habuimus, nec vnquam hunc sinistræ suspicionis saltem rumor aspersit, quem tantæ scientiæ olim fuisse meminimus: vt inter magistros optimos etiam a meis semper decessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune senserunt, vtpote qui vbique cunctis & amorifuerit & honori.

Ex decretis Cœlestini c. 2. infra.

Contra istam clarissimæ laudationis tubam, contra istã sacratissimi testimonij dignitatem audet quisquam malignæ interpretationis murmur emittere? & perspicuæ, syncerissimæque sententiæ nubem obliquæ ambiguitatis obtendere? vt scilicet quia in epistola papæ, librorum, pro quibus actum est, non expressus est titulus, hinc eos appareat non probatos: & istam in sanctum Augustinum laudationem pro anteriorum scriptorum meritis fuisse collatum? Maneat plane, maneat ista conditio: vt horum librorum nouitas repudiata videatur, si in eadem causa eiusdem viridis sentit antiquitas: & aut inutile, aut incongruum iudicetur, quod ab his, quæ contra Pelagianos condidit, dissonans inuenitur. Vt itaque omittamus ea volumina, in quibus ab exordio episcopatus sui multo, priusquam impugnatores gratiæ exurgerent, pro gratia disputauit, legantur tres ad Marcellinum ipsius libri, ad sanctum Paulinum Nolanum Episcopum epistola retractetur, ad beatissimum quoque Apostolicæ sedis tunc presbyterum Xystum, nunc vero pontificem, emissæ paginæ recurrantur, ad sanctum Pinianum, ad Valerium comitem, ad seruos Christi Timasium & Iacobum distinctim edita volumina reuoluantur, si libri priores contra Iulianum, vnus ad sanctum Aurelium Carthaginis Episcopum de gestis Palæstinis, alius ad Paulinum & Eutropium sacerdotes contra Pelagij & Cælestij quæstiones: & ad beatæ memoriæ Papam Bonifacium quatuor volumina recensentur, & si in his omnibus operibus, multisq; alijs quę enumerare lõgum est, idem doctrinæ spiritus, eadem prædicationis forma præcessit, agnoscant calumniatores superfluose obijcere, quod his libris non speciale, necq; discretum testimonium sit perhibitum, quorum in cunctis voluminibus norma laudatur.

Augustin. p gra di sputauit, aliquã Pelagiana esset hæresis exorta.

laudatur. Apostolica enim sedes quod a prænotis sibi non discrepat, cum præcognitis probat & quod iudicio iungit, laude non diuidit. Qui ergo hos proxime editos libros refutant, anterioribus acquiescant: & his, quæ pro gratia Christiana prius sunt conscripta, consentiant. Sed non faciunt, sciunt enim omnia Pelagianis esse contraria, & nihil posse competere ad consequẽtium resolutionem, si confiteantur in præcedentibus cõsistere veritatem. Igitur huiusmodi hominum prauitati non tam disputationum studio, quam authoritatum priuilegio resistendum est: vt de prostrati dudum dogmatis corpore nullum membrum sinatur assurgere. Quia norũ est ita falsitatis istius haberi versutias: vt si ei licet at prætenta correctionis imagine aliquid sibi fauentium radicis suæ germen excipere, totam se possit in exigua sui parte reparare. Vbi enim non aliud habet summa quam portio, non est deuotionis dedisse prope totum: sed fraudis restituisse vel minimum. Quod ne hyppocritarum obtineatur insidiis, confidimus domini protectione præstandum, vt quod operatus est in Innocentio, Zosimo, Bonifacio, Cœlestino, operatur & in Xysto: & in custodia dominici gregis hæc sit pars gloriæ huic reseruata pastori, vt sicut illi lupos abiecere manifestos, ita hic depellat occultos. Illo auribus suis doctissimi senis insonante sermone, quo collaborantem secum hortatus est, dicens. Sunt enim quidam, qui iustissime damnatas impietates adhuc liberius defendendas putant: & sunt qui occultius penetrant domus: & quod in aperto clamare iam metuunt, in secreto seminare non quiescunt, sunt autem qui omnino silurunt magno timore compressi: sed adhuc corde retinentes, quod ore iam proferre non audent, qui tamen (sic fratribus possunt ex priore ipsius dogmatis defensione notissimi. Proinde alij seuerius coercendi, alii vigilantius vestigandi, alij tractandi quidem lenius, sed nõ segnius sunt docendi, vt si non timentur ne perdant, non tamen negligantur, ne pereant. Sufficienter (vt arbitror) demonstratum est, reprehensores sancti Augustini & vana obijcere, & recta impugnare, & praua defendere, peremptorum armis intestinum bellum mouentes dictis diuinis, atque humanis constitutionibus rebellare, quorum tamen dum adhuc non sunt a fraterna societate diuisi, tolerandamagis est intẽtio, quam desperãda correctio, vt donec dominus per ecclesię principes: & legitimos iudiciorum suorum ministros, hæc quę per paucorum superbiam, & quorundam imperitiam sunt turbata, componat, nobis deo adiuuante sit studium quieta, modestaq; patientia

Magis tolerãda intẽtio pelagianorũ q̃ desperãda correctio.

patientia odijs dilectionem reddere, & ineptorum vitæ conflictus, veritatem non deserere, nec cum falsitate certare, semperque a deo petere, vt in omnibus cogitationibus, in omnibus voluntatibus, in omnibus sermonibus, atque actionibus nostris ipse teneat primatum, q̃ se dixit esse principium, quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Finis liberi Sancti Prosperi Aduersus librũ Ioã. Cassiani Monachi, quem de protectione dei Cassianus ipse inscripsit

EPISTOLA SANCTI AVRELII EPISCOPI CARTAGINEN. AD OMNES EPIscopos per Bizacænam, & Arziguitanam prouinciam constitutos, de damnatione Pelagij, atq̃ Cœlestij.

DILECTISSIMI ac desyderabilibus fratribus, & consacerdotibus, Donatiano primæ sedis, Ianuario, Felici, Palatino, Primiano, Caiano, Ethalio, Ianuario, Victorino, & cæteris pertractatũ, prouinciæ Bizacænæ, & Arziguitatę cõstitutis Aurelius episcopus, super Cœlestij, & Pelagij dãnatione eorũque dogmati, participem sanctã dilectionẽ vestrã in plenario concilio fuisse cõmemini, dilectissimi & desyderabiles fratres: sed quoniam pro honore dei, in cuius manu corregis est constitutum, gloriosissimorum principum christianorum fidem rectam, & catholicam custodientium, accessit authoritas, quam per humilitatẽ meã Vniuersis episcopis meis voluit intimari. idcirco honorabilẽ fraternitatẽ vestrã missis exẽplaribus instruere festinaui, ne in aliqua parte prouinciæ supradictorũ serpẽtina persuasio, ab vniuersali ecclesia totius orbis exclusa, fortasse subrepat, ob hoc ergo tam necessaria constitutio christianorũ principũ charitatẽ vestrã latere non debuit, & ad me ab eis datæ, quarũ simul exẽplaribus lectis, quẽadmodũ subscribere vnusquisq̃ vestrũ debeat, dilectio vestra cognoscat, siue quorũ synodalibus gestis subscriptio iã tenetur, siue qui non potuistis eidem plenario totius Africæ interesse cõcilio. Quod cũ de supradictorũ hæreticorũ dãnatione omnium vestrũ fuerit integrata subscriptio, nihil omnino sit, vnde vllius dissimulationis, vel negligentiæ, vel occultæ forsitan prauitatis aliqua videat merito remãsisse suspicio. Et alia manu. Opto fratres bñ viuatis mei memores. Datę ad Calẽdas Augustas Carthagine Monaxio, & Plincha Cõss.

Proverb. 21.

Epistola Decepta ex gestis synodalibus contra Pelagium hæreticũ & illa de libellis eius, quæ in Palestina synodo sibi obiecta ipsa damnare compulsus est.

QVod ad Hierusalem nolentem colligi filios suos dominus clamabat, hoc nos clamamus aduersus eos, qui filios ecclesię colligi nolunt, nec saltem post iudicium, quod de ipso Pelagio in Palestina factum est, corriguntur, de quo damnatus exisset, nisi obiecta sibi contra gratiam dei dicta, quę obscurare non potuit, ipse damnasset. Prꝫter illa enim quę, quomodo potuit, ausus est qualicunq̃ ratione defendere, obiecta sunt quędam, quę nisi remota omni tergiuersatione anathematizasset, ipse anathema factus esset. Obiectum est enim cum diceret Adam mortale factum, qui siue peccasset siue non peccasset moriturus esset. Et quod peccatum ipsius ipsum solum lęserit, non genus humanum. Et quod infantes nuper nati in illo statu sint, in quo Adam fuit ante prævaricationem. Et quod neque per mortem, vel prævaricationem Adæ omne genus humanũ moriatur, neque per resurrectionem Christi omne genus humanum resurgat. Infantes, etiam si non baptizentur, habere vitam ęternam. Et diuites baptizatos, nisi omnibus abrenuncient, siquid boni visi fuerint facere, non reputari illis, nec eos habere regnum dei, & gratiam dei atque adiutoriũ nõ ad singulos actus dari: sed in libero arbitrio esse, vel in lege, atque doctrina. Et dei gratiam secundũ merita nostra dari: & filios dei non posse vocari nisi omnimodo absque peccato fuerint effecti. Et non esse liberum arbitrium, si dei indigeret auxilio, quoniam in propria voluntate habet vnusquisque facere aliquid, aut non facere. Et victoriam nostram non esse ex dei adiutorio, sed ex libero arbitrio. Et quod pœnitentibus venia non detur secundum gratiam, & misericordiam dei, sed secũdũ meritũ, & laborẽ eorũ, qui per pœnitentiã digni fuerint misericordia. Hęc oĩa Pelagius sic anathematizauit, q̃d satis gesta ipsa testant, vt nihil ad ea quo quõ defendẽda disputatiõis attulit. Vnde fit consequẽs vt q̃squis sequtur illius episcopali authoritatẽ iudicii, & ipsius Pelagii confessiõnẽ, hæc tenere debeat, quæ semp tenuit

Hoc idẽ ab Aug. in epi. 105. & 106 i T. 2. & i isto. 2 To. op. et in de gra. & li. arb. ad val. c. 5. i To. 7. & i isto. 2. T. op.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12

tenuit catholica ecclesia, quod Adam, nisi peccasset, nō
fuisset moriturus, quod peccatum eius non ipsum solum
lęserit, sed & genus humanum, quod infantes nuper nati, non sint in illo statu, in quo Adam fuit ante prævaricationem, Vt ad ipsos etiam pertineat, quod breuiter ait Apostolus, Per vnum hominem mors, & per vnum hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificantur. Vnde fit vt infantes non baptizati, non solum regnum cœlorum, verū etiam vitā æternam habere nō possint. Vt confiteatur diuites baptizatos, etiam si diuitijs suis non careant: & sint tales, quales ad Timotheum describit Apostolus, dicens. Præcipe diuitibus huius sęculi nō superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum suarum: sed in deo viuo, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruēdum, diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentū bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam, nō eos regno dei posse priuari. Vt confiteatur gratia dei, & adiutorium etiam ad singulos actus dari, eamque non dari secundum merita nostra, vt vera sit gratia, id est gratis data per eius misericordiam, quam dixit, Miserebor, cui misertus ero: & misericordiam pręstabo, cui misericors fuero. Vt fateatur filios dei vocari posse illos, qui quotidie dicunt: Dimitte nobis debita nostra: quod vtique non veraciter dicerent, si essent omnino absq; peccato. Vt fateatur esse liberum arbitriū, etiā si diuino indiget adiutorio. Vt fateatur quando contra tentationes, concupiscentias q; illicitas dimicamus, quanuis illic habeamus & propriam voluntatem, nō tamen ex illa: sed ex adiutorio dei victoriam nostram. Non. n. aliter verum erit, quod Apostolus ait. Nō volentis, neq; currētis, sed miserentis est dei. Vt fateatur secundum gratiam, & misericordiam dei veniam pœnitentibus dari, non secundū meritū eorum. Quandoquidē etiam ipse pœnitentiā donū dei dixit Apostolus, vbi ait de quibusdā, ne forte det illis deus pœnitentiam. Hæc omnia simpliciter sine vllis fateatur ambagibus siquis in authoritatem catholicā, & ipsis Pelagij expressa ex ecclesiasticis gestis verba consentit. Neque enim illa, quæ his sunt contraria, veraciter anathemata esse credendum est, nisi hæc quibus sunt contraria fide et corde teneantur, & aperta confessione promantur.

1.Cor.15.
1.Tim.6.
Exod.33.
Roma.9.
Matth.6.
Roma.9.

Finiunt capitula, in quibus tam Christiani dogmatis professio est, quam Pelagiani erroris scelerata inuentio.

CAPITA TRE-
DECIM DECERPTORVM COELESTINI PAPAE PRO PROspero, & Hilario de gratia dei aduersus quosdam Galliarum Presbyteros, Pelagij sectatores.

DILECTISSIMIS Fratribus Venerio, Marino, Leontio, Auxonio, Arcadio, Philatio, & cæteris Gallię episcopus Cœlestinus episcopus Apostolici verba præcepti sunt, Apud Iudęos, atque gentiles sine offensione nos esse debere, hoc quisquis christianus est, tota animi virtute custodit. Quod cum ita sit, non parum periculi illum manere poterit ante deum, qui hoc detractat etiam fidelibus exhibere. Nam qualiter nos, qui neminem perire volumus, ista cō tristent, quæ authoribus Christianis, percellunt animos Christianos, dominicus in Euangelio sermo testatur. Ait enim ipse saluator, quod expediat scandalizanti vnum de pusillis in maris profunda demergi. Et ideo quæ sit eius iam pœna quęramus, cui tale supplicium legimus expedire. 1.Cor.10. Matth.18. Mar.7.

FILII Nostri præsentes Prosper & Hilarius, quorum circa deum nostrum sollicitudo laudanda est tātum nescio quibus presbyteris illic licere, qui dissensioni ecclesiarum studeant, sunt apud nos prosecuti, Vt indisciplinatas quęstiones vocantes in mediū, pertinaciter eos dicant prędicare aduersantia veritati: sed vestrę dilectioni istius imputamus, quando illi supra vos habent copiam disputandi. Legimus supra magistrum non esse discipulum. Hoc est, non sibi debere quenquam ad iniuriam doctorum vindicare doctrinam. Nam & hos ipsos deo nostro positos nouimus ad docendum, cum sit, dicē te Apostolo, eis tertius locus intra ecclesiam deputandus. Quid illic spei est, vbi magistris tacentibus hi loquuntur, qui si ira est, discipuli non fuerunt? Timeo ne conuiuere sit hoc tacere, timeo ne magis ipsi loquantur qui permittunt illis taliter loqui. In talibus causis non caret suspitione taciturnitas, quia occurreret Veritas, si falsitas displiceret. Merito nāq; causa nos respicit, si cū silentio fauemus errori. Ergo corripiantur huiusmodi, non

1.Cor.1. Luc.19 Matth.10

non sit his liberum habere pro voluntate sermonem. Desinat, si ita res sunt, incessere nouitas vetustatem, desinat ecclesiarum quietem inquietudo turbare. Conantur sępæ naufragio mergere, quos intra portum stantes statio facit fida securos. Fida quippe est omnium statio, quorum perfectis gressibus vestigia non mouentur. Recurrerunt ad apostolicam prędicti sedem, hęc ipsa nobis quæ tentat perturbatio, conquerentes. Habetote fratres carissimi pro catholicę plebis pace tractatum, sciant se, si tamen censentur presbyterij dignitate, vobis esse subiectos, sciant omnes, qui male docent, quod sibi magis discere competat, quam docere. Nam quid in ecclesijs vos agitis, si illi summam teneant prædicandi? Nisi forte illud obsistat, quod non authoritate, non adhuc ratione colligitur, vt aliqui e fratrum numero, nuper de laicorum consortio in collegium nostrum fortassis admissum nesciant, quid sibi debeant vindicare. Super his multa iam dicta sunt eo tempore, quo ad fratris Tuentij dedimus scripta responsum, nunc tamen repetentes sępius admonemus: vt vitentur huiusmodi, qui laborãt per terras aliud, quam ille noster iussit agricola semina re, nec tamen mirari possumus, si hęc erga viuentes hi nunc tentare audent, qui nituntur etiam quiescentium fratrum memoriam dissipare.

De sancto Episcopo Augustino mira laudis assertio.

AVGVSTINVM Sanctæ recordationis virum ꝓ vita sua, atque meritis in nostra communione semper habuimus nec vnquam hunc sinistræ suspitionis saltem rumor asperxit quem tantæ scientię olim fuisse meminimus, vt inter magistros optimos etiam a meis semper decessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune senserũt, vtpote qui vbique cunctis, & amori fuerit, & honori, vnde resistendum talibus quos male crescere videmus. Nefas est hæc pati religiosas animas, quarum afflictione, quia membra nostra sunt, nos quoque conuenit macerari, quãuis maneat his beatitudo promissa, quicunque probantur persecutionem propter iustitiam sustinere, quibus quid promittat dominus futurum, sequens sermo declarat. Non est agentium causa * solorum vniuersalis ecclesia, quacunque nouitate pulsat, intelligamus hæc ipsa vobis, quæ nobis nõ placent, displicere. Quod ita demũ, pobare poterimus, si ꝑposito improbi silentio, de tali re in posterũ, ꝙrelas cessauerit, deus vos icolumes custodiat fratres charissimi.

Matth. 5.

* Als sola cũ.

Sedis

Sedis Apostolicę Episcoporum authoritates de gratia Dei.

QVIA Nonnulli, qui catholico nomine gloriantur, in damnatis autẽ hęreticorũ sensibus seu pravitate, siue imperitia demorantes, pijssimis disputatoribus obuiare presumunt: & cum Pelagium, atque Cœlestium anathematizare non dubitent, magistris tamẽ nostris, tanquam necessarium modo excesserint, obloquũtur, eamque tantummodo sequi: & probare profitẽtur, quæ sacratissima, Beati Apostoli Petri sedes contra inimicos gratię dei per ministerium præsulum suorum sanxit, et docuit. Necessarium fuit diligẽter inquirere, quid rectores Romanæ ecclesię de hęresi, qua eorum temporibus exorta fuerat, iudicarint: & contra nocentissimos liberi arbitrij defensores quid de gratia dei sentiendum esse censuerint, ita vt etiam Africanorum conciliorum quasdam sententias iungeremus, quas vtique suas fecerunt Apostolici antistites, dum illas comprobarent vt ergo plenius, qui in aliquo dubitant instruantur, constitutiones sanctorum patrum compẽdioso manifestamus indiculo, quo siquis non nimium est contentiosus, agnoscat omnium disputationum cõnexionem ex hac subditarum authoritatum breuitate pendere, nullamque sibi contradictionis superesse rationem, si cum catholicis credat & dicat.

Quod Adam omnes homines leserit, nec quenquam nisi Christi gratia, posse saluari.

IN Præuaricatione Adæ omnes homines naturalem possibilitatem, & innocentiam perdidisse: & neminẽ de ꝓfundo illius ruinæ per liberũ arbitriũ posse cõsurgere, nisi eũ gratiæ dei * miserẽtis erexerit ꝓuẽcia te beatæ memorię Papa Innocẽtio, atq; dicẽte in epistola ad Carthagi. cõcilũ, Liberũ. n. arb, ille ꝓpessus, dum suis incõsultius vtit bonis, cadẽs in ꝑuaricationis ꝓfunda demersus est, etnihil, quẽadmodũ exinde surgere posset inuenit, suaq; in ęternũ libertate deceptus huius ruinæ latuisset oppressu, nisi eũ postea Christi ꝓ sua gratia reuelasset et aduẽtus ꝙ ꝑ nouę regenerationis purificationẽ omne prætęritũ vitiũ sui baptismatis lauacro purgauit.

Hoc idẽ in mile. Aphr. & Araus. concil ab eccle. determinatum.

* Alias miserantis.

Quod nemo sit bonus suis viribus, nisi participatione eius, qui solus bonus est.

NEMINEM Esse per semetipsum bonũ, nisi participationẽ sui ille e donet, ꝙ solus est bonus, quod in

Cuius initiũ est inquirẽdo de his rebus quas oĩ.

In eadem Epist. cuius initium inquirendo.

in eisdem scriptis eiusdem pontificis sententia protestatur, dicens. Nunquid nos de eorum post hac rectum mẽtibus æstimemus, qui sibi se putant deberi quod boni sunt, nec illum considerant cuius quotidie gratiam consequuntur, qui sine illo tantũ se adsequi posse cõfidunt.

Quod nisi gratia Dei continua iuuemur, insidias diaboli superare non possumus.

In Episto. supra allegata.

NEMINEM Etiam baptismatis gratia renouatum idoneum esse ad superandas diaboli insidias & ad euincendas carnis concupiscentias nisi per quotidianũ adiutorium dei perseuerantiæ bonę conuersationis acceperit, quod eiusdem antistitis in ijsdem paginis doctrina cofirmat, dicens. Nam quanuis hominem redemerit a præteritis ille pecatis, tamen sciens illum iterum, posse peccare, ad reparationem sibi, quemadmodum posset illum & post ista corrigere, multa seruauit, atque quotidiana præstat ille remedia, quibus nisi freti, confisique nitamur, nullatenus humanos vincere poterimus errores. Necesse est enim vt quo auxiliante vicimus, eo iterum non adiuuante vincamur.

Quod per Christum libero bene vtamur arbitrio.

7 QVOD Nemo, nisi per Christum, libero bene vtatur arbitrio, idem magister in epistola ad Mileui tanmn concilium data prædicat, dicens. Aduerte tandẽ o prauissimarum mentium peruersa doctrina, quod primum hominem ita libertas ipsa decepit, vt dum indulgẽtius frenis eius vtitur, in præuaricationem præsumptione concideret, nec ex hac potuit erui, nisi ei prouidentia regenerationis statum prestinę libertatis Christi domini reformasset aduentus.

Quod omnia sanctorum merita dona sint dei.

8 Nemo deo placet nisi ex eo qđ ipse donauerit. Hęc epi. zosimi Papę adhuc pro tẽpore latet nos

QVOD Omnia studia, & omnia opera, ac merita sanctorum ad dei gloriam laudemque referenda sint, quia nemo aliunde ei placeat, nisi ex eo, quod ipse donauerit, in quam nos sententiam dirigit beatę recordationis Papę Zosimi regularis authoritas, cum scribens ad totius orbis episcopos ait. Nos autem instinctu dei (omnia enim bona ad authorem suum referẽda sunt vnde

vnde nascuntur) ad fratrum, & coepiscoporum nostrorum conscientiam vniuersa retulimus: Hunc autem sermonem synceris simę veritatis luce radiãtem tanto Afri Episcopi honore venerati sunt, vt ita ad eundem virum rescriberent. Illud vero, quod in literis, quas in vniuersas prouincias curasti esse mittendas, posuisti dicens: Nos tamen instinctu dei, &c. sic accipimus dictum, vt illos, qui contra dei adiutorium extollunt humani arbitrij libertatem, districto gladio veritatis, velut cursum transiens, amputares. Quid enim tam libero fecisti arbitrio, quam quod vniuersa in nostræ humilitatis conscientiam retulisti, & tamen instinctu dei factum esse fideliter, sapienterque vidisti, veraciter, fideiterque dixisti? Ideo vtique, quia præparatur voluntas a domino, & vt boni aliquid agant paterius inspirationibus suorum ipse tangat corda fidelium. Quorquot enim spiritu dei aguntur, hi filij dei sunt, vt nec nostrum deesse sentiamus arbitriũ, & in bonis quibusque voluntatis humanæ singulis motibus magis illius valere non dubitemus auxilium. Prouerb. 8. ser. transl. 70. Roma. 8.

Quod omnis sancta cogitatio, & motus piæ voluntatis ex deo sit.

9 QVOD Ita deus in cordibus hominum, atque in ipso libero operetur arbitrio, vt sancta cogitatio, pium consilium, omnisque motus bonæ vuluntatis ex deo sit; quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus. Ad hanc enim nos professionem idem doctor instituit, qui cum ad totius orbis episcopos de diuinæ gratiæ opitulatione loqueretur, Quod ergo, ait, tempus interuenit, quo eius non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus, causisque, cogitationibus, motibus adiutor, & protector orandus est, superbum est enim, vt quicquam sibi humana natura præsumat, clamante apostolo, Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem: sed contra principes, & potestates aeris huius, contra spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Et sicut ipse iterum dicit, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Et iterum, Gratia dei sum, id quod sum; & gratia eius in me vacua non fuit: sed plus illis omnibus laboraui, non ego autem, sed gratia dei mecum. Ioan. 15. Zosimus Papa in Episto. ad oẽs episcopos, q̃ vt sup. dictũ est, nõ habeã apũd nos. Ephe. 6. Roma. 7. 1. Cor. 10, 15.

Sec. To. II Quod

QVOD GRATIA DEI NON SOLVM peccata dimittat: sed etiam adiuuet, ne committantur, & præstet, vt lex impleatur, non, sicut ait Pelagius, facile, quasi sine gratia dei difficilius possit impleri.

In Mileuit. concil. c. 3. & 5. & i Aphri. c. 78. 79 So. i. 1. To. cõci. & i d ecc. dog. c. 28. 29. 30. i T. 3. & i. 1. To. ho. op. & de cõsec. dist. 4. c. placuit vt quicunque dixerit, & ca. qsqs dixerit.

ILLVD Etiam quod intra Carthaginensis synodi decreta constitutum est, quasi proprium apostolicæ sedis amplectimur, quod scilicet tertio capitulo definitum est: vt quicunque dixerit gratiam dei, qua iustificamur per Iesum Christum dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere quæ iam commissa sunt, non etiam ad adiutorium: vt non committantur anathema sit. Et iterum. iiij. cap. Vt quisquis dixerit (gratiam dei per Iesum Christum propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipsum nobis reuelatur, & aperitur intelligentia mandatorum: vt sciamus quid appetere, aut quid vitare debeamus, non autem per illam nobis præstari, vt quod faciendum cognouimus, etiam facere diligamus, atque valeamus) anathema sit. Cum enim dicat apostolus, Scientia inflat, charitas vero ædificat, valde impium est, vt credamus ad eam quæ inflat nos habere gratiam Christi, & ad eam, quæ ædificat, non habere, cum sit vtrunque donum dei, & scire quid facere debeamus, & diligere, vt faciamus, vt ædificante charitate scientia non possit inflare. Sicut autem de deo scriptum est: Qui docet hominem scientiam, ita etiam scriptum est: Charitas ex deo est. In v. capi. vt quisquis dixerit (ideo nobis gratiam iustificationis dari: vt quod facere per liberum iubeamur arbitrium, facilius possimus implere per gratiam, tanquam si gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam siue illa implere diuina mãdata) anathema sit, de fructibus enim mãdatorũ dominus loquebat, vbi nõ ait, Sine me nihil difficilius potestis facere: sed ait, Sine me nihil potestis facere.

1. Cor. 8.

Psal. 93.

Ioan. 4.

Ioan. 15.

Quod sedis apostolicæ omnes orationes Christi gratiam resonant, qua genus humanum, ab æterna damnatione reparatur.

11 PRæter beatissimæ, & apostolicæ sedis inuiolabiles sanctiones, quibus nos pijssimi patres pestiferæ nouitatis elatione eiecta: & bonæ voluntatis exordia, & incrementa probabilium studiorum, & in eis vsque in finem perseuerantiam ad Christi gratiam referre docuerunt, obsecrationum quoque sacerdotalium sacramenta

sacramenta respiciamus, quæ ab Apostolis tradita in toto mundo, atque in omni catholica ecclesia, vniformiter celebrantur: vt lex credendi lex statuat supplicandi: Cum enim sanctarum plebium præsules mandata sibimet legatione fungantur apud diuinam clementiam, humani generis agunt causam: & tota secum ecclesia congemiscente postulant, & precantur vt infidelibus donetur fides, vt idolatræ ab impietatis suę liberẽtur erroribus, vt iudęis ablato cordis velamine lux veritatis appareat, vt hæretici catholicæ fidei perceptiõe respiscant, vt schismatici spiritum rediuiuæ charitatis accipiant, vt lapsis pœnitentię remedia conferantur: vt denique cathecumenis ad regenerationis sacramenta perductis cœlestis misericordiæ aula referetur. Hęc autẽ non perfunctoria, neque inaniter a domino peti rerum ipsarum monstrat effectus, quandoquidem ex omni errorum genere plurimos deus dignatur attrahere, quos erutos de potestate tenebrarum transferat in regnum filij charitatis suæ: & ex vasis iræ faciat vasa misericordię, quod adeo totum diuini operis esse sentitur: vt hæc efficienti deo gratiarum semper actio, laudisque confessio pro illuminatione talium, vel correctione referatur.

Orat ecclesia p infidelibus.

Coll. 1. Roma. 9.

Quod gratiam dei etiam baptizandorum testetur instituta purgatio, cum exorcismis, & exufflationibus spiritus ab eis abiguntur immundi.

12 ILlud etiam quod circa baptizandos in vniuerso mundo sancta ecclesia vniformiter agit, non otioso contemplemur intuitu. Cum siue paruuli, siue iuuenes ad regenerationis veniunt sacramentum, nõ prius fontem vitæ adeunt, quam exorcismis, & exufflationibus clericorum spiritus ab eis immundus abigatur: vt tunc vere appareat quomodo princeps mundi huius mittatur foras: & quomodo prius alligetur fortis & de inceps vasa eius diripiantur, in possessionem traslata victoris qui captiuam ducit captiuitatem, & dat dona hominibus. his ergo ecclesiasticis regulis, & ex diuina sumptis authoritate documentis, ita adiuuante domino

* conformati sumus, vt omnium bonorum affectuum, atque operum, & omnium studiorum, omniumque virtutum, quibus ab initio fidei attenditur, deum profiteamur authorem & non dubitemus ab ipsis gratia omnia hominis merita præueniri, per quem sit vt aliquid boni & velle incipiamus, & facere: quo vtique auxilio, & munere dei non auferetur liberum arbitrium: sed libe

Ioan. 12. Matth. 13. Mar. 3. Psal. 67.

* Alius informati seu confortati.

Philip. 2.

Deus vult nra esse merita, quæ

sua sunt dona in de grā & li. arb. 6. 7. 8. & 18. in isto 2. To. op. & i de spū & lit. 30 & in de corr. & grā. 9. 10. 11. & 12. & i d pd. sā. 3. in. 3. T. ho. op. & i epist. 47. 95 105. 106. in isto 2. To. opu. & in cōcil. Arausc. Mile. & Aphri. in. 1. To. cōcili.

ratur, vt de tenebroso lucidum, de prauo rectum, de languido sanū, de imprudente sit prouidum. Tanta enim est erga omnes homines bonitas dei, vt nostra velit esse merita, quę sunt ipsius dona: et pro his, quę largitus est, æterna præmia sit donaturus. Agit quippe in nobis, vt quod vult, & velimus, & agamus, nec ociosa esse in nobis patitur, quæ exercenda, non negligenda donauit, vt & nos cooperatores simus gratiæ dei, ac si quid in nobis ex nostra viderimus remissione languescere, ad illum solicite recurramus, qui sanat omnes languores nostros, & redimit de interitu vitam nostram. Et cui quotidie dicimus: Ne induças nos in tentationem: Sed libera nos a malo.

Matt. 6

Quod profundiores quęstiones nec contemnendę sint, nec penitus adserendæ.

PROFVNDIORES Vero, difficiliores que partes incurrentium quęstionum, quas latius pertractarunt, qui hæreticis restiterunt sicut non audemus contēnere, ita non necesse habemus astruere: Quia ad confitēdam gratiam dei, cuius operi, ac dignationi nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus, quicquid secundum prędictas regulas Apostolicæ sedis nos scripta docuerunt: vt prorsus non opinemur catholicum, quod apparuerit prędictis sententiis esse contrarium.

FINIS.

Venetijs Apud Cominum de Tridino Montis ferrati.

M. D. XLVI.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca